

SELECTIORVM

CONTROVERSIARVM

FORENSIVM

IO: DOMINICI PANSVTI

I. C. PARTHENOPÆI

VOLVMEN SECVNDVM





SELECTIORVM CONTROVERSIARVM FORENSIVM

IVRIS, TAM COMMVNIS, QVAM HVIVS REGNI:

ET AD ORNATVM PRÆSERTIM NOSTRARVM MVNICIPALIVM SANCTIONVM;
Cum nonnullis Supremorum Tribunalium nouissimis Diffinitionibus,

LIBER SECVNDVS.

Vbi quamplures vniuersi Iuris difficiliores theses; Atq; peregrinæ disputationes, in materia præcipuè vltimarum voluntatum, successionumq; ab intestato, non solùm Consuetudinario, sed & Feudali Iure inspecto, ingeniosè resoluuntur, ac germano Legũ sensui adaptantur,

AVTHORE

IO: DOMINICO PANSVTO

I. C. PARTHENOPÆO.

OPVS QVIDEM IVS DICENTIBVS NON INIVCVNDVM; ADVOCATIS, ET Consulentibus vtile; Studiosis verò omnibus perquàm necessarium.

Cui accessit Argumentorum Elenchus, cum locupletissimo rerum, ac verborum Indice.



NEAPOLI, Ex Typographia Roncalioli, Apud Carolum Porsile M. DC. LXXXI.

SVPERIORVM FACVLTATE.



SVMMÆ INCARNATI VERBI PARENTI AC VIRGINI MARIÆ ANATHEMA.

IOANNES DOMINICVS PANSVTVS.

SACRAT

POst hominum, Legumq; Conditorem Deum, Tibi, Summa Dei Parens, àc Virgo, cuius virgineo conceptu, ac partu exlex humanum genus ad legem reuocatum est, rudes hosce, àc rudi Marte elaboratos labores, vt vt sint, sanè sacros, ac dicatos velim. Et quidem satis imprudens audirem, si, quæ Summo Nostro Numini, ex quo, velut ex proprio Legum fonte, Leges hausimus, paucis ab hinc annis dicauerim, eadem modò studia in Legum Latoris Parentem minimè conferrem. Legum quippè fons Deus; Fontis huius alueus, Virginis aluus. Tibi profectò debet Vniuersus Terrarum Orbis, quidquid aut Legis habet, aut Iuris. Enimuerò, quinā riuulus ex tàm alto fonte in exlegem hominem defluxisset, nisi è Virgineo tuo Vtero maximus Fons ille Christus, tàm amabili, àc benefico gratiarum alueo in humani generis exicca, & emortua penè morum vestigia erupisset? O verè miram Gabrielis Nuncij salutationem, qui vocis mo-

tu,

tu, placida velut aura, fontis huius aquas commouit; quò factum, vt infirmi in lege mores hominum, firmissimi efficerētur. A' salutata sanè Virgine infirmi humani generis mores (vt credere fas est) salutem certè omnem sibi compararunt. Quàm benè igitur factum, vt Tibi, quæ Legum Conditorem conceperis, àc pepereris; Legales istas lucubrationes adscriberem. Eò sanè magis, quòd ego in Neapolitano hoc Domicilio, cui à salutata Virgine nomen est (etsi tali me minimè digner honore) Aduocati, àc Patroni munere fungar. Ea certè solummodò ratione animo conciderem, quòd Inuidorum innumerus Numerus me, meaq; scripta dente inuido ità carpunt, vt meam esse arborem, nec mea poma impudenter sentiant, & iniuria comprobent; asserantq; hæc scripta, nō mea, quippè quæ supra meam iuuenilem ætatem, àc non proprio marte elaborata, aut elato animo exarata, typisq; non in cōmune Reipublicę, sed ad mei ostentationem ingenij commissa. Sibi malè; benè consulat, ipse videat, quisquis alieno ex Cælo emendicatam lucem credit: mihi certè constabit satis, & me exarasse, & mea verè omnia Tibi Summę Legum Latoris Parenti, citrà grandem Inuidorum fidem adscribere.



AD

AD DOMINVM

IOANNEM DOMINICVM PANSVTVM

Qui iuuenilem ætatem ſenili ſtudio, tàm benè illuſtrauit.

EPIGRAMMA.

IVſtitiam trutina libras,& pondera Legum,
Clamoſumq; doces æqua,& iniqua Forum.
In lucem tenebroſa trahis,nè crimen inultum
Creſcat,& inſontem tædeat eſſe pium.
Ingenio ditata tuo iam præla fatiſcunt,
Famaq;iam meritis par nequit eſſe tuis.
Ætatis florem præuertit meſſis honorum;
Ne iuuenem liuor mordeat,alta petis.
Solis ad exemplum luces,citò Magnus,vt annis,
Nil debere ſcias;ingenio ipſe ſapis.
Suprà hominum ſortem raperis,quos tarda ſenectus,
Et ſola erudiens exprobrat eſſe rudes.
Inuidiam ſpernas; mortales expolit ætas,
Qui ſapit ante annos proximus ille Deo eſt.

P. I. L.

Pro eodem Eruditiſſimo Iuuene Legum Conciliatori.

DOMINO IOANNI DOMINICO PANSVTO.

IN INVIDOS

Anagrammata.

IOANNES DOMINICVS PANSVTVS

Anagramma puriſſimum.

INVIDOS NVM CONSPVAT IS?SANE.

Aliud etiam puriſſimum.

O!ID SCIAS:NON INVANVM STVPES.

EPIGRAMMA.

Quatuor continens carmina; duo prima ad primum Anagramma pertinentia; altera ad ſecundum.

Inuide quìd nigras rabido coquis ore fauillas?
Extinguet,vel ſi conſpuat,ille faces.
Idquè ſcias ſanè,fruſtrà ſtupet Inuidus vnquam,
Magna quidem,has magnas perdere,Fama,faces.

IN EIVSDEM AVTHORIS LAVDEM.

ALIVD ANAGRAMMA.

DOMINVS IOANNES DOMINICVS PANSVTVS

A, in T.

O' SANE IN MVNDO CONSVMPTVS IN STVDIIS

EPIGRAMMA.

In A literam, mutatam in T.

Spernere ſi nolis Vatis præſagia,Lector,
Hæc oculis,animo carmina viſa legas.
A-vice,T-tantùm ſtat litera; T endat vt Annos,
Annorum,& ſeriem nè vice ponè T erat.

Acad.Parth.Theophilus.

IN Congregatione habita coram Eminentissimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiscopo Neapolitano sub die 2. Decembris 1677. fuit dictum, quod Reuerendus Pater Antonius Rossi Soc. Ies. reuideat, & in scriptis referat eid. Congr.

F. Scanagata Vic. Gen.

Ioseph Imperialis Soc. Iesu Theol. Eminentiss.

IVssus ab Eminentissimo Domino expendere Controuersias Forenses V.I.D. Dominici Pansuti, an condignæ essent, quæ imprimerentur; expendi primas vigintiquinque, & probaui, quæ iam, permittente ipso Eminentissimo lucem aspexerunt; nuper verò alias etiam subsequentes sedulò consideraui, & digniores censui, quòd in his se ipsum superauerit Author, & nihil scripserit, quòd sanè doctrinæ, aut bonis moribus repugnet. Ex Collegio S. Ioseph Societ. Iesu die 2. Settembris 1680.

Antonius Rossi Soc. Iesu.

IN Congregatione habita coram Eminentissimo Domino Cardinali Caracciolo Archiepiscopo Neapolitano, habita sub die 4. Settembris 1680. Fuit dictum, quod stante retroscripta relatione Imprimatur.

S. Menatti Vic. Gen.

Ioseph Imperialis Soc. Iesu Theol. Eminentiss.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE

IL Dottor Gio: Domenico Pansuto, desideroso di mandare alle Stampe il secondo libro delle sue *Controuersie Forensi*, supplica per tanto V.E. vogli degnarsi, ordinare la reuisione di quello à chi più espediente li parerà, vt Deus.

Magnif. V.I.D. Io: Leonardus Rodoerius videat, & in scriptis referat.

Galeota Reg. Carillo Reg. Calà Reg. Soria Reg.

Prouisum per S. E. *Neap. die* 12. *Ianuarij* 1680.

Comus.

EXCELLENTISSIME DOMINE

PRodire in lucem accingitur ad Vniuersum rei literariæ profectum secundum Controuersiarum Forensium volumen Io: Dominici Pansuti I.C. Parthenopæi, quidem doctissimi. Gloriari me decet, quòd inter tot, tantosq; Iuris peritissimos, quibus Ciuitas, atq; ætas nostra pollet, mihi minimo in sorte tetigerit, mandatis Excellentiæ Vestræ obtemperare, vt labores hosce extimatissimi huius Alumni mei reuiderē; quo factū est, vt vnico intuitu, iussibus mihi iniunctis paruerim, & librum occurrerim doctrina præditum, eruditione refertum, dicendi arte ditatum, & à quæstionibus Regalem Iurisdictionem, nec in minimo tangentibus, alienum. Censeo itaquè typis, quàm citiùs dandum esse, vt Authoris huius exemplo curent alij, ne ab ætate superentur prius, quàm fuerit ætas eorum à Studijs, & à Doctrina superata; Si ità tamen E.V. videbitur, cuius pedes humillimè deosculor, Neap. 1. Februarij 1680.

Excell. Vestræ

Additissimus, & Humilissimus Seruus
Io. Leonardus Rodoerius.

Visa retroscripta relatione imprimatur, verum in publicatione seruetur Regia Pragmatica.

Carillo Reg. Calà Reg. Soria Reg.

Prouisum per S. E. *Neap. die* 9. *Ottobris* 1680.

Comus.

CONTROVERSIARVM
LIBRI SECVNDI, ET ARTICVLORVM OMNIVM, QVI IN EIS CONTINENTVR
ELENCHVS.



ARGVMENTVM.

Valdè inter varios scribentes, quia controuertitur: nùm filijs, ad tuendam ipsorum legitimam, permittatur, rescindere dotem excessiuam, à communi Parente filiæ constitutam, etsi non soluto adhùc sororis matrimonio; quemadmodùm per eorum superuenientiam quælibet paterna donatio etiam statim reuocatur. Ad partes idcircò præsens examinatur quæstio, vt apertè illius veritas elucescat in communiori opinione, fauore liberorum, quos omni procul dubio posse, saltem quòad legitimæ eorum portionis excessum, dicere post patris tamen dotantis obitum, de inofficiosa dote contrà præfatæ Sororis Virũ, licèt nõ participẽ fraudis, opinionis contrariæ dispunctis argumẽtis, euidentèr demonstratur.

Qua occasione imminente, quamplures ad materiam exponuntur Iuris Conclusiones: earumque ampliationes, ac limitationes, vnà cum nonnullis nostri S. R. C. decisionibus, breuitèr dilucidantur, ad intellectum *tex. in l. si vnquam, C. de reuoc. donat. l. si totas, C. de inoffic. donat.* & *l. vnica, Cod. de inofficiosa dote.*

Rursùs, *§. si à Socero, in l. si fraudator, ff. quæ in fraud. cred.* germanus sensus distinctè expenditur; Imò, quòd non procedat, nisi in crediroribus tantùm, non autem in filijs, dotem inofficiosam reuocare prętendentibus, indè ponderatur.

Et deniquè, àn solurum à debitore creditori posteriori, qui bona fide, in proprio vsu pecuniam illam cõsumpsit, possit repeti ab anteriori, plenè examinatur. fol. 19.

CONTROVERSIA XXVIII.

Filij, nùm in bonis donatis Patri ab Auo contemplatione matrimonij, præsertim contrahendi cum certa muliere, succedant ex propria persona, àn potiùs vti eorum patris donatarij hæredes, f. 33.

ARGVMENTVM.

Decantata nimis apud Iurisperitos, & ob dissentionum tempestates non parùm fluctuans, sigillatìm expenditur disceptatio illa: vtrùm bona, per parentem filio donata, contemplatione alicuius certi, siuè incerti matrimonij, imputentur, vel secùs in legitimam, eidem iure naturæ debitam; àn verò filijs, ex tali matrimonio postmodum procreatis, acquirantur illa, vti filijs, sicquè ex propria persona, non autẽ vti patris donatarij hæredibus, ad exclusionem omnium creditorum, qui cum præfato eorum patre contraxerunt?

Quarè, ad ornatum propositæ disputationis, mulra de hac materia præsumptæ compensationis cum debito iuræ naturæ, & medietate consuetudinaria, filijs loco legitimę etiam debita, non iniucundè ponderantur, Alijquè articuli ista occasione per transitum attinguntur. *fol.* 35.

CONTROVERSIA XXIX.

Hæreditarię successionis medietas proximioribus àn debeatur agnatis, & cognatis, vigore Consuetudinis, *etiam ex rebus emptis, vel absquè dolo permutatis cum antiquorum bonorum pretio.* fol. 44.

ARGVMENTVM.

Cùm de bonis, (vt supra promisimus) agen-

agendum sit, quę Parthenopæis subijciuntur dogmatibus, celeberrima non immeritò hìc primò discutitur disceptatio: nùm scilicèt antiquarum rerum medietas, proximioribus agnatis, & cognatis, virtute Cõsuetudinis addicta, eisdem debeatur etiam ex bonis, citrà fraudem commutatis, vel emptis pretio prædictarum rerum, in quibus nostrę Vrbis municipalium Sanctionum viget dispositio.

Eapropter, explosis priùs rationibus, affirmatiuam dictantibus opinionẽ, iuxtà magis communem, veriorem què sententiam, negatiuè contrà *Molfesium*, & eius Asseclas, concludit *Author*: nimirùm, vt bona ista permutata, vel empta pretio alicuius rei, consuetudinibus subiectæ, ipsius loco non subrogentur, sed liberè penès acquirentem perueniant, tanquam nouitèr acquisita; quotiès verò fraus vlla penitùs considerari posset inter contrahentes, quos de tali subrogatione, nec tacitè, nec expresè mentionem fecisse, etiam constaret.

Idquè, tàm solidissimis Iuris rationibus, quàm pluribus nouissimis Sacri Consilij decisionibus pro absoluto procedere, non inconcinnè demonstratur.

Quinimò ad propositum notabilia nõnulla, circà bonorum appellationem, & etymologiam, breuitèr recensentur. *fol.46.*

CONTROVERSIA XXX.

Nùm Annui redditus, & quando comprehendantur sub Neapolitanarum Consuetudinum dogmate? fol.57.

ARGVMENTVM.

Subtilissima cum sanè sit quæstio: Si scilicèt annui redditus includantur sub speciali dispositione municipalium sanctionum huius Ciuitatis, quòad illorum successionem, tàm ab intestato, quàm ex testamento, quotiès reperiuntur venditi super rebus stabilibus, extrà districtum sitis, hìc tamen promissa per venditorem solutione, de propria eius pecunia, etiã in casu reemptionis ex consueto pacto de retrouendendo.

Latè idcircò perpenditur, vnaq; simul ad partes discutitur, nec non indubitantèr fundatur, nostram Consuetudinariæ successionis normam locum sibi vendicare, etiam in præfatis introitibus, ità emptis, àc venditis; præsertim, cùm vltrà prædictam solutionis distinationem, Neapoli etiam huiusmodi contractus sint celebrati.

Et quamuis *Horat. Montan.* vnà simul cum *Dom. Reg. Rouit.* tales redditus nullatenùs iudicari posse, vti bona sita in districtu, vbi fuit eorum destinata solutio, varijs argumentis probare conetur. Nihilominùs contraria aliorum sententię, qui huius thesis occasione pluribus Sacri Consilij decisionibus victoriam ostentant, quorumuè vestigia sectatur *Author*, affirmatiuam ipsorum, tanquàm veriorem (reiectis Aduersariorum placitis) amplectens opinionem, claro fulget lumine, eamq; nunc obseruari communitèr in Forensi Palestra, ostenditur.

Verùm, antè omnia *Bullarum Nicolai & Pij V.* explicatis Constitutionibus,

bus, censuum origo laconicè dilucidatur. fol. 59.

CONTROVERSIA XXXI.

Functiones Fiscales, quas exigunt nonnulli Ciues Neapolitani, vti assignatarij Regiæ Curiæ, super Vniuersitatibus Regni, an Consuetudinibus nostræ Vrbis subiaceant? fol. 66.

ARGVMENTVM.

De Fiscalium Functionum origine, quæ loco collectarum, aliarumquè impositionum, per Regnicolas in destinatis Prouinciarum locis Fisco soluuntur, non inconcinnè tractatur.

An verò præfati fiscales redditus, nostris Ciuibus per Regiam Curiã venditi, etiam cum consueto pacto de retrouendendo quandocumq; super Vniuersitatibus Regni, tanquam res stabiles iudicari debeant; ità vt vbi fit illorum solutio, aut exactio censeantur existere, & propterea municipalibus huius Vrbis Sãctionibus minimè subiaceant, enixè discutitur.

Vndè *D. Consil. de Anna*, licèt pro Consuetudinibus, vt scilicèt illæ extendantur etiam in prædictis functionibus, firmitèr prelietur; Contrariam nihilominùs *D. Reg. Rouiti, & Præs. Amati* sententiam, vti probabiliorẽ, ac magis veritati consonam, insectatur *Author*.

Quæ opinio, non solùm nouissimis Sacri Consilji decisionibus videtur suffulta; Verùm etiam validissimis illam reperiri nonnullis illustratam rationibus, dilucidè ostẽditur. *fol.* 68.

CONTROVERSIA XXXII.

Introitus, assignati per Regiam Curiam super nonnullis Arrendamentis, dicantur nè sub nostrarum Consuetudinum censura comprehensi, vel secùs? fol. 75.

ARGVMENTVM.

Exponitur euidens disparitas, quæ omnimodò assignari debet inter Fiscalium functionum, & Arrendamentorum introitus, hìc Neapoli per Regiam Curiam varijs particularibus venditos, circà præsuppositam illorum existentiam in loco destinatę solutionis.

Rursùs, quòd isti redditus, empti super dictis arrendamentis per Ciues Neapolitanos, censeantur tanquàm res intrà districtum sitæ, veniantq; proindè appellatione bonorum, de quibus loquuntur nostræ Consuetudines, non iniucundè dilucidatur. Nõnullaq; breuitèr in materia fiscalium introituum delibantur. *fol.* 76.

CONTROVERSIA XXXIII.

Nomina Debitorum, Iura, & Actiones an loco circumscribantur, ità vt subiaceant municipalium Sanctionum censuræ? fol. 78.

ARGVMENTVM.

Notabilis illa discutitur difficultas, eamquè distinctionis fœdere solui communitèr inter Nostrates, ostenditur: nùm scilicèt debitorũ nomina, creditorumuè iura, & actiones, appellatione bonorum veniant: anuè censeantur esse in loco destinatæ solutionis; sintquè idcircò iudicanda *Consuetudinum* dispositioni subiecta; quemadmodùm de cæteris bonis, in huius Vrbis districtu existentibus, sancitum reperitur?

Qua de causa, quid dici debeat circà mobilia, & quoad pecuniam, repertã in hæreditate Ciuis Neapolitani, laconicè etiam, nec iniucundè perpenditur.

Et in proprijs terminis variæ Sacri Consilij

fectum, proximioribus ex eo latere, vndè præfata bona prouenerunt?

At quia non mediocris conditionis adesse, cernitur, disparitatem inter filios legitimatos ex subsequēti matrimonio, & legitimatos Principis rescripto; Relicta ideircò legitimatione per oblationem Curiæ, cum amplius non sit vsu recepta, distinctè concluditur, ac efficacissimè comprobatur, legitimatos per subsequens matrimonium succedere in omnibus, vti filios legitimos, & naturalas, exclusis prorsùs agnatis, & cognatis, etiam à consuetudinaria bonorum antiquorum medietate, ad differentiam legitimatorum Principis rescripto, qui haud posse præferri, apertè ostenditur, legitimis proximioribus successoribus, tàm in bonis feudalibus, quàm debitis vigore Consuetudinis, nec non pacto Ciuium obnoxijs, iuxtà plurium I. C. placitum, rerúq; iudicatarum authoritatem, & rationum pondus; Quamuis contrarium vna simul cum *Horat. Montano, in Controuers. 6.* nouissimè tueri, conetur *D. Rodoer. in consil.* 20. cum quo præsertim est per *Authorem* capessenda pugna, vt dispunctis eius subtilissimis argumentis, firma omninò remaneat nostratum communis sententia in pręsenti Iuris Certamine. *fol.* 100.

CONTROVERSIA XXXVII.

Parētes de bonis, eisdem obuentis ex filijs pręedefunctis, siuè ab eorum descendentibus per lineam rectam, qualiter disponant, attentis nostris consuetudinibus? fol. 115.

ARGVMENTVM.

Consuetudinaria medietas in bonis paternis, siuè liberorum legitima, pro qua ipsis filijs iuxtà nostri Iuris municipalis dispositionē, ex bonis maternis, quocumq; titulo lucratiuo acquisitis ab agnatis, & cognatis, deducta tantùm decima, reliquæ nouem partes in totum deferūntur: nùm ità pariter eisdem debeatur eodem Iure attento, in bonis, quæ obuenerunt eorum parentibus ex aliorum filiorum præmortuorum hereditate? Cū profectò notabilis sit difficultas, ad partes ideircò discutitur, & *Napodani* authoritate omninò affirmatiua substinetur sententia.

Hinc etiam verbum, *ex latere*, quid importet? Et verbū *obuenire*, quod duplici modo accipiatur secundùm Consuetudines, nimirùm quòad bona, quæ dicuntur obuenire alicui titulo lucratiuo, quæq; titulo oneroso acquiruntur, sigillatim ostenditur. *fol.* 117.

CONTROVERSIA XXXVIII.

Ius consequendi Consuetudinariam portionem aduersùs testamentum Instituentis extraneos, an competat etiam proximioribus Ecclesiasticis, quoties per Laicos, in ęquali gradu cum eis cōiunctos, infringatur testatoris dispositio, & successionis ab intestato aperiatur aditus, saltem quòad bonorum antiquorum medietatem? fol. 120.

ARGVMENTVM.

Apud Nostrates ponderationis digna illa enixè discutitur Consuetudinaria disputatio de medietate bonorum antiquorum Ciuis Neapolitani, extraneos instituentis, & proximiores agnatos, & cognatos, tàm Laicos, quàm Ecclesiasticos prętereuntis: àn scilicèt Ecclesiastici, qui nō reperiuntur

tur soli,sed vnà cum Laicis in ęquali gradu coniuncti, valeant cum illis simul concurrere ad præfatam medietatem,quotiès defuncti testamentũ per Laicos prædictos infringatur; ex eo, quia tali casu dictis Ecclesiasticis aperiri videtur ad succedẽdum aditus,licèt ex se,ob ęqualitatem seruandam, de hoc agere minimè potuissent.

Sed post multa,opinionis negatiuę cõfutatis obiectionibus, pro affirmatiua:nimirùm Laicis, & Ecclesiasticis proximioribus competere ius consequendi pro æquali parte,& portione, Consuetudinariam medietatem, aduersùs defuncti testamentum,quãdo reperiuntur omnes in pari gradu coniuncti(quamuis Laicis tantùm,si velint,competat ius infringendi hãc testatoris dispositionem) nouissimè decisum traditur,eamq; *Author* nonnullis comprobat rationibus.

Rursùs notabilia quamplura, circà Ecclesiasticorum,& Laicorum,ab intestato decedentium,successionẽ delibantur:Quomodoq;illa inter eos regulari debeat,nempè secundùm Ius commune,sicq;fœminis inclusis, vel potiùs secundùm Ius municipale,ipsis scilicèt exclusis, cum adsint masculi,distinctè examinatur.

Aliaq; demùm ad materiam pertinentia,habita præsertim ratione prædictæ æqualitatis seruandæ inter Laicos,& Ecclesiasticos, non inconsultè ponderantur. *fol.* 124.

CONTROVERSIA XXXIX.

Vtrum remotior agnatus Laicus, non solùm fruatur iure impugnandi testamentum,quotiès defunctus testator, tã ipsum Laicum remotiorem,quàm Ecclesiasticum proximiorẽ pręteriuit,sed etiam vti possit iure consequendi integram bonorum antiquorum medietatem virtute Consuetudinis, exclusa penitùs persona præfati proximioris, tanquam Ecclesiastici? fol. 141.

ARGVMENTVM.

Pręcedenti notabilior, quinimò non minoris vtilitatis exponitur Controuersia,in materia nostrarum Consuetudinum;vtrùm,si aliquis decesserit, (extraneo instituto hærede vniuersali,& præteritis consanguineis, tàm proximioribus Clericis,vel Religiosis in communi capacibus,quàm remotioribus Laicis)possint tunc Laici,& si remotiores aduersus institutum litem statim instituere, huiusmodi testamentum impugnantes,ad vendicandam cõsuetudinariam bonorum antiquorum medietatem,cũ id vetitum supponatur proximioribus Ecclesiasticis, tanquam non cõprehensis sub Iure municipali, vt suprà est dictum;Aut verò defuncti testestamentum, in quantum pertinet ad istam medietatem,sic irritum erit ad instãtiam remotiorum Laicorum, quòd hoc posito,exurgere poterunt, vti tertij, proximiores Ecclesiastici, aperta iam via successionis ab intestato,sibiquè vindicabunt integram hanc medietatem,vigore Consuetudinis;adeò vt,si vnquam illud commune Adagium,nimirum: *Inter duos litigantes tertius gaudet*, veritati consonum fuerit, nunc verificetur, ex quò tertius tali casu victoriam reportabit.

Et quamuis labyrintea quidem videatur præsens quæstio; nonnullarum tamen difficultatum fugatis ab ea te-

ne-

nebris, opinio fauore remotioris Laici aperto micat lumine, eamquè aduersus proximiorem Ecclesiasticum, tanquam omninò exclusum per defuncti dispositionem, libenter amplectitur *Author*; *Montani*, & sequacium adhærens placito: nec non *D.Consil.Raetani* sectans vexillum, contra *Dom.Reg.de Marin.* Asseclas pugnam hilari corde capessit. *f.* 143.

CONTROVERSIA XXXX.

Ingrediens Monasterium, àn comprehendatur sub Consuetudinibus, quæ de morientibus loquuntur; quomodoq; eidē succedant filij, proximiores, aut Monasterium, facta, vel secus, de eius bonis dispositione, in ingressu, vel ante ingressum? fol. 165.

ARGVMENTVM.

Illa exponitur, ac ad examen ducitur quæstio, notatu quidem digna: nùm succedant Monacho post emissam professionem in medietate, debita vigore Consuetudinum, consanguinei, siuè proximiores agnati, vel cognati, ex eo latere, vnde bona prouenerunt: aut potiùs excludantur à Monasterio, quia agnascitur sibi quasi filius?

Et quòd, legitimis liberis non extantibus, Monasteriū istis preferatur proximioribus, etiam in bonorum antiquorum successione, alijsq; quorum fauore ingrediens disposuisset anteà; dùm eius testamentum per ingressum, & ratione omissæ professionis prorsùs irritum fit, apertè ostēditur; explosis tandèm argumentis, quæ in contrarium finxit *Napodanus*, quāuis eandem ille videatur amplecti opinionem.

Rursùs, Cōsuetudinibus Neapolis nùm subijciantur, & quādo, dispositionē eorum, qui volunt emittere professionem in aliqua Religione capaci, saltem in communi, vel omninò bonorū incapaci, dilucidè explanatur.

Hinc, bona Monachorum, deportatorum, foriudicatorum, cæterorumq; omnium, qui ciuilitèr mortui dicuntur, tàm Iure communi, quàm municipali attento, quibus debeantur, latè discutitur.

Mors autem ciuilis, quæ sit, & quotuplex, describitur: in quo naturali morti æquiparetur, breuitèr ostenditur. Et multa hanc circà materiam per transitum etiam ponderantur. *fol.* 168.

CONTROVERSIA XXXXI.

Monasterium, àn verò Proximiores, eo penitùs excluso, succedant Nouitio, ante professionem, scilicèt decedenti, ab intestato, vel ex testamento, saltèm quòad portionem, eis debitam vigore Consuetudinis? fol. 177.

ARGVMENTVM.

Consuetudines Neapolitanę, ex quibus libera disponendi facultas in vltima voluntate Ciuibus refrenatur, quòad medietatem bonorum antiquorum, fauore proximiorū ex eo latere, vndè illa obuenerunt disponenti, sigillatim differitur: vtrùm comprehendant etiam Nouitios, de bonis suis antè professionem disponentes, seruata forma *Sacrosf. Concilij Trident.* in beneficium Religionis, vel cuiuslibet extranei, etiam per actus inter viuos?

Item, Nouitio ab intestato decedenti, àn Proximiores omninò succedant, excluso prorsùs Monasterio, diffusè examinatur. Et pro affirmatiua opinio-

nione concluditur; quia in omnibus tanquam laicus reputatur ille,durante probationis anno,in quo suorum bonorum, etiam feudalium dominium retinet.

Sed nō esse mortem naturalem ingressi expectādam, ad hoc,vt proximiores eorum consequantur portionem vigore Consuetudinum; imò statim emissa professione eis illam deberi, prout etiam filijs debetur legitima, tandèm animaduertitur,& de recenti ità per S.C.decisum fertur.*f.*179.

CONTROVERSIA XXXXII.

Fideicommissi restitutioni vt locus sit, nùm sufficiat, quod grauatus de restituēdo post mortem, professus sit aliqua in Religione;vel etiam tali casu expectari debeat eius mors naturalis,ità vt ipsa Religio,aut hæres ingressi fructibus interim fruatur?fol. 184.

ARGVMENTVM.

In substitutione, vel Fideicommisso,ordinato fauore descendentium ex stirpe,siuè ad conseruationem bonorum in familia, vtrùm fideicommissarius statim admittatur, emissa professione grauati de restituēdo post mortē; aut verò sit illius mors naturalis expectanda,& interim,vel monasteriū, capax saltèm in communi, vel tertius,cui fuerit ius quæsitum,tāquam hæres ingressi,fructibus potiatur?

Difficilis prima facie,licèt videatur præsens disceptatio,distinctione verò adhibita,faciliter hìc resoluitur, explosis prorsùs *Peregrini*,& *Barbati* opinionibus,inter se non parum discrepantibus.

Et quòd semper expectari debeat mors naturalis ingressi fauore tātùm Monasterij,si successionis sit capax,& nō alterius tertij, concludit *Author*, exceptis nonnullis casibus, quibus cōtrarium ex Testatoris voluntate argui posset, nec aliter.*fol.*184.

CONTROVERSIA XXXXIII.

Agnatorum vltimus moriens, vtrùm disponere,ad libitum,possit, vel secus,de bonis subiectis fideicommisso, fauore agnationis, & familiæ instituto, non obstante, quòd adsit de Testatoris familia Monialis agnata, professa in Monasterio,quamuis bonorum capaci? fol. 191.

ARGVMENTVM.

Quàm curiosa ità sanè difficilis, quia valdè videtur anceps, ea discutitur disputatio, nuper etiam apud supremos huius Regni Senatores excitata:àn Monasterium ex persona Monialis professæ admittatur ad fideicommissum,ordinatum pro conseruatione bonorum in familia,& testatoris Agnatione, dato quòd nemo ampliùs adsit ex Agnatis, tàm masculis, quàm fæminis, nisi præfata Monialis: vel potiùs per vltimi morientis testamentarium hæredē omninò excludatur?

Sed bona, huiusmodi fideicommisso subiecta,censeri,iàm remansisse in libera dispositione vltimo loco defuncti, quāuis adhuc adesset Monialis prædicta de fideicommittentis agnatione, dilemmate priùs ostenditur, ad exclusionem Monasterij.

Postmodùm verò, hac explosa opinione, contrarium euidenter fundatur; Idq; pro veritatis tutamine suadetur; ac ità fuisse nouitèr iudicatum in S.R.C. demum traditur;Nonnullaq; de materia fideicommissi laconicè resoluuntur. *fol.*193.

CON-

CONTROVERSIA. XXXXIV.

Testator, si coram septem testibus declarauerit, nolle amplius eius testamentum valere, num hæc simplex reuocatio sufficiat ad hoc, vt admittantur tantùm venientes ab intestato? fol. 201.

ARGVMENTVM.

Protestatus si fuerit Testator coram septem testibus, nolle suum testamentũ amplius firmum esse, sinè alia clariori voluntatis explicatione, àn ex hac simplici reuocatione prorsùs infirmetur eius testamẽtaria dispositio, etsi omni solemnitate vallata; ità vt locus aperiatur legitimis hæredibus, ab intestato venientibus; etiamsi idẽ disponẽs, velle intestatum decedere, non subiunxerit, siuè decennium à die conditi testamẽti non effluxerit, ad intellectum *tex. in l. sancimus, C. de testam.* latè differitur.

Sed aduersùs *Bartol.* & eius sequaces, qui omninò negatiuam tueri conantur sententiã, affirmatiua *Baldi* opinio, pro validitate nimirũ huiusmodi reuocationis, tanquã solidissimis iuribus munita, per *Authorẽ*, firmitèr defenditur, Aduersariorũ argumẽtis prius explosis: aliisquè etiam circà materiam breuitèr cõgestis. *fol.* 202.

CONTROVERSIA. XXXXV.

Imperfectum dici àn debeat testamentũ ex solemnitatis, aut potiùs voluntatis defectu, vbi disponens, cùm illius publicationem, vel stipulationẽ ad aliud tempus distulerit, Morte interim fuerit præuentus? fol. 209.

ARGVMENTVM.

Postremę dispositionis imperfectio, tàm ratione voluntatis, quàm ex solemnitatis defectu, quibus in casibus argui possit, siuè agatur de testamento in scriptis, siuè de nuncupatiuo, distinctè examinatur.

Rursùs, quę requirantur ad hoc, vt perfecta iudicetur Testatoris voluntas, enixè ponderatur.

Itẽ, imperfecta si prorsùs videatur illa, quãdo substineri possit inter liberos, & fauore pię causę, saltèm vigore codicillaris clausulæ, plenè discutitur.

Vlteriùs, stipulationis, nec non publicationis actus, vbi sit omninò necessarius, & de essentia testamenti: vbi verò ad faciliorem tantùm probationem adibeatur, apertè ostenditur.

Deniquè, distinctionis fœdere illa resoluitur quæstio, àn testamentum dicatur imperfectum, nè dùm ex solemnitatis, sed & volũtatis defectu, quotiès illius stipulationem testator procrastinans, morte interim pueniatur.

Nonnullaquè de salutari clausulæ codicillaris virtute delibantur, etiam quòad substitutionis validitatem, irrita, & caducata institutione. *fol.* 212.

CONTROVERSIA. XXXXVI.

Subsequenti substitutione, àn præcedens meliùs explicetur; ità vt quicquid ex errore fuit in primo substitutionis gradu omissum, ex clarioribus secundi gradus verbis, apertè dignoscatur, & iuxtà illa præcedens sit iudicanda substitutio? fol. 220.

ARGVMENTVM.

Ex secundo substitutionis gradu, ad pupillare tempus solùm restricto, additis tamen dictionibus, *etiam*, & *in dicta* scilicèt *pupillari ætate*, controuertitur: àn præcedens substitutio tali casu, etsi videbatur prima facie compendiosa, & generaliter facta primis hæredibus institutis, per hæc verba subsequentia, præcedentium repetitiua,

tiua, ità clariùs explicetur, vt quicquid ibi ex scribentis, aut testatoris errore, seù potiùs per calami lapsum, omissum reperitur, apertè dignoscatur, & ex hoc pupillaris etiam efficiatur, præsertim quando similibus verbis, posteà per testatorem magis expressis idem colligatur.

Quibus in facto positis, affirmatiuam tueri sententiam, conatur *Author.* Sicq; ipso patrocinante, per Sacrum Consiliũ fuisse nouitèr decisũ, refert.

Et pupillarem deniquè substitutionem, per Parentes tantùm fieri permissam eorum filijs impuberibus, & in potestate existẽtibus, eosdem sortiri effectus, quotiès ad hoc idem pupillaris etatis tempus restringitur à quolibet testatore, etiam extraneo hærede instituto, dilucidè ostenditur. Pluraquè breuiter de hac tàm vasta ponderantur materia. *fol* 221.

CONTROVERSIA. XXXXVII.

Dotis non solutæ interesse, decursum in vita viri, quando censeatur remissum, ità vt amplius peti non possit? fol. 226.

ARGVMENTVM.

Ea laconicè discutitur Thesis: àn, & quãdo dotis promissę interesse censeatur remissum, quotiès vir, licèt stipulatus fuerit vsuras pro dote non soluta, illas tamen durante matrimonio non petierit: ad intellectum *tex. in l. Vir vsuras, ff. de don. int. vir. & vxor. & tex. in l. cũ. quidam. §. Diuus Pius, ff. de vsur.* Quorum dispositione, quòd hæc præsumatur remissio fauore tantùm Vxoris, si ipsa esset dotis debitrix viro suo; secus verò in beneficium dotantium mulieræ aliquam, filiam, vel sororem, sic distinctè concluditur. *fol.* 226.

CONTROVERSIA. XXXXVIII.

Emphyteuta cogi àn possit ad rei emphyteuticæ cessionem, pro ampliatione alicuius loci priuilegiati, inscio Domino directo, siuè ipso incõsensiente? f. 229.

ARGVMENTVM.

Non minùs vtilis, quàm pulchra proponitur discutienda quæstio: vtrùm astringi possit vtilis rei emphyteuticę possessor, illam cedere, aut vendere, inaudito, seù contradicente Domino directo, sub ampliationis faciẽdæ prætextù in aliquo publico, siuè Ecclesiastico ædificio, cuius fauore huiusmodi beneficium permittitur; Aut verò audiri omninò debeat, non solùm vtilis, sed directus Dominus, etiam coram eius Iudice competẽti? Et quòd principaliter sit in hoc iudicio audiendus Dominus directus, quãpluribus conatur *Author* rationibus ostendere, nec non varijs comprobare decisionibus, præsertim vbi publica, vel præcisa non adsit ampliationis necessitas; vel quoties de ampliando Religiosorum Hospitio agatur. *fol.* 230

CONTROVERSIA XXXXIX.

Seruitutes àn etiam, nostris Consuetudinibus attentis, præscriptione quærantur, præsertim quoad aperturas, quas fieri, vetatur in cõmuni pariete? f. 236

ARGVMENTVM.

De notabili quidèm agitur disputatione: nùm scilicèt, municipali huius Ciuitatis Iure inspecto, præscriptionis vigeat robur, ac suum sortiatur effectum, in quęrendis seruitutibus, quẽadmodùm de Iure cõmuni seruatur? Rursùs latè differitur, cui liceat, & quãdo, in diuisorio pariete ad libitũ fenestras aperire: àn verò illę, quamuis anti-

antiquissimæ,statim claudi debeant, dato,quòd reperiantur sinè cantonibus,nec cancella ferrea munitæ.

Imò hodierna recensetur Tabulariorũ praxis,claudere faciẽtium fenestras, sinè cantonibus indifferenter. Quæ tamen, quòd locum habere nõ possit,quotiès euidẽtèr constaret, huiusmodi fenestras fuisse priùs cum prẹfatis cantonibus saltem calce, & puteolana modulatis,licèt sinè illis tractu temporis inueniantur, dilucidè ostenditur.Multaq;demũ circa istam præscriptionis materiam delibantur. *fol.* 237.

CONTROVERSIA. XXXXV.

Tempore transcurso, à Iure prẹfixo, ad exequendam sententiam,latam aduersus laicalem personam per Iudicem sẹcularem; nùm executio peti postmodum possit coram eodem Iudice, etiam contrà Clericum,laici hẹredem,vel illius bonorum possessorem,aut verò conuentus ex tali causa in Foro sẹculari, cum prẹscripta reperiatur via executiua, siuè perempta executionis instantia,sit statim ad eius Iudicem Ecclesiasticum remittendus? fol. 242.


ARGVMENTVM.

Ingens, ac subtilissima in praxi esse videtur recens, quæ proponitur Controuersia: vtrùm causæ remissio ad Iudicem Ecclesiasticum,petitam per Clericum,bonorum laici hæredem, vel quouis titulo possessorem, sit eidem concedenda in causa executionis sententiæ,per S. C. prolatæ contra præfatum laicum in actione personali, quoties post triginta annorũ cursum prædicta illius executio iam reperiatur præscripta,nec acta appareant, super quibus fuerit hæc lata sententia: àn verò vbi à principio cæptum fuisse inuenitur,ibi sit prorsùs finiendum iudicium, ad intellectum, *tex. in l. vbi cẹptum, & l. hẹres absens, ff. de iudic.*


Et quòd sit remittendus ad eius Ecclesiasticum Forum Clericus cõuentus, vti hæres laici pro executione sentẽtiæ, latæ contrà dictum laicum defunctum, eo casu,quo via executiua est præscripta, spatio à Iure statuto, reiectis partis aduersæ oppositionibus, non iniucundè fundat *Author*.

Imò hoc Fori priuilegium reo,aut eius hæredi superueniens post perẽptam instantiam,vel post præscriptam viã executiuam sententiæ, contrà ipsum latæ, eidem prodesse, ad illud declinandum,dilucidè ostenditur.

Item, Clericos, Religiosos, & Ecclesiasticos tantùm, non posse eorum Foro renunciare, cæteras verò laicales personas,siuè Milites,siuèOfficiales, & Senatores, aut alia dignitate insignitos, posse ad Iudices quoscumq; ad libitum consentire, eorumq; iurisdictionem prorogare, euidenter animaduertitur; sicquè pluriès decisum, ac practicatum in contingentis fertur. *fol.* 244.



SELE-



SELECTIORVM CONTROVERSIARVM FORENSIVM


AD ORNATVM PRÆSERTIM

NOSTRARVM CONSVETVDINVM.

LIBER SECVNDVS.

AVTHORE.

IO. DOMINICO PANSVTO I.C. PARTHENOPÆO.



PROLOQVIVM



MADENT adhuc primi Voluminis paginæ, modò è torculari prolapsæ, & iam torqueor nouo fætu. Vix primum sudorem tersi, & alacrior excitor ad laborem. Legentium, siuè patientia, siuè insolentia, mei qualiscumque ingenij proritauit impatientiam: cum non magis torpeat sine plausu, quàm sine aduersario Virtus. Quorumdam igitur taciturnitas meæ dicacitati denegare non videbatur assensum; Plerique mussitantes auribus meis insonuere pro Classico, quo percitus, iterùm calamo decertaturus insurgo. At longè Prudentiores, qui in Adolescente imberbem Iurisprudentiam demirati, expectant maturiora, dum stupent in acerbis. Hos controuersiarum mearum Iudices volo; nàm etsi fortasse de mea causa malè sentient, parcent tamen ætati. Sit igitur.

CONTROVERSIA XXVI.

Num Liberorum legitima, naturali eis debita iure, sit patrij nostri Iuris dispositioni subiecta, quemadmodùm comprehenditur sub eius censura quicquid de bonis antiquis per parentum, aut proximiorum successione sacquiritur?

SVMMARIVM.

1 Consuetudines huius Ciuitatis, *cōtrouertitur, an locum sibi vindicet in legitima? & sub. n. 62. vbi in duo capita diuiditur quęstio, quæ resoluitur à n. 63. & 67. cū omnibus seqq.*

2 *Subsidium vitæ idem sonat, ac alimēta, quæ per filium patri inopi debētur, & num. 3.*

4 *Legitima quantitas per legem statuta expenditur.*

5 *Legitima vocatur alio vocabulo bonorum subsidium.*

Cōputatur, deductis ære alieno, & funeris impensis, vt n. 6.

Et filijs debetur de iure cōsuetudinis in bonis nouiter à patre acquisitis, prout de iure communi dispositū reperitur, num. 7.

Verùm est semper medietas in bonis antiquis, vt num. 8.

9 *Furiosus, etiam existimatur à Legislatoribus ille, qui filios iniustè præterit, vel exhæredat.*

10 *Parentes præteriri nō possunt, nàm etiā eis debetur legitima.*

11 *Parentes sicuti student honorare filios, ità etiam ab ipsis filijs honorari debent.*

12 *Æquum est, vt sicuti filius patri succedit, ità, & pater ipsi filio succedat.*

13 *Legitima generaliter debetur illis, qui agere possunt querela inofficiosi testamenti, ac ab intestato succedere.*

14 *Patri competit querela inofficiosi testamenti, quoties filius eum præterijt.*

15 *Legitima in bonis filiorum, eadem pietate, & si non eodem voto debetur parentibus.*

16 *Legitima filijs debita, est quota bonorū, non autem hæreditatis.*

Illaq; debetur nonnisi post mortem, n. 17.

Sed de substātia, & ex hæreditarijs corporibus, non in pecunia, num. 18.

Licet contrarium induci posset ex cōsuetudine loci, vel statuto, num. 19.

Item sine vllo grauamine filijs est assignāda, num. 20. nec etiam temporis, vt num. 87. imò onus in ea impositū ipso iure reijcitur, vt num. 21.

Quod ampliatur etiam aduersus legatarios, & fideicommissarios particulares, vt n. 22, & seq.

21 *Testator tantùm reliquisse censetur, quantùm deducta eius filiorum legitima importat.*

23 *Legitima detrahitur ex legatis, & fideicommissis particularibus, quoties alia bona non supersint.*

24 *Filius pro legitima nùm possit agere cōtra tertios possessores, nulla facta excussione contra hæredes, vel legatarios?*

25 *Filius etiam pro fructibus legitimæ potest agere contra tertium. Et ità decisum fertur, n. 26.*

27 *Filius approbans patris testamentum, in quo prohibita fuit detractio legitimæ, vel illa fuit saltèm oneribus grauata, non sibi præiudicat; Nec excluditur, nisi adsit specialis testamenti approbatio, siuè istius legitimæ renunciatio per actū expressum, vt sic pluries decisum reperiri, ostenditur. num. seqq.*

28 *Filius inuentarium non conficiens legitimam haud amittit, & si bona hæreditaria remansa pro legatis non sufficiant.*

29 *Legitima debetur inspectis facultatibus existentibus tempore mortis.*

Et proindè non augetur per incrementum postea superueniens post obitum patris, vt n. 30.

Nec diminuitur, si paterna bona per illius

lius mortem diminuantur, n.31.

32 *Filius non potest pro legitima eligere sibi certum corpus, vel rem aliquam particularem, quoniam meliorem eligeret, & n.34.*

33 *Legitima in singulis rebus hæreditarijs debetur.*

35 *Legitima si præstari non possit sub certo corpore, debetur eius æstimatio.*

36 *Legitimæ fructus ad quam rationem liquidentur? & à quo die computentur n.39. & 40.*

37 *Interesse, quod debetur ex mora debitoris liquidatur ad rationem septem pro centenario, & quarè?*

38 *Legitima iuxtà stylum S. C. assignatur in corporibus hæreditarijs, non scilicèt de melioribus, nec de peioribus, sed de medioeribus, & ità nouiter decisum traditur, n. seq.*

41 *Legitimæ fructus semper debentur à die mortis testatoris, si illa consistat incorporibus, vel alia re apta ad producendos fructus.*

Quoties verò consistit in pecunia, est distinguendum, prout nu.42.45.46.50. & 51.

Sed quid dicendum, si aliquis legitimam sibi debitam peteret à fratre, vel sorore titulo de inofficiosa dote, vel donatione, habetur, n.53. remissiuè.

43 *Filius ex pecunia loco corporum subrogata pro eius legitima, fructus consequi debet.*

44 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*

45 *Interesse legitimæ, etiam si illa consistat in pecunia, debetur filijs per hæredem à die mortis patris, & quarè? nu. 46. & 47.*

Idquè ampliatur, quamuis pecunia non sit amplius penès hæredem, sed tantum appareat illam consumpsisse in suos vsus, vt num.48. & ratio n. seq.

49 *Qui sentit commodum alicuius rei, debet etiam experiri de illius incommodo.*

50 *Mora semel contracta semper durat, quoad morosum.*

51 *Filius agens pro legitima contra tertiũ possessorem, an consequatur fructus à die mortis, vel moræ?*

Decisio notabilis S.C. *traditur nu. seq.*

52 *Mora efficit, vt ad interesse teneatur debitor.*

54 *Legitima filiorum quanta sit, si pater foriudicatus reperiatur?*

Et quid, quando pro aliquo delicto bona paterna confiscari contingit? num. 55. remissiuè.

56 *Triplex datur bonorum subsidium, secundum* Consuetud. Neap. *& nu. 57. & 58.*

59 *Nostrarum Consuetudinum Compilatores reseruant filijs bonorum subsidium in bonis nouiter quæsitis, ad differentiam proximorum, quibus competit tantum medietas bonorum antiquorum, prout in hoc liberi cum illis concordare videntur, & n.61.*

60 *Ius nostrum municipiale nihil differt à communi, quò ad filiorum legitimam in bonis per patrem nouiter acquisitis.*

62 *Legitimæ filijs debitæ quantitas, iuxtà morem, ac vsum Procerum, & Magnatum Regni, describitur, ad differẽtiam Iuris communis, & consuetudinarij huius Ciuitatis.*

63 *Statutum, Princeps, & Consuetudo introducere possunt, ne quis valeat disponere, nisi de certa portione legitimæ; & quarè? num. 64. 65. & 93.*

64 *Statutum, Princeps, & Consuetudo, pro bono publico dant certam disponendi normam.*

65 *Legitima minui potest statuto, vel consuetudine.*

66 *Statutum introducere potest, ne legitima detrahatur ex certis bonis.*

68 *Dos succedit loco legitimæ, & de ea mulier habens filios in hac Ciuitate non potest disponere, nisi de decima, & de medietate tantum, si filijs careat, n. 69.*

70 Consuetud. Neapol. *quemadmodum viget in dote, ità pariter in legitima, nam in vtraque eadem militat ratio conseruationis bonorum in familia.*

71 *Dispositio nostrarum consuetudinũ locum habet quò ad omnia bona, quæ quouis modo à parentibus, siuè ab a-*

gnatis, & cognatis obueniunt alicui, ſicque titulo lucratiuo, & ratio nu. 72. *&* 82.

*Secùs titulo oneroſo, vt à n.*77.

73 *Dos mulieri defertur ex titulo lucratiuo, & quò ad illius diſpoſitionem habet manus ligatas, ſecundum* Conſuetud. Neapol:

74 *Proximiores ex parte patris, vel matris ſuccedere debent ſaltem, quò ad bonorum medietatem, ſeruata forma diſpoſitionis* Conſuetud. *in bonis omnibus defuncto obuentis à quauis linea, quocumque titulo lucratiuo, nempè hæreditatis, legati, fideicommiſſi, mortis cauſa donationis; ac etiam ſimplicis donationis inter viuos, vt n.*75.

76 *Bona ſemper dicuntur de nouo acquiſita, quoties aliquis habet illa tanquam benemeritus, & coniunctus non eſt.*

*Secùs verò ſi ſit coniunctus, vt ibid. & num.*75.

77 *Conſuetudines non habent locum in bonis defuncto obuentis titulo oneroſo, hoc eſt emptionis, venditionis, permutationis, locationis, vel cuiuslibet conuentionis.*

*Rurſus neque locum habent in bonis obuentis ab Affinibus, vt n.*8

79 *Affinitatis nulli ſunt gradus.*

80 *Gradus dicũtur propriè ratione cognationis naturalis, quæ in Affinibus minimè verificatur.*

81 *Affinitas eſt regularitas perſonarum ex nuptijs coniunctarum, omni carens parentela.*

83 *Legitima obuenit filio ex bonis patris loco illius portionis, quam habiturus eſſet ab inteſtato; Et ſic titulo lucratiuo, vt n. ſeq.*

84 *Legitima, quæ obuenit filijs ex bonis parentum, eſt ſubiecta noſtris conſuetudinibus, prout alia bona antiqua eiſdẽ dicuntur ſubiecta.*

*Et hoc non ſolum pluribus noſtratum authoritate pro abſoluto procedere oſtenditur, n.*85.

*Sed ità nouiter per S. C. deciſum fertur n.*86.

87 *Legitima debetur ex prouidentia legis, & debetur filijs tamquam æs alienũ, vt n.*89.

88 *Filius in legitima dicitur eſſe creditor, & præfertur omnibus legatarijs in deductione illius, vt n. ſeq.*

90 *Onus ſubſtitutionis reciprocæ inter filios, à legitima etiam excluditur.*

91 *Parentes onus aliquod apponere non poſſunt in legitima, niſi filiorum commodum reſpiciat.*

92 *Pater relinquens filio plus legitima, poteſt grauare ipſum filium, ſed tantum in illo augmento.*

Minimè verò, quò ad integram legitimæ portionem, vt n. ſeq.

ARGVMENTVM.

Perutilis quidèm exponitur quæſtio, æquè ac Conſuetudiniſtis admodũ neceſſaria diſcutitur difficultas: àn ſcilicèt legitima noſtris municipal ibus ſubiaceat Sanctionibus; ità vt aliquis de ea nequeat, niſi tantum de medietate ad libitùm diſponere, & alterius medietatis portionem Proximioribus relinquere aſtringatur, quemadmodùm in cæteris bonis antiquis id procedere de Iure patrio, nobis compertum eſt?

Et quamuis hæc legitima ex Legis, & Naturæ prouidentia ſit abſque vllo penitùs onere filijs debita; quod poſſit nihilominus Statutum, Princeps, vel Cõſuetudo illam minuere, ſimulq. introducere, vt nemo poſſit, niſi de certa eius portione, vel medietate, vt hìc, teſtari, laconicè animaduertitur; Et in ſpecie per S. C. ità deciſum fertur.

Quamobrèm ad noſtrarum Conſuetudinum ornatum variæ deguſtantur concluſiones, ac notabilia nonnulla circà præſentem materiam ponderantur. Itèm-

Itèm: quæ bona dicantur obuenire filijs, vel agnatis, & cognatis titulo lucratiuo: quæ autem titulo oneroso; sicquè de quibus possint illi in hac Ciuitate, sine aliqua consuetudinaria restrictione; Sed ex volútatis arbitrio disponere, demùm etiam dilucidatur.

1 DVre naturæ debitum bonorum subsidium, siuè legitima, subiaceat nè censuræ nostrarum Consuetudinum: ità vt de ea quis nequeat testari, nisi tantum de medietate, prout de reliquis bonis antiquis est expressè sácitú: Quamuis necessaria respectu municipalis Iuris, nec nó vtilis in materia istius Legitimæ, ac simul conspicua apud Consuetudinistas videatur esse præfatæ questionis indagatio à paucis nihilominùs diffusè, sed incidétèr pertractatam inueni. Quarè, cum nonnulla circà præsentem materiam varijs lucubrationibus perscrutatus fuerim, hinc meritò ea in vnum componere, nimis vtile, æquè ac congruum existimaui.

2 Vndè quæsiti disputationem antequàm aggrediamur, ad huius Controuersiæ ornatum præmittamus, fas est: primò, quod strictè vitæ subsidium idé
3 sonat, ac aliméta, vt in *l. 5. Cod. de patr. potest.* Estquè illud per filiú patri inopi debitum, *d. l. 5.* vbi fusè *Bald.* cum alijs. Hic autèm sumitur pro debito iure naturæ, hoc est legitima, quæ quò ad nu-
4 merum filiorum est certa, & limitata quantitas per legem statuta, scilicèt triens, si filij sunt quatuor, aut infrà. semis verò si sint plusquam quatuor, *Auth. de trient. & semisse coll. 3. Auth. nouiss. Cod. de inoff. testam.* vbi *glos.* ponit hæc carmina.

Quatuor, aut infrà dant natis Iura triété.
Semissem verò dant natis quinq; vel vltrà.

5 Legitima idcircò alio vocabulo, bonorum subsidium pariter nuncupatur, vt in *l. scimus, §. illud, C. de inoffic. testam.* cum *DD.* cumulatis per *Consf. de Anna cons. 5. n. 7. vol. 1.* quem refert *P. Wolfes. p. 2. sui comment. tit. de bonis, quæst. 19. n. 4.* Quòd debitum bonorum subsidium
6 computatur, deductis ære alieno, & funeris impensis, *l. obsignatam, §. bona, l. Princeps bona, ff. de verbor. signif. l. Papinianus §. quarta, & §. quoniam autem quarta, ff. de inoff. test. Bart. in l. ex facto, ff. de hæred. instit.* Idemquè debetur etiá liberis de iure *Consuetudinis*, exordi-
7 entis, *si aliquis moriens*, quemadmodú de iure communi disponitur, in bonis nimirùm per testatorem nouitèr, suaq; industria acquisitis; Quoniam ex bonis
8 antiquis, scilicèt obuenientibus, ab agnatis, & cognatis séper medietas filijs debetur, vt docet *Napodan. ibid. n. 9 fol. mihi 165. in verb. subsidio* vna cum alijs *Addent.* & signáter *Frece. in addit. ibi incipien. Nota dùm loquitur.* Natura enim curata, ait *text. in d. Auth. de triēt.*
9 *& semisse, §. si verò vltra*, ad extraneas largitates debemus accedere; imò furiosi, nec sanæ mentis existimantur à Legislatoribus illi in *l. 2. ff. de inoff. test. & instit. eod. tit. in princ.* qui filios, seù libetos iniustè exhæredant, vel prætereunt: sicuti è contra parentes, etiam pre-
10 teriri non possunt, *l. nàm, & si parentibus 15. ff. de inoff. test.* eisque propter mutuum amorem hoc debitum bonorum subsidium, etiam competit, vt ha-
11 betur ex verbis *tex. in auth. vt cum de appell. cognosc. §. hoc autem, vers. ibi cōsiderare namque debent parentes, quia, & ipsi filij fuerunt, & eadem à suis parentibus sperauerunt. Et similiter, qui tunc filij sunt, debent studere parentú animos sanare: quia & ipsi parétes fieri desiderant, & à suis filijs oportet honorari.*
12 Æquùm sanè videtur, vt sicuti filius patri succedit, ità pater ipsi filio succe-
13 dere debeat. Quinimò absoluti iuris est, illis scilicèt generalitèr deberi bonorum subsidium, quibus permittitur ab intestato succedere, atque inofficiosi testamenti competit querela, *instit. de*

de inoffic.teſtam.& d.l.nam,& ſi paren-
14 *tibus.*Sicquè parẽtes, quia agere poſ-
ſunt,vt diximus, querela inofficioſi te-
ſtamenti, quotiès à filio ſunt præteriti
in teſtamento, eiſdem ergò debetur le-
gitima in bonis filiorum,& ſi non eo-
15 dem voto,eadem tamen pietate,vt in-
ter alios aſſerit *Dominus Reg.Galeot. in*
contr.31.num.1.lib.2.
16 Obſeruandum eſt etiã ſecundò. Le-
gitimam,quæ filijs legitimis,& natura-
libus de iure naturæ debetur , *gloſ.in*
verb.debitum vocant. auth. de trien. &
*ſemiſ.*eſſe quotam bonorum , non autẽ
hæreditatis,ad *tex.in l.quoties,C.de hæ-*
red.inſtit.& ex *tex.in d.l.Papinianus,§.*
48 contemplatione certi matrimonij cōtrahendi; tunc enim nō reuocatur postea hæc donatio, dummodò non sit inofficiosa, per filiorum superuenientiam, & in ea cessat *tex. in d. l. si vnquā,* vt notant *Dec. cons.* 675. *nu.* 8. *& 9. Nouar. quæst. forens. cap.* 83. *n.* 3. *& 4. part.* 1. *Altrogr. cons.* 7. *n.* 23. *lib.* 1. quos refert, & sequitur *D. Consil. Staiban. in obseru. ad d. eius resol.* 123. *n.* 12. *cum seqq.*
49 vbi varijs rationibus, & DD. non modicæ authoritatis contrarium ostendit, quando ex mera liberalitate ista donatio esset facta ab aliquo extraneo contemplatione certi matrimonij, nam reuocaretur ob superuenientiam liberorum donantis, præsertim ex *Tiraquell. loc. cit. ver. donatione largitus n.* 243. *Molin. de rit. nupt. lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 81. *Bertrand. cons.* 76. *cons.* 257. *&* 383. *lib.* 2. *Cutell. de donat. contempl. matr. tract.* 1. *discurs.* 3. *par.* 6. *nu.* 30. *& Alex. cons.* 71. *lib.* 4.
50 Rursùs ad propositæ quæstionis ornatum, deserere mihi dissonum videretur, nisi hìc etiam secundò præmitterē, quod licèt regulariter dispositum reperiatur, nempè vt dos semel à Patre filiæ constituta, eiq; tradita, ampliùs minui non possit, nisi paternum patrimonium fortuitò fuerit diminutum, ex famigerato *tex. in Auth. sed quamuis, C. de rei vxor. act.* cuius dispositionem
51 procedere, etiam si dos tradita non esset, sed tantùm promissa, vt scilicèt illa, nec etiam diminui possit, & integra sit soluenda, communitèr post innumeros scripserunt *Tiraquell. de retract. conuen. in fin. tit. n.* 15. *Siluan. cons.* 2. *n.* 64. *Calcan. cons.* 31. *n.* 17. *Curt. iun. consil.* 179. *n.* 13. *Rolan. à Vall. in tract. de lucr. dot. quæst.* 5. *n.* 4. *Viu. commun. opin. lib.* 2. *opin.* 96. & ità decisum fuisse, fatetur *Afflict. decis.* 61. vbi cōtrarium substinentibus latè satisfacit *Vrsill. in addit. Grammat. decis.* 103. *sub n.* 19. & quamplures alij penès *Ricc. collect. decis.* 804. & *Nouar. quæst. forens. lib.* 2.
52 *quæst.* 14. *n.* 4. quamuis velit filia ad secunda vota transire, nàm potest patrē cogere, vt eandem secundo viro constituat dotem, quam primo dedit, vel promisit, omni prorsùs diminutione exclusa, *tex.* est *in §. quia verò, Auth. de æqualit. dot. Barbat. in l. post dot. n.* 33. *ff. sol. matrim. Rom. sing.* 788. *D. Reg. de Marin. var. resolut. cap.* 92. vbi *D. Ro-*
53 *doer. in addit.* & in dote promissa adest *tex. in l. fin. C. solut. matrimon.* vbi dos promissa vera dos esse dicitur, imò melius colligitur ex *tex. in l. ex morte, §. similiq; modo, C. de pact. conuent.* ibi: *Dotem dederit, aut promiserit, l. si quis incesti* 6. *C. de incest. nupt.* ibi: *Dos si quæ fortè solemnitèr, aut data, aut promissa fuerit,* & *l. fin. C. de dot. promiss.* ibi: *de-*
54 *derit, vel promiserit.* Vndè promissio constituendi dotem habet vim realis constitutionis, *Bald. in d. l. fin. C. de dot. prom.* Quod catenùs est verum, quia dos promissa ex iuris dispositione tacitam habet hypothecam, & anterioritatis priuilegio potitur, ex *tex. in l. vbi adhuc, C. de iur. dot. l. assiduis, C. qui potiores in pign. habeant.* & ex alijs pluribus

bus docent *Surd. deciſ.* 287. *n.* 2.& *P. Molfeſ.in eius comment. ad Conſuetud. Neapol.par.4.quæſt.*10.*n.*11. *& par.* 6.
56 *quæſt.*2.*n.*14.*&* 19.Ideòque,vt habeat idem prælationis priuilegium , ſicut dos tradita,magiſtralitèr, more ſolito, admonet *D.Conſil.Paſcal.in tract.de vir.patr.poteſt.par.* 1.*cap.*4.*n.* 34.*&* 51.
57 vbi teſtatur in facti contingentia ſubſtinuiſſe , ex dotis promiſſione pro filia facta per patrẽ in capitulis matrimonialibus adeò irreuocabile ius in filiæ beneficium acquiri, vt etiã ſi matrimonium nõ ſequatur,illa tamen pro hac dote promiſſa ſit omnibus creditoribus,qui poſteà cum Patre contraxerunt præferenda,& eius eſt aſſecla *D.*
58 *Reg.de Marin.in d. cap.* 92.*n.*3. vbi ex communi DD.opinione concludit , vt ſi Pater dotem filiæ conſtituat,vel promittat pro aliquo matrimonio cũ certa perſona cõtrahẽdo , quod matrimoniũ deindè ſequi non potuit,quantitas dotis promiſſæ ampliùs minui nequeat: tùm quia fuit iam ius quæſitum filiæ; tùm etiam, quia poſtquàm pater ſemel animum ſuum declarauit quòad iſtius
59 dotis quantitatem,prohibetur indè ab huiuſmodi declaratione recedere; etſi eadem eius filia nollet nubere,ſed domi caſtè viuere , vel Monaſterium ingredi,vt ex nonnullis ipſe *Reg.de Ma-*
60 *rin.*probat *loc.cit.n.*4. Nàm quãdo Pater dotem filiæ dat, vel promittit, cenſetur tacitè eidem donaſſe,per *tex.in d.l.ex morte,C.de pact.cõuent. & l.fin. C.de iur.dot.*ſicquè non poterit dotem
61 illam ampliùs reuocare, vel minuere, etiam matrimonio non ſequuto; Et hoc validiſſimis argumẽtis defendũt *Dec. conſil.*35.*Cephal.conſil.*145.*n.*6. *vol.* 1. *Tiraquell.de retract.conuent.gloſ.vn.* §. 2.*n.* 55.*in fin.verſic.& hæc omnia* , *Iaſ.*
62 *in l.ſi extraneus* 6.*in fin. verſ. ſed, & ſi Pater,ff.de condit.ob cauſ.* idèquè limitant in extraneo dotem promittente, vel conſtituente ſub hàc expreſſa conditione nuptiarum,& matrimonij,quia tali caſu,ſi matrimonium non ſequatur, non tenetur ipſe ad dotem;& ſi iam illam dedit,rèuocat cõdictione ex cauſa data,per *tex.in l. quod ſeruius* 8. *cit.tit.*
63 & *l.*1.*C.de cond.ob cauſ.*Secùs verò in Patre , qui ad dotandas filias de proprijs bonis in omni caſu neceſſitate aſtringitur,*l.obligatũ,*§.*lege,ff. de action. & oblig. l. qui liberos , ff. de rit.nupt.*& dotem,quam cõſtituit ampliùs minuere non poteſt;Ità *Menoch.* poſt alios *lib.*2. *arbitr.iudic.caſ.*88.*n.*39. *in fin. Molfeſ. d.par.*6.*quæſt.*2.*n.*19.*D.Marcian. cõſil.* 46.*n.*11.*lib.* 2. *Io. Crot.* quem ſequitur *Conſil.Paſcal.vbi ſuprà n.*94. *in l.ſi conſtante,in* 2 *lect.n.*19. *cum ſeqq. ff. ſolut. matrim.*vbi ad prædictorum confirma-
64 tionem tria refert notabilia: quorum eſt primum,quod ſi Pater in teſtamento nullo,& inualido certam dotis quãtitatem filiæ relinquat,nõ poterit ampliùs illã minuere, & recedere ab eius animi declaratione ſemel facta, quam ſufficit conſtare etiam ex actu nullo , *l. qui à patre,ff.de confir. tut. & l. fin.*vbi *Bald.ff.de reb.cor.& l.legatum* , §.*fin.ff.*
65 *de adim.leg.*Secundum eſt,quod ſi Pater filiæ certam dotem in teſtamento legauit,licèt deindè hoc renocet teſtamentum,non tamen videtur reuocaſſe illud dotis legatum in primo teſtamẽto relictum;cum dotis declaratio ſemel facta non poſſit immutari, etſi annullato teſtamento, omnia in eo cõtẽta cor-
66 ruant,*l.ſi nemo,ff. de teſtam. tut. & l.ſi nemo, ff. de regul.iur.* Tertium deniquè eſt,quod ſi Pater filiam per verba de futuro deſponſando,ei dotem promiſerit,& illa ſponſalia non ſortiantur effectum,dos eadem pro alio matrimonio contrahendo debetur; pro qua vltima concluſione *Crot.* & *Paſcal.* allegant *tex.in l.*2.ibique *Gloſſ.*cum *Concord.* §. *ſi.ſponſa,ff.de priuil.cred.*vbi ſponſa de
67 futuro dotis priuilegia conſequitur , etiam non ſequuto matrimonio.

68 Nihilominùs,dotis ſupplementum quemadmodùm cõpetit filiæ pro quãtitate legitimæ portionis , niſi ei expreſsè renunciauerit , quotiès incongruè reperitur illa, & exiguè dotata, atquè ex hoc enormiſſimè læſa,etiam

D ſtan-

ſtantibus ſtatutis, fœminas propter do-
69 tationem excludentibus, vt ex pluri-
bus teſtantur inter recentiores D. Preſ.
Amat. conſil. 59. n. 5. Cõſil. Paſcal. de vir.
patr. poteſt. par. 2. cap. 4. n. 186. Marant.
diſput. 10. n. 22. Grammat. deciſ. 101. &
102. in fin. Conſil. de Medic. conſil. 25. n.
13. Mart. vot. 59. n. 1. D. R. Rouit. deciſ.
99. n. 11. & 12. & nouiſſimè poſt alios
Dom. Reg. Capyc. Latr. deciſ. 99. à n. 21.
70 Ità paritèr quando illius dos eſt inoſ-
ficioſa poſſunt cæteri filij agere ad re-
uocationem iſtius dotis inofficioſæ vſ-
que ad eorum legitimam, attenta diſ-
poſitione tit. C. de inoffic. dot. mortuo ta-
men Patre dotante, ſecùs eo ad hùc vi-
71 uẽte; Eſt enim Titulus Codicis de inoſ-
ficioſis dotibus introductus, ad inſtar
querelæ de inofficioſo teſtamẽto, vt di-
cit tex in l. vnic. C. de inoffic. dot. quam
72 querelam filijs tantùm poſt patris, aut
matris mortem competere, non autem
in vita, indubitatum eſt, ex Gloſ. in d. l. ſi
totas, vbi Bartol. & Salicet. C. de reuoc.
donat. Napodan. in §. eas autem, ad Con-
ſuetud. Neapol. n. 60 Afflict. deciſ. 86. vbi
Addent. Gramm. deciſ. 90. Præſ. de Fran-
73 ch. deciſ. 170. vbi tenet, quod filij non
poſſint dotem inofficioſam reuocare ex
cõſenſu parentum, qui vti adhuc viuẽ-
tes, non debent venire contra factum
proprium, l. poſt mortem, ff. de adoption.
Dom. de Luc. in addit. ad d. deciſ. 170.
Ricc. collect. deciſ. 180 Molfeſ. tom. 1. ſui
comment. par. 4. quæſt. 26. n. 7. Vrſill. ad
74 Afflict. d. deciſ. 86. R. de Pont. deciſ. 39.
n. 29. Et quod præfata reuocatio dotis
inofficioſæ procedat etiam quò ad fru-
ctus, quos deberi à tẽpore inchoati iu-
dicij, incontrouerſum eſt apud omnes,
vt aſſerit, & iudicatum in S. C. tradit
Dom. Præſ. de Franch. deciſ. 558. vbi Ad-
75 dent. tùm quia dotatio inofficioſa non
eſt ipſo tunc nulla, ſed eſt neceſſe, vt re-
ſcindatur: tùm etiam, quia legitimam
tali caſu filius acquirit, non titulo vni-
uerſali, vt quia fuerit à parentibus in-
76 ſtitutus, ſed titulo particulari tantùm,
nempè per querelam inofficioſæ dotis:
& propterea fructus debẽtur à die mo-
tæ, & litis conteſtatæ, prout in alijs
actionibus reuocatorijs obſeruatur, ex
tex. in l. videamus, §. in Fauiana, ff. de
vſur. & in l. vlt. §. ſed procurator, verſ.
77 non ſolum, ff. quæ in fraud. cred. in qui-
bus non veniunt fructus, niſi poſt litem
conteſtatam, vt admonet etiam poſt
Præſ. de Franch. D. Reg. Rouit. d. con-
ſil. 21. vbi iterum ità per S. C. deciſum
fuiſſe refert, cũ Altimar. in addit. alijſ-
que ſuprà citatis n. 38. Vndè ſuccedit
78 indubitata concluſio, quod quoties le-
gitima non petitur titulo vniuerſali,
ſed particulari, vel officio Iudicis, fru-
ctus non veniunt, niſi à die litis conte-
ſtatæ, iuxtà commune ferè omnium
placitum, vt breuitèr demonſtrauimus.
79 Solummodò in controuerſiam hinc
dicitur, nùm quò ad hanc dotis reuo-
cationem, quæ fit per ſuperuenientiam
aliorum filiorum, ſit tantùm mors Pa-
tris dotantis expectanda: an verò inclu-
ſiuè, etiam mors Viri dotatæ Sororis
requiratur, ità vt ſoluto matrimonio
poſt patris obitum, poſſint fratres dice-
re de inofficioſa dote, ſolita actione re-
uocatoria?
80 Et quidèm, quod filij expectare de-
beant poſt patris obitum, etiam ſolu-
tionem matrimonij, morte alterius ex
coniugibus, videtur ſubſtinendum ex
tex. in l. ſi fraudator, §. ſi à Sotero, ff. quæ
in fraud. Credit. vbi diſponitur, quod
81 pro dotatione inofficioſa, facta per pa-
trem in fraudem Crediторum, eiſdem
Creditoribus non competit reuocato-
ria actio cõtra virum filiæ dotatæ, frau-
dem ignorantem, ſed ſoluto tantum
82 matrimonio; Et tamen ius creditorum
dici quidem debet fortius, & potentius
iure filiorũ in bonis paternis, ex qui-
bus legitima non debetur, niſi deducto
ære alieno, l. Papinianus, §. quarta, vbi
Bart. Bald. alijquè DD. ff. de inoffic. te-
ſtam. Et cum hoc tex. concordant deci-
ſiones Grammat. 90. & Afflict. 86. vbi
ità per Sacrum Conſilium deciſum fer-
tur, vt ſcilicèt matrimonio conſtante,
83 Vir non debeat iſta actione reuocato-
ria vexari, ſed quod talis reuocatio diſ-
ſo-

ſoluto matrimonio, vel per mortem
Vxoris, aut Viri, ſit facienda.
84 Quæ opinio probari etiam poteſt ex
doctrinis *Bartol. in d. §. ſi à Socero*, vbi
aſſerit primò, dotem à Patre aſſignatam,
dici, habere duplicem titulum, oneroſũ
nimirùm, & lucratiuum; Nàm quò ad
Generum dicitur oneroſum, cum dos
deſeruiat pro matrimonij onetibus, *l. 1.*
85 *ff. ſol. matr.* quò ad filiam autem, lucra-
tiuum, cum cenſeatur donata; Sed ex
alienationibus oneroſo titulo factis,
vulgatis iuribus, legitima non deduci-
tur; Ergo nec etiam conſtante matri-
monio, ob iſtud Viri præiudicium, le-
gitima non detrahitur ex huiuſmodi
immoderata dotatione. Quamuis enim
86 donationes per ſuperuenientiam libe-
rorum ipſo iure reuocentur, iuxtà de-
cantatã *l. ſi vnquam*, C. *de reuoc. donat.*
illa verò donatio, quæ emergit ex do-
tatione exceſſiua, non reuocatur, vt per
plures rationes firmat *Natt. conſil. 90.*
per tot. lib. 1.
87 Secundò determinat *Bartol. in d. §.*
ſi à Socero, quod dos, quæ eſt filiæ ſpu-
riæ aſſignanda, non reſpectù legitimæ,
ſed habita ratione ad alimenta, vt no-
tat perbellè *Mareſcot. var. reſol. lib. 2.*
88 *cap. 83. n. 34.* quamuis excedat quãti-
tatem, permiſſam à lege dari filiæ ſpu-
riæ per patrem, non poreſt tamen pro
exceſſu reuocari, cõſtante marrimonio,
propter intereſſe mariti, qui illius doris
vſumfructum titulo nimis oneroſo ac-
quiſiuit, pro ſubſtinendis ſcilicèt oneri-
bus matrimonij; Sed eſt expectanda
matrimonij diſſolutio, prout poſt *Bar-*
tol. defendunt *Rip. in l. 1. n. 67. & 68. ff.*
ſolu. matrim. & plenè *Roland. conſil. 85.*
n. 13. lib. 3. quos ſequitur *Capyc. deciſ.*
181. n. 2. Ergò hoc idem videtur poſſe
inferri in caſu, de quo agitur, vt tenent
etiam *Alex. Trentacin. var. lib. 3. tit. de*
iur. dot. reſol. 3. Campeg. de dot. quaſt. 14.
§. an pater Tuſc. concluſ. 734. verſ. dos, n.
5. Rota deciſ. 488. par. 1. diuer. Coſt. de
remed. ſubſid. reme. 108. n. 5. & poſt præ-
dictos *Bottilier. de ſucceſſ. ab inteſt. cap.*
2. theor. 46.

89 Contraria autem opinio, cui vti cõ-
muniori, prædictis non obſtantibus, mi-
hi adhærere placet, nempè vt alij filij
poſſint agere actione reuocatoria reſ-
pectu dotis inoſſicioſæ eorum Sororis,
à communi parente dotatæ, etiam con-
ſtante matrimonio, etſi maritus nõ fue-
rit huius particeps fraudis, mortuo ta-
men dotante; Probatur.
90 Primò ex euidenti ratione, quia ſta-
tim, ac Pater moritur, filius ad conſe-
quendam legitimam ius acquirit, vti
creditor patris per inſignem *tex. in l.*
cum quæritur, C. *de inoffic. teſtam.* eique
ipſo tunc debetur pura abſquè vllo
91 grauamine, vllaque penitùs dilatione,
etiam leui, iuxtà *vulg. tex. in l. quoniam*
in prioribus, l. omnimodo, l. ſãcimus, C *de*
inoffic. teſtam. Qua de rè ſi iura, cum fi-
lijs ipſis faueant, diſponunt, vt illi ſta-
92 tim legitima potiantur portione, à qua
omne grauamen reijciunt; non erit igi-
tur expectanda mors mariti, ſed ſtatim
ſequuto patris obitu, dotem Sororis,
tanquàm inoſſicioſam reuocare pote-
rũt vſque ad legitimam, eis de iure na-
turæ debitam, ſecundum diſpoſitionẽ
93 præfati *tit. C. de inoff. dot.* Nàm ſi iuxtà
aliorum placitum, eſſet expectãda ma-
trimonij diſſolutio, legitimam filij non
acquirerent ſtatim mortuo patre, & ſi-
ne onere, & dilatione aliqua, vndè da-
retur aditus fraudãdi filios, ex quò eo-
rum legitima priuarentur, ſaltèm tem-
pore labente, ſine cauſa, & culpa, quod
eſſe nequit.
94 Secundò hæc probatur opinio, nam
in legitima filius dicitur verè creditor,
& cum agat de damno euitando, & de
lucro captando, vero creditori æquipa-
ratur, ex ſententia *Bald. in d. l. quoniam*
in prioribus col. 2. verſic. ſed iuxtà hoc
quæro, C. *de inoffic. teſtam.* quem refert
Socc. iun. conſi. 131. n. 18. lib. 1. At debi-
tor Creditori non poteſt præiudicare
l. 1. & tot. titul. ff. quæ in fraud. Credit.
95 Ergò filijs non præiudicabit iſta inoffi-
cioſæ dotis aſſignatio facta per patrem,
pro cuius reuocatione non erit expe-
ctanda matrimonij diſſolutio, vt cæteri,

malè præsupponunt.

96 Tertiò demùm cõfirmatur, quia *tex. in d. l. fin.* §. *si à Socero*, procedit, & loquitur in casu, quo dos congrua fuisset assignata genero, & Creditores vellent illam reuocare, nàm id facere non possent constante matrimonio; non autem
97 loquitur de filiorum legitima, quæ nõ venit in generali sermone; nec dotem inofficiosam alij filij reuocant, nisi habito respectu ad quãtitatem eorum le-
98 gitimæ. Imò ratio à Iurisconsulto *in d.* §. *adducta*, scilicèt: *indotatam vxorem non fuisse ducturum maritum*, demonstrat, longè duriorem casum à nostra facti specie propositum fuisse; dùm ibi Creditores certabant, auocare integrã dotem à genero eorum debitoris, ideoquè dicit *tex.* ibi, *indotam vxorẽ*, *quod nimis durum videtur*; Vndè in proposito articulo, cum tantùm agatur de rata dotis, non de tota illius reuocatione, infertur ex hoc, quod eadem æquitas
99 huius *tex.* vigeat in casu nostro. Quemadmodùm enim durum videbatur, maritum esse cum vxore, siuè illam ducere sine dote congrua; ità paritèr durissimum sanè iudicari debet, vnam filiam possidere tãm amplam dotem de bonis parentum, & reliquos filios nihil, vel parũ interim habere, priuatos om-
100 ni substantia paterna. Iniquum namquè, hoc potiùs, æquitate suadente, videtur, ac humanę cõditioni repugnans, cæteros filios ob nimiam patris imprudentiam, qui eius filiæ maiorem partẽ bonorum in dotem dedit, miserabilitèr posteà viuere, & victum ab alijs mẽdicare cogi; dum eis permittitur reuocare Sororis dotem inofficiosam, saltèm
101 quò ad eorum legitimam, ratione seruandę ęquitatis, quę anima legis dicitur, & introducta profectò reperitur ad tollenda penitùs iurgia, ipsaque idcircò vocari debet iustitia dulcedine
102 misericordiæ, & pietatis temperata, ex traditis per *Ias. in l. si sic legatum, ff. de legat.* 1. *n.* 15. *& in l. placuit, C. de iud. n.* 1. Qua de causa Legum Conditores huic præcipuæ prospexerunt, vt in *l. le-*
103 *ges, C. de legib. cap. erit dixt.* 4. ità vt vbi tractatur de successione, quæ licèt à multis discupiatur, paucis tamen competit, semper æquitas sit seruanda, siuè æqualitas, tùm si loquamur de successionibus ab intestato, vt in *l. vt liberis, C. de collat.* tùm si loquamur de successione ex testamẽto, vt in §. *illud quoque, Auth. de nuptijs*, & arguitur ex *tex. in l. cum pater*, §. *euictis, ff. de legat.* 2. authoritati cuius nititur *Dec. in consil.* 59. *nu.* 3. *& cons.* 63 1. *n.* 1. & non abire tradam *Ciceronis* verba *lib.* 2. *de officio. fol. mibi* 100. ibi: *Ius enim quæsitum semper est*
104 *æquabile, neque enim alitèr esset ius*. Siquidem vulnus intestinum detegitur inter inæqualitèr succedẽtes, vt scripsit Imperator noster in *l. lege duodecim tabularũ*, & *l. meminisse, C. de legit. hæred.*
105 Quinimò, filios liberè posse agere de inofficiosa dote, constante matrimonio, contrà maritum, pluriès iudicauit Senatus Neapolitanus, non recedẽdo ab huius opinionis ãtesignano *Paul. de Castr. in d. l. vnica, C. de inoffic. dot.* affirmante, filijs competere statim post patris obitum istã actionẽ reuocatoriã dotis, vsquè ad eorum legitimam, nec expectandam esse matrimonij dissolutionem: vt testantur, *D. Præs. de Franch. decis.* 104. vbi *Addent.* & præsertim *D. de Luca; Carauit. & Vrsill. in addit. ad d. decis.* 86. *Afflict. P. Molfes. in suo comment. ad Consuet. Neapol. tom.* 1. *d. par.* 4. *cit. quæst.* 26. *à n.* 8. *cũ seqq. Ricc. d. collect. decis.* 180. *Fab. de Anna in addit. ad singu.* 223. *sui genitoris. Horat. Montan. contr.* 63. *cõsil. Rocc. respons.* 98. *n.* 2. *lib.* 2.
106 Ità etiam antè præcitatos Authores aliàs fuisse iudicatum in Regia Cancellaria cum alijs Regijs Consiliarijs, tradit *Lupus in cap. per vestras*, §. 21. *col.* 3. *&* 4. *versic. sed quamuis, de donat. inter vir. & vxor.* vt scilicèt fieret reuocatio statim, secundum sententiam *Pauli de Castr.* & nullo modo expecta-
107 retur mors mariti. Quam cõclusionẽ, vti veriorem, latissimè cõprobauit *Ant. Gome. ad l.* 29. *Taur. n.* 34. & probaliorẽ esse fatentur *Io: Petr. Mangrella in addit.*

*dit.ad Bart.in.d.l.*1.*C.de inoffi.dot.Barbosa*,qui alios cumulat in *l.*2. *par.* 1.*in princ.n.*171.*verſ.mortuo autem patre*, *ff.ſolut.matrim.Fontanell.de pact. nupt. clauſ.*5.*gloſ.*3.*n.*26.*& gloſ.*8.*par.* 6.*n.*7. *Guttier.pract.queſt lib.*5.*quæſt.*41.*n.*34. *Cancer.var.reſol.cap.* 1. *n.* 283.*par.* 2. *Couarr.in.tit.de teſtam.par.*2. *cap.* 8. §. 6.*col.*6.*verſ.verum ſi pater n.* 12. *Grat. conſil.*472.*n.* 20. cum nonnullis relatis per *Gratian. diſcept.forenſ. cap.* 472. & *Merlin.in eius tract. de legit. lib.*2.*tit.* 1.*quæſt.*20.*n.*11.*& per tot.*

108 Nec obſtant conſiderata in contrarium,& primò quæ finximus iuxtà plurium Iuriſconſultorum placitum ex *d.* §.*ſi à Socero in l.ſi fraudator,ff.quæ in fraud.credit.*tùm quia,vt diximus, ibi non agebatur de dote inofficioſa, nec de eius reuocatione quò ad filiorum legitimam tantùm, ſed in totum per creditores Soceri: tùm etiam, quia vt ait.*Montã.d.contr.*63.*ſub n.*4.licèt conſiderari poſſit in *d.*§.*ſi à Socero*, actionẽ reuocatoriam non dari aduersùs poſſidentẽ titulo oneroſo,ſi de fraude non participauit,dùm ibi I. C.diſtinguit,an gener recipiens dotem teneatur, conſtante matrimonio, hac actione reuotoria ad illius reſtitutionẽ? Nàm ſi ſcit tenetur tùnc, vti particeps fraudis: ſi ignorat ſecùs,quia indotatam vxorem non eſſet ducturus; Tamen quod alia

109 remedia contrà generum non competant,*tex.*ille non aperit,ſed agit ſimpliciter de actione reuocatoria creditoribus Soceri competenti, & quando detur? At *præcit.l.vnica,C.de inoffic.dot.* decidit, aduersùs dotem inofficioſam exercendæ actionis copiam tribuendã eſſe,ad exemplum inofficioſi teſtamenti,ibiquè non agit de remedijs ad reuocandam inofficioſam dotem à poſſeſſoribus, ſed tantùm de remedijs ad re-

110 ſcindendam pro parte ipſam dotem; Sicùt querela inofficioſi teſtamenti,diſpoſito teſtata pro parte tantum reſcinditur,& ad eandem partem reſciſſam datur actio inofficioſi teſtamenti, pro eius conſequutione,§.*fin. inſtitut. de*

111 *inoffic.teſtam.* Vndè concluditur *d.* §. *ſi à Socero*,non decidere,num poſſit agi, & qua actione aduersùs dotem inofficioſam? Sed ſolum decernit, quando creditoribus competat actio reuocatoria;non autem aperit, nùm dentur alia remedia filijs deceptis, ratione dotis inofficioſæ,ad conſequendam eorum legitimã;Si igitur *lex vnica,C. de inoffic.dot.*dat actionem, vt ſepè repetitum eſt,aduersùs dotem inofficiosã, ad exẽplum querelæ de inofficioſo teſtamento,quæ ſtatim cõceditur ad reſcindendam tantùm pro parte teſtatoris diſpoſitionem,vt ait *Bart. in l.non vſquè adeò n.*1.*verſ.nam illa querela,ff.ſi quis à patron.fuer.manumiſ.*Ità quoquè,eodemquè pariter modo,dari debet iſta actio inofficioſæ dotis in eo, quod ipſa dos inducit præiudicium legitimæ aliorum filiorum.

112 Hinc etiam ſubdit *Horat. Mont.loc.* proximè *cit. n.* 5.minimè obſtare hunc *tex.in d.l.non vſquè adeò*, dùm aduersùs alienata per patrem, ibi non datur actio caluiſiana,& fauiana,quæ ſũt reuocatoriæ, quia ingenuis hominibus ſuarum rerum adminiſtratio libera eſſe debet,ex *d.l.*2.*ff. ſi à parent. quis fuer.*

113 *man.*Reſpõdetur enim ex mẽte *Gloſſ. in verb.alienationẽ*,& *Bart.ibid.* hominibus ſcilicèt ingenuis liberam eſſe debere adminiſtrationẽ, & ſic diſpoſitionem bonorum ſuorũ, exceptis aliquibus caſibus à legibus expreſsè prohibi-

114 tis,vt in *d.tit.C.de inoffic. donat.*ſi pater bona ſua titulo lucratiuo diſſipauerit,prout idẽ procedit in dote inofficioſa, & eſt alius caſus à lege prohibitus,vt in *d.l.vnic.tit.C.de inoffi.dot.*cũ alijs ſimilibus,in quibus alienatio ingenui hominis reſcinditur prò parte à legibus prædictis,ſtante notabili filiorũ

115 præiudicio,ergà quos videtur pater inofficioſè agere, & in fraude verſari cõtrà Iuris dogmata, quoties tàm amplis dotibus, aut donationibus de maiori parte bonorum inconſideratè diſponit,nulla habita ratione de cæterorum filiorum ſuperueniẽntia,vel actuali eorum exiſtentia. 116

116 Item nec obstat tertiò, quod, respe-
ctu mariti huiusmodi dotatio habeat
titulum onerosum, secundùm *Bart. loc.*
antè *cit. in d. §. si à Socero*; nam duplici-
tèr huic respondetur obiectioni, nimi-
rùm, non debere intelligi simpliciter
verba *Bart.* & sine vlla distinctione, dū
ibi videtur loqui tantùm de dote illa,
quæ est intrà limites congruitatis, &
debitæ portionis, attentis scilicèt condi-
117 tione personæ, numero filiorum, &
quantitate bonorum; non verò de dote
nimis inofficiosa, quæ sapit quò ad ex-
cessum potiùs donationem respectu vi-
ri, & propterea non intrat titulus one-
rosus, sed quidèm lucratiuus, quo titu-
lo factis alienationibus, ab illis legiti-
ma detrahitur per filios statim, mortuo
118 patre alienante, vt communem esse
opinionem, tradit idem *Bart in d. l. Ti-
tia, §. Imperator n. 1. versic. secundo casu,
ff. de leg. 2. Crass. in §. legit. quæst. 94. Pe-
regr. in tract. de fideicomm. art. 36. sub.
n. 37. Menoch. consil. 691. n. 1. lib. 7. &
cōsil 1126. lib. 12. Cost. tract. de port. rat.
quæst. 113. sub. n. 7. & quæst. 140. n. 1.* cū
alijs relatis per *Merlin. in eius tract. de
legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 18. per tot.* vbi plu-
119 ra notabilia inuenies. Idquè eo for-
tiùs procedit, quia vt ex titulo oneroso
legitima nō detrahatur, minimè sufficit
titulus quicunque onerosus; sed ille tā-
tùm, in quo concurrit receptio pretij,
quod succedit loco alienationis rei, vt
benè in casu nostro cōsiderauit *Grām.
d. decis. 90. n. 3. versic. sed posset solui*, &
colligitur ex traditis per *Menoch. consil.
691. n. 4. 5. & seq. lib. 7. Rot. Roman. par.
1. decis. 488. n. 5. in nouiss. Rom. consil. 26.
n. 9. & Dec. consil. 613. n. 2. & 5.* quos re-
fert *Merlin. loc. cit. quæst. tamen 19.* Igi-
120 tur si maritus in omni eo, quod filiorū
legitimam concernit, præsumitur esse
in lucro, cum illud plus detineat con-
trà iuris dispositionem; meritò conclu-
dendum est, vt statim dos inofficiosa
vsquè ad liberorum legitimam sit re-
121 uocanda; nam ratio ipsius viri est pro
sustinendis matrimonij oneribus, quæ
non habet locum circà dotis excessum,
stante aliorum filiorum dotantis præ-
iudicio.
122 Vlteriùs dicere non officit, quod ex-
cessiua dotatio non reuocetur, per de-
cantatam *l. si vnquam, C. de reuocand.
donat.* non solùm quia, licèt non esset
magis recepta, & communior sententia
illa, vt dotatio inofficiosa possit etiam
reuocari ex dispositione istius *tex. in
d. l. si vnquam*, quod prorsùs negatur,
vt ostendit antè alios *Napod. in d. Con-
suetud. si moriatur, §. eas autem cit. n. 60.
fol. mihi 99. versic. sed si pater*, nō seque-
retur tamen, quod respectu legitimæ
liberorum non haberet locum reuoca-
tio ex remedio inofficiositatis per *tit.
de inoffic. dotib.* vt notant omnes supra-
citati Authores. Verum etiā, quia eui-
dentèr cernitur, hanc reuocationem
fieri debere specialitèr ex beneficio
prædictæ legis, respectū quantitatis,
nempè vsquè ad legitimam filijs debi-
tam.
123 Nequè inficit nostram sententiam,
quod antecedentèr diximus ex *Auth.
sed quamuis, C. de rei vxor. action.* Nam
ex eodem *tex.* patet responsio. Ibi enim
decernitur, vt dos data filiæ in priori
matrimonio, debeat etiam eidem dari
in secundo matrimonio, nisi casu for-
tuito patrimonium patris fuerit dimi-
124 nutum; Sed in casu, de quo agitur,
videtur diminutum patrimonium pa-
tris, per superuenientiam aliorum filio-
rum, quibus cum debita sit legitima,
quæ non erat debita dotationis tem-
pore; Videtur per consequens *tex.* ille
potiùs hanc sententiam confirmare, vt
statim competat filijs actio reuocato-
ria pro legitima, non expectata morte
viri.
125 Postremò respondetur ad vltimam
obiectionem, quæ *Bartoli* doctrina etiā
fundatur; Nam aduersùs id, quod di-
cit *Bart. in d. §. si à socero*, de dote filiæ
spuriæ, excedente solitam portionem,
vsq; ad alimenta debitam, vt scilicèt
non possit reuocari illius excessus con-
stante matrimonio, scripserunt nonnul-
li DD. quorum rationes esse solidio-
res,

res, ostendit *Ripa in l.1.n.67.& 68.ff. solut.matrim.Palac. in cap.per vestras, de donat.int.vir.& vxor.notab.3.§.24.*
126 *n.3.* Etiam si vir nesciret, eius vxorē esse spuriam, nam ista colorata ignorātia non esset allegabilis, cum vir, siuè gener teneatur rectè inuestigare priùs conditionem vxoris, soceri, ac cognatorum; Vndè semper præsumitur de omnibus plenè informatus.
127 Sicq;indistinctè dicendum erit, etiā constante matrimonio, & inscio genero posse reuocari illud dotis excessum, vt docent *Præs.de Franch. d.decis.104. n.7.*vbi *D.de Luca in addit. n. 9.* ea ratione, quia dos illa inualida esset quò ad excessum; quia non deberet alimētorum valorem excedere iuxtà computationem, *l. hereditatum, ff. ad leg. Falcid. Dian.part.11. tract. 3. miscell. var.resol.35.Surd.de aliment. tit.5. qu. 7.n.13. Fontanell.de pact. nupt.claus.5. glos.1.par.1.n.186.* & *Merlin. d. quæst. 20.n. 12.* vbi subdit, *Bartol.* loquutum fuisse tantùm de venientibus ab intestato, qui tractant de lucro captando, & quibus non debetur successio sicut debetur liberis legitima, quam consequuntur ex naturali iure, & ratione damni euitandi.
128 Quibus ergò fœlicitèr solutis, securè magis nostra nùnc procedit opinio fauore filiorum, vt possint etiam constāte matrimonio inofficiosæ dotis excessum reuocare post eorum patris dotantis obitū, qui nequit dicere de inofficiositate, nàm contrà proprium factū
129 veniret. Et præsertim, si dos non esset adhùc soluta, & tractaretur de non integrè soluendo, quia immoderata fuit, nàm faciliùs eis permitteretur tali casu retentio, vt subtilitèr obseruat *Præs.de Franch. d.decis.104.n.4.*quem sectantur *Præs.Amat.consil. 71. n. 21. in fin.*& *Horat.Montan.d.contr.63.sub n.4.*
130 Verùm notandum remanet, quod omnis actio reuocatoria, cum tantùm competat filijs in subsidium, nēpè alijs non existentibus bonis hæreditarijs, ex quibus legitimam detrahere possint, vt scripsit *Gloss.in l.2.C.de hæredit. act.* & sequitur *Guid.Pap. decis.105. & decis.460.Franc.Marc. decis.322. nu.13. par. 1.* sicut in reuocatoria rei hypotecatæ hoc idem tenent *Bart.Castr.Cyn.* & alij *in l.fin.§.& si præfatam, C. de iur. deliber. Rolan. in tract. de confect. inuent.verb.creditoribus n.1.to.8. par.2.*
131 Eadem sanè cōclusio procedere debet in casu nostro, vt scilicèt tunc solùm filij dotem sororis reuocent, quoties alia bona paterna illis non sufficerent pro eorum legitima; secùs verò si salua sit ipsorum legitima portio in bonis remansis in hæreditate, prout asseuerant communitèr omnes præalle-
132 gati DD. Nàm vt ex dote excessiua deducatur aliorum filiorum legitima, debet excessus esse in rota, vel maiori parte bonorum, siuè saltèm vltrà dimidiam, vt in specie probat *Afflict. d.decis.86.*& *Gram.decis.90.nu.3.* quos refert *Merlin.d.quæst.20.n.14.*
132 Nec etiam dicere omittam, quod quamuis in præsenti quæstione, distinctionis fœdere contrarias opiniones concordare conetur *Vrsill. ad Afflict. d.decis.86.n.6.in fin.* vt si dos nimirùm cōsisteret in bonis stabilibus, quæ existerent tempore reuocationis, in hoc casu omninò *Paul.de Castr.*procederet sententia, & ipsa dos reuocaretur etiā constante matrimonio vsq;ad filiorum legitimam; Si verò dos Viro soluta esset in pecunia, quæ reperiretur iàm cōsumpta, & tunc locum non haberet nostra opinio. Quod confirmat ex traditis per ipsum *in decis.190. Afflict.* vbi de-
133 ciditur, sicut etiam *in decis.78.* vt quando adessēt plures creditores, quorum aliqui reperirentur anteriores, aliqui autem posteriores, qui ex eorum industria, & vigilantia exegissent pecuniam à cōmuni debitore in satisfactionem crediti, & pecuniam illi bona fide consumpsissent, tunc nullo modo creditores anteriores reuocare possēt, aut auocare, seu repetere solutū à debitore dictis creditoribus posterioribus,

bus, quia isti iure suo, scilicèt credito-
ris vsi sunt, & nemini dicuntur fecisse
iniuriam ex communi regula *tex. in l.*
non videtur, ff. de regul.iur. & *tex.in l.*
qui autem, §. apùd Labeonem, & §. sciē-
dum, ff. quæ in fraud. credit. & *in l. si nō*
expedierit, vbi glos. & omnes ferè DD.
ff. de bon.auth.Iudic.possid. Idq; nè totus
134 mundus litibus inuolueretur, & pro-
pria vigilantia, ac diligentia esset cuili-
bet nociua, quod Ius abhorret; vt ean-
dem sectans sententiam probant *Capyc.*
decis.78.Gram quæst.1.post eius decisio-
nes, Couarr.pract.quæst.cap.29. Rot. in
decis.diuersor.tom.3.decis.548. Reg.de
135 *Pont. decis. 34.n.20.* etsi alij contra-
rium substinuerint, nempè idem *Ca-*
stren.consil.169.vol.2.Negusant. in eius
tract. de pignorib. in 2. membr. par. 3.
quæs.8.n.10.& Matt. Brun. in tract.de
cession.bonor. qu.25. Nàm de ipsorum
sententia non est curandum, signantèr
in hoc Regno, dùm receptissima est
prior opinio, vt nullum dari possit re-
medium in auocando pecuniam, so-
lutam creditori posteriori, qui eam bo-
136 na fide cōsumpsit, *Marescot.var. re-*
sol.lib.2.cap.36.Hond.cons.16. & 18.n.
66.lib.1.Mascard.de prob.concl.224.n.
18.& conclus.815.n.41.Crau.consil.44.
137 *n.* 5. Et bona fides semper præsumi-
tur, quoties cessat fraus: *Rebell. in 1.*
part.de oblig.iustit.lib.2. quæst.19.n.16.
vbi post alios firmat, idē in vtroq; foro
procedere; prout in Curia Archiepisc.
Neapolit. per doctissimos viros, & Sa-
cros Theologos, quibus semper floret,
decisum refert *P. Molfes.d. par. 4. sui*
comment.ad consuetud. quæst.26. sub n.
17. Vrsill. in decis. 190. nu.5. & in Rot.
138 *Roman. coram Cardin. Seraphin.* ità
iudicatum tradit *Statill.decis. 29.* Lex
enim teste *Cicerone* vinculum est Ciui-
139 tatis, libertatis fundamētum, & fons
æquitatis; Vndè ob bonum publicum
fuit inuenta, & vt euitentur lites, prò
quarum expensis non sufficiunt quidē
aliquando, nec etiam bona, quæ recu-
140 perantur. Quod pariter suadetur il-
lo aureo monito *Plutarchi* è vita Solo-
nis, ibi: *Nihil enim commendatius, quā*
vt Ciuium lites, & discordia tollantur.
141 Attamen, quia hæc conclusio, vt sci-
licèt solutum à debitore creditori po-
steriori non possit repeti per anteriorē,
ad casum nostrum non adaptatur, nàm
in creditore, cui facta fuit solutio, apùd
eum pecunia non dicitur extare ad ef-
fectum repetēdi; Siquidèm in casu, quo
extaret, secùs concluderetur, vt docet
142 *Cephal.consil.86.n.12.circà fin.* In do-
te autem viro soluta hoc non præsu-
mitur, nàm illa nunquàm dicitur con-
sumpta, sed extare, cum vir semper sit
obligatus ad eius restitutionem, ideoq;
dominium dotis ab eo non dicitur ir-
reuocabilitèr acquiri, prout per credi-
143 torem, cui debitum fuit solutum; Vn-
dè licèt dos sit in pecunia, quia tamen
dicitur patrimonium filiæ dotatæ, vi-
detur semper extare, sicq; *Vrsilli* distin-
ctio non militat, quia sicuti legitima
detrahitur de omnibus bonis, iuribus,
actionibus, & debitorum nominibus,
144 vt habetur ex *l. libertus, ff. de bonis*
liber. Præs.de Franch.decis.61.n.15.Pe-
regrin.de fideicomm.art.36.n.72. cum
multis alijs, quos congerit *Merlin.de*
legit.lib.2. tit.1. quæst.1. per tot. ità etiā
ex dotis inofficiosæ excessu, erit detra-
henda ipsa legitima, quamuis dos sit in
pecunia.
145 Concludendum est propterea, quod
verior est opinio, vt etiam non resoluto
matrimonio, dos reuocari possit, siuè
cōsistat in pecunia, siuè in corporibus,
vel sit soluta, siuè non, vel sciuerit vir,
siuè ignorauerit soceri qualitatem, &
illius bonorū, filiorūuè quātitatē, prout
indistinctè etiam hanc esse substinen-
dam, comprobant *Gratian. discept.*
forens.d.cap.472. Barbos.in l.2.in princ.
n.174. ff. solut. matrim. & *Merlin.* vbi
suprà *d.quæst.20.n.16.* quibus libentèr
146 adhæreo: siuè dotatio excessiua, seù
potiùs donatio esset inofficiosa re: siuè
re, & consilio, putà si non tantùm pa-
ter tot bona donauerit, ità vt sibi non
supermanserint alia sufficientia pro
aliorum filiorum legitima: Sed etiam

si

si sic alienauerit, vt filios in sua legitima fraudaret, prout tradit *Clar. in §. donatio, quæst. 24. vers. dicitur autem*; Nā
147 saltèm reuocari deberet, etiam constante matrimonio, vsquè ad liberorū legitimam, vt omnes filij sint inter se æquales in participatione bonorum parentum, qua ratione nouitèr decisū refert per S. C. *Io: Bapt. Thor. in eius compend. decis. tom. 3. part. 1. verb. dos,*
148 *fol. 352.* ad relationem Dom. Consil.
† Felicis de Ianuario, vt dos, scilicèt assignata vni filiæ, esset diuidenda statim per partes inter alios filios posteà natos, in causa Antonij Salerno cum Catharina Riua, in banca de Ferrarijs.

Ex his ergò dilucidè nimìs patet, tàm ex pluribus solidissimis rationibus, quàm varijs Sac. Cōsilij nouissimis decisionibus, necnō propter resolutionem argumentorum, quæ ex aduersò ponderauimus, liquidò constat, filios quò ad eorum legitimam portionem liberè posse sororis inofficiosam dotem rescindere, etiam illius viro viuente. Hancq; opinionē, omnibus sanè veriorem, in tuto positam ità censeo, vt de ea in futurum dubitari sit nefas, quemadmodùm principiò considerauimus.

CONTROVERSIA XXVIII.

Filij, nùm in bonis donatis Patri ab Auo contemplatione matrimonij, præsertim contrahendi cum certa muliere, succedant ex propria persona, àn potiùs vti eorum patris donatarij hæredes?

SVMMARIVM

1 *Donatio, facta filio in potestate existenti contemplatione matrimonij, vel ad suscipiendos Ordines Sacros, àn sit in legitimam imputāda?*
Communis, & receptior est opinio negatiua, vt traditur à n. 38.

2 *Donatio, facta contemplatione matrimonij, nùm acquiratur filijs ex illo procreandis, vti filijs, an verò vt eorum patris hæredibus? & n. 47.*
Soluitur controuersia à n. 48. cum seqq. distinctione adhibita, prout n. 49.

3 *Actus liberalis dicitur donatio; nam nemo cogitur donare vt n. 4.*

5 *Donatio simplex inter patrem, & filiū est prorsus inualida, & reuocabilis, prout etiam donatio inter coniuges: Et quarè? n. 6.*

7 *Pater, & filius finguntur esse idem.*

8 *Quicquid filius acquirit, patri acquirere videtur.*

9 *Donatio, à patre facta filiofamilias, morte confirmatur, si ipsius donantis voluntas non mutatur, vt num. 10.*
Sed in eius legitimam est imputanda.

11 *Parentum donationes ergà filios legatorum vires assumunt, & in vim legati confirmantur.*

12 *Legata, & alia relicta in testamento à patre filijs, in eorum legitimam imputantur.*

13 *Legitima dicitur debitum necessarium legale, & naturale.*

14 *Quicquid pater filio simpliciter donat, vel relinquit, animo compensandi cum illius legitima præsumitur donatum, vel relictum.*

15 *Institutio, siuè legatum per aliquem acceptatum, censetur factum animo cōpensandi cum quantitate eidem debita per testatorem, etiam quod sit dos, & excedat summam legatam.*

16 *Legatum factum à Patre secundogenitis compensari debet cum vita, & militia, quæ in locum legitimæ subrogatur.*
Et ità contra Afflicti decis. 138. *decisum fertur per* Ann. consil. 120. & 121. *vt habetur n. 17.*

18 *Legatum factum à debitore creditori, regulariter censetur factum animo compensandi debitum necessarium,*

iuxtà communem DD. sententiam. Sed nõ presumitur factum animo compensandi cum debito voluntario, nisi expressè à testatore id fuerit demandatum, vt n. 19

20 *Debitum voluntarium dicitur quod ex quolibet contractu debetur; necessariũ verò illud dicitur, quod habet initium ob causam necessariam, nempè ex dispositione legis, vel statuti; & multipliciter considerari potest, vt nu. 21. & 22.*

23 *Legatum factum viro vxori semper cẽsetur factum animo compensandi cum iuribus vestium lugubrium, & alijs, quæ vxori ex consuetudine debentur.*

24 *Legatum mobilium vxori relictum cõpensatur cum lecto viduali, & vestibus lugubribus; Et sic pluries decisum traditur n. seq.*

25 *Legatum vxori à viro factum nõ compensatur cùm interesse, ei debito soluto matrimonio, ex causa dotis non statim restitutæ, & qua ratione n. 26.*

27 *Legatum vxori nunquam præsumitur à viro relictum animo compensandi cum dote restituenda per eius hæredes, & donatione propter nuptias; quia dicuntur omninò debita voluntaria ipsius viri, vt n. 28.*

29 *Legatum factum à defuncto in beneficium illius, cui medietas consuetudinaria necessariò debetur, àn censeatur relictum animo compensandi cum dicta medietate? & n. 30. vbi* Author *affirmatiuam tuetur sententiam.*

31 *Donatio per patrem facta filio, si est iuramento firmata, in legitimam nõ imputatur, nisi hoc specialiter fuerit expressum.*

32 *Iuramentum non solum validat donationem factam à patre filio, sed etiam factam à filio patri.*

33 *Donatio ob merita inter patrem, & filium valet; nec in legitimam imputari debet.*

Merita autem, necesse est, vt probentur, & debent constare aliter, quàm per partium assertionem, vt n. 34.

35 *Donatio facta filio emancipato valet, nec in illius legitimã imputatur; Etiã si reperiatur facta ante emancipationem, & n. 36.*

37 *Datum filio per patrem non donationis titulo, sed in premium emãcipiationis, censetur datum pro sua parte, sicquè in eius legitimam imputatur.*

38 *Donatio in legitimam non imputatur, si ad suscipiendos Ordines Sacros, vel matrimonij contemplatione filio sit facta; nisi aliter ex verbis huiusmodi donationis eliceretur, vt n. 39. & 41.*

40 *Donata inter viuos, & ex sola liberalitate, non debent imputari in extintionem, seù compensationem legalis debiti.*

41 *Collationi non est locus in donatione, quæ ex simplici amore procedit.*

42 *Illa dicuntur fieri ob causam, quæ Iuris necessitatem habent.*

43 *Dos, & donatio propter nuptias in legitimam imputantur.*

44 *Donatio à patre filio facta intuitu alicuius certi matrimonij cum certa muliere contrahendi, cũ causam finalem respiciat, confertur idcircò, & in legitimam imputatur, & n. 45.*

Idquè eò magis procederet, quoties sinè tali donatione, matrimonium nõ fuisset sequutum, vt n. 45. & 46. vbi ità decisum fertur.

50 *Pater quando in donatione sibi, & filijs facta, stipulatur pro se, & filijs, censetur stipulari pro filijs, vti eius hæredibus, & n. 51. Secus verò si stipulatur pro filijs tantùm, nàm tunc veniēt illi vti filij, non vti eius hæredes.*

52 *Recensetur distinctio tradita per* Pręs. Amat. *in casu, quo pater stipulans pro se, & filijs, censeatur stipulasse pro illis, vti eius hæredibus, & n. 53.*

54 *Datum ab Auo nepoti non dicitur profectitium.*

55 *Filij in bonis donatis eorum patri simpliciter contemplatione matrimonij, nõ succedunt ex propria persona, ad exclusionem creditorum patris, sed tamquam eius hæredes, & titulo tantùm hæreditario; nisi aliter appareat fuisse*

ſt donantis,& recipientis voluntatem, vt n.56.61.62. & 63. vbi tres caſus ad propoſitum recenſentur, in quibus filij cenſentur vocati ex propria perſona.

57 Pater *ſtipulando pro ſe,& filijs, cenſetur ſtipulaſſe pro filijs, vti hæredibus, quando qualitas rei aliud non importat, aut ſuadet; Et euidẽti ratione oſtẽditur etiam n.58.& 64.*

59 *Non præſumitur, quod voluerit quis arctare ſibi liberã diſponẽdi facultatẽ.*

60 *Quilibet in dubio cenſetur ſibi, & hæredibus ſuis proſpicere voluiſſe.*

65 *Donatio, quæ fit cõtemplatione certi matrimonij patri, & filijs procreandis ex dicto matrimonio, acquiritur filijs, vti filijs, & non vti eorum patris hæredibus, præſertim ſi huiuſmodi donatio reperiatur appoſita in capitulis matrimonialibus.*

Vndè non tenentur filij prædicti ſtare obligationibus poſt donationẽ per patrem contractis, vt n.66.

Et ſic pluries hìc, & alibi ſẽper deciſum fertur nu. 70.71.& 72.

67 *Donatio, facta contemplatione matrimonij cum certa perſona contrahendi, cẽſetur pars ipſius matrimonij, & ità confunditur cum toto contractu dotali, quod pro lege obſeruari debet.*

Imò non poteſt reuocari, aut retrocedi per donatarium eidem donanti, niſi ex conſenſu omnium, quibus ſpectat commodum huius donationis, vt n.68.

69 *Donata contemplatione certi matrimonij non ſolùm ſponſo, ſed etiam ſpõſæ, & filijs naſcituris cenſentur donata.*

Idcircò non poſſe alienari, nec obligari in iſtorum præiudicium, traditur n. 70.cum ſeqq.

73 Dom. Conſil. Paulus Staibanus *commendatur.*

ARGVMENTVM.

Decantata nimìs apud Iuriſperitos, & ob diſſentionum tempeſtates non parùm fluctuans, ſigillatìm expenditur diſceptatio illa: vtrùm bona per parentem filio donata, contemplatione alicuius certi, ſiuè incerti matrimonij, imputentur, vel ſecùs in legitimam, eidem iure naturæ debitã; an verò filijs ex tali matrimonio, poſtmodũ procreatis acquirãtur illa, vti filijs, ſicquè ex propria perſona, nõ autẽ vti patris donatarij hæredibus, ad excluſionem omnium creditorum, qui cum pręfato eorum patre contraxerunt?

Quarè, ad ornatum propoſitæ diſputationis, multa de hac materia præſũptæ compenſationis cum debito iuræ naturæ, & medietate conſuetudinaria, filijs loco legitimæ etiam debita, non iniucundè põderantur, Alijquè articuli iſta occaſione per tranſitum attinguntur.

1 Donatio, quæ per parentem fit filio in poteſtate exiſtenti, aſſiduè in Scholis, àc in Foro quia variè diſceptatur, ân ſit, vel ſecùs in legitimam ei debitam imputanda, tàm ſi ob cauſã ſuſcipiendi Ordines Sacros, & Sacerdotium, quàm ſi alicuius certi, vel incerti matrimonij contemplatione reperiatur facta ipſi filio, & nepotibus, ex eo

2 naſcituris, quibus illa nùm tali caſu acquiratur vti filijs, non tamquàm Patris hęredibus, ad excluſionem creditorum, qui cum præfato eorum patre contraxerunt, ſepè controuerti ſolet. Non incongruùm ergò exiſtimaui, dùm de paterna donatione, filiorumuè legitima, nonnulla antecedẽtèr exharauimus, hìc pariter præſentis quæſtionis diſcuſſione eandem proſequi materiam.

3 Certum quidèm, omnibuſque indubitatum eſt, quod licèt de ſui natura

actus liberalis dicatur donatio, ità do-
cente *Iuliano* I.C.*lib.16.ffff.* relato in
l.1.ff.de donat. ibi; *Et propter nullam*
aliam causam facit,quam vt liberalita-
tem,& munificentiam exerceat,hæc pro-
4 *priè donatio appellatur*;Nemo enim co-
gitur donare, *l. donari videtur, quod*
nullo iure cogente conceditur 29. *ff. de*
*donat.*illaq; vocatur verè donatio, quę
de bonis proprijs ex mera liberalitate
fit,vt quoquè obseruat *Cutell.de donat.*
tom.1.discurs.2.pratic. 12.*sub. num.*19.
5 *quæst.*8.*n.*65.Quotiès tamen Pater ali-
quid filio simpliciter donat,talis dona-
tio tunc in legitimam imputatur,ea po-
tissimum ratione, quia, sicuti simplex
donatio inter virum,& vxorem ipso iu-
re est nulla,& reuocabilis,*l.1.& 2.ff.de*
donat.inter vir.& vxor.l. 3.§.sciendum
*§.si sponsus,& §.generaliter,ff.eod.*nè sic
6 mutuo amore ipsi coniuges inuicem
spolientur,nèuè vnus ditescat,alter ve-
rò depauperetur,cum similibus alijs ra-
tionibus per DD.cumulatis ;ità etiam
inter patrem,& filium in potestate fa-
cta hæc donatio est prorsus inualida,&
proindè ad libitum reuocari potest, *l.*
donationes,quas parentes,C. de donat.in
vir.& vxor.l.donationis,§.pater, qui fi-
liæ,vbi gloss.ff.de donat.l.cum res,l.cum
bonis, C.de donat. l. 1. §.si pater, ff.de
*vsuc.pro don.l.2.C.de inoff.donat.*Nam
7 pater,& filius finguntur esse idem *l.vlt.*
in fin.C.de impub.& alijs : Et quicquid
8 filius acquirit,patri acquirit, *l.1.ff.si q.*
à parēt. fuer. manum.l.placet,ff.de acqu.
& amitt. hæred. sicquè,cum bona, quæ
pater daret filio, ad eum redirent, sibi
ipsi idcircò donaret,quod est prohibi-
tum ex *l.si quis pro eo,§.1.ff. de fideiuss.*
Menoch.lib.3.presumpt.29.per tot.& *lib.*
5.*presumpt.etiam* 29.*n.*2.
9 Et, quamuis huiusmodi donatio à
patre facta filiofamilias morte confir-
metur *l.2.C.de inoff.don.*si donantis vo-
luntas non mutetur, nec appareat de
expressa,vel tacita illius reuocatione,
10 prout etiam confirmatur emancipatio-
ne*Menoch.d.presūt.29.n.68.* in legitimā
11 nihilominùs est semper imputāda.Pa-
rentum namquè donationes ergà filios
legatorum vires assumunt, & in vim
legati confirmātur,*l.in donation. & l.si*
mortis, C.ad leg. Falc.Bart. in l. 1.*§.nec*
*castrense n.*11.*versic.si verò donat. filio*
in potest.ff.de collat.bon.Rip.in l.in quar-
*tam,ff.ad l.Falc.n.*144.*Alex.lib.*5. *cōsil.*
277.*Surd.cōsil.* 206.*n.*10.*Peregr. de fi-*
12 *deicomm.art.36.n.*124.cum alijs rela-
tis per *Merlin.in tract. de legit. lib.*2.
*tit.2.quæst.29.n.1.& seqq.*Quemadmo-
dùm enim legata, & alia relicta in te-
stamento à patre filijs in eorum legiti-
mam imputari debēt,*l.quoniam nouel-*
la l.omnimodo.§.imputari, l. scimus in
princ.C.de inoffic. testam. Bart. in l. in
*quartam n.*10:ibique cæteri scribentes
ff.ad l.Falcid.Surd.consil. 388. *n.* 18.&
*decis.*169.vbi *D.Consil. Hodier. & antè*
*in addit.ad decis.*119.qui legatū quan-
13 do sit compensandum cum debito le-
gali,latè examinat,post *Merlin.loc.cit.*
& in decis.27.n.2.& decis. 89. *in princ.*
Ità pariter talis donatio censetur facta
animo compensandi cum legitima,quę
dicitur debitum necessarium,inductum
ex dispositione legis, & naturæ proui-
dentia *l.arrogator,ff.de adopt. §. prohi-*
bemus in fin.auth.de trient. & semiss. §.
aliud quoque in auth. vt cum de appel.
cogn.& notatur in *auth prӕterea,C.vnd.*
14 *vir.& vx.* cum quo debito quicquid
pater donauit,vel filio reliquit, animo
cōpensandi præsumitur fecisse:ita *Gabr.*
*cons.*106.*n.*1.*& seq.lib.* 1. *Menoch. præ-*
*sum.*109.*n.*5.*lib.*4. *Mant.de coniect.vlt.*
15 *vol.lib.*10.*tit.*2.*n.*6.prout idem proce-
dit in quolibet debito necessario; quo-
niam institutio,siuè legatum per aliquē
acceptatum,censetur factum,animo cō-
pensandi cum quantitate sibi debita,
etiam quod sit dos,& excedat summam
legatam *Ruin.cons.*79.*n.*2.*&* 11. *vol.*2.
*Natt.cons.*176.*n.*1.quos dat, & sequi-
tur *D.Consil.Staiban. in eius resol.* 138.
16 *n.*39.*& in obser. per tot.*vbi de hoc ar-
ticulo compensationis legati cū quan-
titate eidem legatario debita per testa-
torem,etiam quod sit dos, diffusè ra-
tiocinatur ibidèm. Imò quod legatum
fa-

factum à Patre secundogenitis compē-
sari debeat cum vita,& militia, quæ in
locum legitimæ subrogatur,vt tradunt
Tiraquell.de primog.quæst.78.n.8.D.R.
de Pont. consil.79. & Præs. de Franch.
17 decis.20.n.9. reprobata Afflicti decis.
138.contrarium dictãte,consuluit eru-
ditissimus D.Consil. de Anna in consil.
120.lib.2.post Menoch. pro Illustrissi-
† mo, & Excellentissimo Magni Regni
Comestabulo Columna, contrà Illu-
strissimum, & Eminentissimum Cardi-
nalemColumnā,quorum in causa,facta
relatione per S. C. iunctis Dominis
duarum Aularum coràm Illustrissimo,
& Excellentissimo Prorege, decisum
fuisse,fatetur,in Reg. Collaterali Con-
silio ad fauorem dicti Excell. Magni
Comestabuli primogeniti, qui fuit ab-
solutus ab impetitis per Eminent. Car-
dinalem die 11. Iulij 1600. secundùm
allegata in d. eius consil.120.& consil.
121.quod est Iacobi Menochij.
18 In hac etenim materia compensa-
tionis legati,regulariter cū distinctio-
ne proceditur,vt scilicèt legatum sem-
per censeatur factum animo compen-
sandi debitum necessarium, etiam si sit
factum à debitore creditori,sicut com-
muni calculo tradidere DD.in d. auth.
præterea,C.vndè vir.& vx. & in l. cum
dotem,§.si pater,ff.solut.matr.Menoch.
loco proximè cit.& Mantic.d.tit.2. n.2.
vers.quod si debitum,Surd.d. cons. 388.
n.20.lib.3.Seraph.decis.1365.n.2.nō au-
19 tē si debitū sit voluntarium, nàm tunc
legatum prædictum non censetur factū
animo compensandi, nisi expresse à te-
statore id fuerit demandatum, vt sunt
Iura apertè hoc statuentia in l. credito-
rem,ff.de leg.2.l.creditor, C. de legat. l.si
20 compensandi,C.de hæred. instit.ibique
cōmuniter DD. quos recenset Oltrad.
consil. 297.vbi asserit hanc esse omniū
scribentium doctrinam; Quia debitum
21 voluntarium descendit ex quolibet
contractu,qui dicitur actus volūtarius,
principaliter ordinatus ad dictum de-
bitum inducendum; cum omnes con-
tractus sint à principio voluntarij, etsi
ex post facto euadant necessarij,l. sicut
C.de act.& oblig.Afflict.decis.44. nu. 9.
Grat.discept.forens.cap.134.n.16 .lib.1.
Debitum verò necessarium habet ini-
tium,& trahit originem ex causa neces-
saria, nempè ex dispositione legis, vel
statuti,tex.est in l.obligamur, §. lege,ff.
de act.& obligat. Peregrin. de fideicom.
art.33.num.41.& cum.DD.supra alle-
gatis Sperell. decis.176. n. 43. & seqq.
22 Quod debitum necessarium multipli-
citer considerari potest,nempè in legi-
tima,& dote filijs debita,vnà cum ac-
cessorijs, & vbi inducitur debitum ex
legis dispositione, etiam præcedente
aliquo facto voluntario, non tamen
principalitèr ordinato ad illam obliga-
23 tionem inducendam; Sicut legatum
factū à viro vxori, quod semper cēsea-
tur factum animo compensandi cum
iuribus vestium lugubrium,& alijs,quę
vxoribus ex Consuetudine debentur,
decisum tradit Michael Ferr.3. par.ob-
ser.cap. 157. quem sequuti sunt Iacob.
Cancer.lib.1. var.resol. cap.9.nu.41. &
Fōtanell.de pact.nupt.claus.7.glos.3.par.
24 7.n.101.Et quod legatum mobilium
vxori à viro factum,compensetur cum
lecto viduali,vestibusq;lugubribus, ex
25 inueterata consuetudine mulieri de-
bitis,decreuit Sacrum Consiliū in cau-
† sa Penelopæ Caracciolæ cum Hæredi-
bus Thomæ Carrafæ, olim eius viri,de
qua decisione meminit D.R.Capyc.La-
tr.in decis. 94. vbi Addent. pluries sic
pariter iudicatum fuisse referunt.Licèt
in interesse dotis vxori debito, etiā vi-
gore cōsuetudinis, soluto matrimonio,
aliter sentiat D. Reg.Galeot.lib.1.contr.
26 29. & 30. vt nimirùm legatum à viro
factum cum tali interesse,vxori debito
soluto matrimonio ex causa dotis non
statim restitutæ, haud compensari pos-
sit,ea ratione, quia principalitèr vide-
tur hoc debitū prouenire ex actu vo-
luntario,ueluti ex promissione restitu-
tionis dotium,quam fecit maritus in
casu solutionis matrimonij per eius
obitum, ex Barbos.in l.si cum dotem,§.
si pater num.4.& 8.

27 Id-

27 Idquè eò magis procedere, annuit idem *D.Reg.Galeot.loc.cit.* in antefato, siue donatione propter nuptias, & in ipsa dote restituenda, cum dicantur prorsus debita voluntaria, ex quo maritus tàm ad constitutionem antefati, quam ad dotis restitutionem in casu mortis, spontè, & ex sua mera voluntate obligauit se, eiusque hæredes; nam poterat vxorem indotatam accipere, vt ait *Barbosa loc. vbi supra*, quem sectantur *D.Reg.Galeot.in d.contr.29.cum seq. D.Consil.Staiban.in obseru.ad eius resol.* 138.*à n.*42.*cũ seqq.* qui nonnullos alios
28 casus enumerat, in quibus non censetur legatum factum animo compensãdi, etiam quod aliquando debitum sit necessarium, & *D.Consil. Hodiern. in d. addit. ad. decis.* 119. *Surd.* vbi diffusè
29 etiam pertractat consuetudinariã illam quæstionem, vtrùm legatum factum agnato, vel filijs, compensetur cum medietate eisdem debita vigore consuetudinis huius Vrbis, negatiuam substinens sententiam, authoritate *Napodani in consuetud.si aliquis moriens,n.*31.*glos. liberi fol.mibi* 170. qui distinctè videtur loqui inter filios, & agnatos, *Buccin.in addit.ad Consuetud. & si testator lit. D* qui non debere imputari hoc legatum etiam scripsit, & *Caput. ad Consuetud.si moriatur par.*2.§.10.*per tot.* & præser-
30 tim *n.*45. vbi ad partes eandem disputat quæstionem, cuius resolutio ob opinionum varietatẽ, quia perplexa adhùc permanet, & cum mihi affirmatiua cõmunis, & verior videatur opinio, vt scilicèt legatum prædictum semper præsumatur factum animo compensandi cum hac medietatẽ, quæ necessariò filijs, & proximioribus agnatis, & cognatis defertur ex dispositione Consuetudinum, iuxtà tradita per *Bart. & Paul. de Castr.in auth.præterea,C.vnde vir.& vxor.& ibid. Salyc. n.*11. *& Corn.n.*5. *&* 8. vbi exemplificantes in casu simili concludunt, quod stante statuto, quo maritus lucratur aliquam partẽ dotis, si vxor legat aliquid viro, debeat compẽsari legatũ illud in ea parte dotis, quã eidem defert statutum; Idcircò separatim alibi, nè confundantur termini, eam diligentiùs perpendere fas erit, dùm hìc tantum de donatione inter parentes, & filios agere decreuimus.

Quapropter, his relictis, quæ potiùs ex calami lapsu, quàm necessitate præmisimus, propositam modò prosequentes disputationem, in hac practicabili donationis materia, tàm ad studiosorum vtilitatem, quàm vt principalem nostram aggrediamur quæstionem, annotemus oportet notabiliores casus, vltrà alios relatos diffusè per *Menoch.d.præsumpt.*29.*per tot.lib.* 3. & *Mangil.de imput. quæst.* 45. in quibus valida est protsùs donatio à patre facta eius filio, nec compensari debet proptereà cum debito iure naturæ.

31 Et principalitèr ex communi DD. sententia euadit omninò irreuocabilis huiusmodi donatio, quoties iuramento confirmatur, nec tunc in filij donatarij legitimam imputari potest, non obstante patria potestate, nisi hoc specialiter in apocha, vel in transactione fuerit expressum, *tex.* est in *l.si quando*, §. *& generaliter,C.de inoff.testam.* ibi: *Nullum sibi filium facere praiudicium, sed legitimam partem repleri, nisi hoc specialiter, siue in apocha siuè in transactione scripserit, vel pactus fuerit, quod contentus relicta, vel data parte de eo, quod deest nullam habet quæstionem.Ripa in d. l.in quartam n.*151.*Crauet.cons.* 136. *n.* 2. *Socc.iun.cõsil.*47.*lib.*3.*dub.*1.*Paris.cõsil.* 33.*n.*35.*lib.* 5. *Peregrin. de fideicomm. art.*36.*n.*127.*Merlin.de legit.cit. lib.* 2. *& tit.*2.*quæst.*29.*n.*7.*Consil.Staiban.obseruat.ad eius resol.* 103. *n.* 63.*& seqq.*

32 Imò hæc donatio, cum sit iuramento firmata, est idcircò valida, etiam si sit facta à filio patri, vel inter coniuges, vt affirmant *Couarr.* 1.*var. cap.* 7.*nu.*4. *Boer. decis.*97. *Gaill.obseruat.*40. *lib.*2. *Guid.Pap.cõs.*81.*Gabriel. comm.conclus. tit.de donat.conclus.*4. *Clar.* §.*donatio, quæst.*8.*Michalor.de fratrib.par.*1.*cap.* 11.*n.*7. *Capyc. decis.*56. *n.*2.*Guid. Pap. decis.*146.*&* 190.*n.*5. *Menoch. d.præsumpt.*

sumpt. 29. n. 114. in fin. & ità pluries iudicatũ referunt *Thesaur.decis.32.nu. 10.Criuell.decis.139.n.4.Grã.decis.103. n.71.& 73.Cancer.var.resol.cap. 8.de donat.n.91.& 94. par. 1.D.Reg.Capyc. Latr.tom.2.consult.137.n.2.& 3.Consil. Staiban.d.resol.103.D.Verd.lib.2. institut.tit.de donat.n.746.Ricc.collect.decis. par.4.coll.1253. Consil. Hodiern. contr. 35.n.60.*Alijque innumeri.

33 Ità etiam ex receptissima Scribentiũ opinione, quando Pater filio in potestate existenti, ob eius benemerita aliquid donat; hoc quidem casu ista donatio tanquàm remuneratoria censetur facta filio, non vt filio, sed vt benemerito, ideòque in illius legitimam non erit penitùs imputanda, sic existimarunt *Bart.in d.l.in quartam n.10.ff. ad leg.Falcid.& d.l.1. §. nec Castrense nu. 11.ff.de collat.bon. Caphal. cons.61.nu. 13.Menoch. d. præsumpt.29.n.4. Mantic.de tacit. & ambig.lib. 13.tit.18.n. 5. Capyc. decis. 203.n.8.Peregrin. de fideicom.d.art.36.n.126. Facchin.contr.iur. lib.3.cap.74.* & post cæteros *Merlin.d.*

34 *quæst.29.n.16.* Merita autem, quæ dicantur, & qualia esse debent, perbellè, ac nimis diffusè exarat *Menoch. loc.* proximè *cit.à n. 13. cum seqq.* nam est necesse, vt merita prædicta plenè probentur, nèc stetur soli partium assertioni.

35 Rursùs pro indubitato apùd omnes habetur, validã prorsùs esse donationem factam filio emancipato, vel in actu emancipationis, ea ratione, quia donatarius non dicitur tali casu ampliùs subiectus patriæ potestati, & proindè, dum fit ex mero Parentis amore ergà filium, non esse imputandam in illius legitimam, scripserunt post *Bartol.in d.l.in quartam n.* 10.communitèr cuncti DD.præsertim *Ripa ibid. n.*183. & eos plenè cõgerunt *Guid. Pap.decis. 632.Menoch.consil.153.n.15.lib.2.& in tract.de præsumpt. lib.3. præsumpt. 30. in princ. Peregrin.in tract.de fideicomm.*

36 *art.36.n.125.* referens, hoc idem etiam procedere, quando filius donationis tempore in potestate existebat, & postmodùm emancipatur; nam per subsequentem eius emancipationem conualidatur donatio, & ideò in legitimam non imputatur, cum alijs cumulatis per *Merlin.in tract.de legit. d. tit. 2. quæst. 29.lib.2.n.24.& seqq.Pascal.de vir pat. potest.par.1.cap.4.n.31.Ricc. collect.decis.196. & 2463. versic. verum autem.*

37 Et tantùm limitatur, vbi res filio simplicitèr fuisset tradita, non verò donationis titulo, scilicèt si in illo emancipationis actu pater aliquid ei traderet in premium illius actus, vt post cæteros admonent *Menoch.d.præsumpt.30.à nu. 30.ad 38.* & *Peregrin. d.n. 125. versic. intellige,* cum *Merlin. loc. hic sepè cit.à n.26.vsque ad n.32.*

38 Substinetur deniquè, validàquè profectò censetur donatio à parentibus facta filijs: quando nimirum reperitur facta contemplatione matrimonij, vel ob suscipiendos Sacros Ordines, & Sacerdotium, nec in ipsorum legitimam est imputanda; Nàm licèt magna fuisset anteà inter DD.controuersia:nùm prędicta donatio collationi esset subie-

39 cta; pro veriori tamen fuit postea ab omnibus communiter recepta opinio, vt bona filio à Patre donata in titulum patrimonij, & pro Sacris Ordinibus suscipiendis, aut contemplatione matrimonij, non esse penitus imputanda in quantitatem legitimæ eidẽ debitæ, nisi alitèr ex verbis contractus eliceretur: Ità ratiocinantur *Oltrad consil.5. Natt. consil.609.n.9. Crauet.consil. 114.n.17. Decian. cons. 3.n.13.& consil.31. nu.7. Socc.cons.53.Surd.cons.143.n.17. 45.& 51.lib.1.Ant.Fab.lib.3.C.tit.19.de inoff. test. defin. 30. Peguer. decis.213. Peregrin.decis.104. n. 2.* cum alijs innumeris, quos allegant *Gratian.discept.forēs. tom.1.cap.159.n.34.& tom.2.cap. 297. Criuell.decis.139.Merlin. de legit. lib. 2.tit.2.quæst.23.n.5. Dom. Reg.de Pont. decis.39.n.29.& consil.2.n.177.cons.25. n.9.& consil.80.n.12.Dom.Reg.de Marin.lib. 1. var. resol. iur.cap.85.per tot.* vbi *D.Rodoer.in addit.Ricc.decis. Arch.*

19.

19.*Dom.Cõsil.Staiban.resol.72.à n.7.& D.Verd.lib.2.instit.tit.de donat.lem.73.*
40.*n.*75 1.Omniumquè potissima, cæteris omissis, fuit quidẽ ratio,quia donationes,quæ inter viuos,ex sola liberalitate procedunt,non debent imputari in extinctionem, seù compensationem legalis debiti,nisi fuisset exprefsè donatum sub pacto conferendi, *l.si quando 35.§.& generaliter, C.de inoffic. testam.*
41 signanter quando ex sola liberalitate atquè ex simplici amore talis donatio fit, nam nullatenus collationi dicitur subiecta,*l.illud.verf.illa verò, C de collat.*sic pariter quando Pater filio matrimonij contemplatione,vel ob causã suscipiendi Sacerdotium donat,ipse ad hoc non tenetur;nec cogi potest, sed ex mera animi liberalitate huiusmodi donationem facit,quæ dũ dicitur simplex, & non ob causam, minimè confertur,
42 aut in legitimam imputatur.Illa enim dicũtur fieri ob causam,quæ Iuris necessitatẽ habent,vt est dos,siuè donatio ꝓpter nuptias,quã pater facere adstringitur,& vbi datur locus collationi, vt est casus in *l.quoniã nouella,C.de inoff. test.l.fin.& l.vt liberis,C.de collat.*quẽadmodùm notant *Bart. in d. l.in quartam,& Rip.n.*148. *ff.ad l.Falcid.* Quod secùs est in donatione contemplatione matrimonij, quæ licèt moueat patrem
43 ad donandum, nõ tamen eum adstringit; Et ideò illa, quia præsumitur facta ob naturalem patris affectionem, non verò ex Legis prouisione, non debet in legitimam imputari, prout diximus in dote, & donatione propter nuptias.
44 Sed, licèt aliqui contrarium tenuerint, eorum tamen opinio procedere ad præsens tantùm poterit, non quando donatio esset facta generalitèr fauore matrimonij, quo casu absq; dubio erit simplex;Sed quando fuisset facta intuitu alicuius certi matrimonij cũ certa persona contrahendi,nam tali casu,cum finalem causam respiciat,nempè certi matrimonij cõtemplationem, esset propterea conferenda,& in legitimam imputanda, vt firmarũt post alios *Peregrin. de fideicomm. art.36.nu.* 134. *Molin.lib.3.de rit. nupt. quæst.*21. *Thesaur.decis.46.n.*11.*Farinac. tom.*2. *par.* 1.*decis.*526.*n.*5.*verf. nec facit, & decis.* 433.*tom.*1.*Fontanell.de pact. nupt.tom.* 1.*claus.*4. *glos.* 1.*n.*16.*Castill.decis.*106. *n.*9.*& decis.*322.*à n.*84. *Monter. decis.* 10.*Mut.decis.*25.*Cutell.tom.*2.*de donat. contempl. matrim. tract.*2. *discurs.*1.*specul.* 5.*num.*23. & 24. *Gasp.Thesaur. quæst. forens. lib.*4.*quæst.* 2. *Gamm. decis.*164.*n.* 2. *Crass.in* §. *legitima, quæst.* 23.*n.*2.*R.Rouit.cons.*41.*n.* 17. vbi *Altimar.in obseru.P.Molfes. in suo commẽt. ad Consuet.Neapol.tom.*1.*part.*4. *quæst.* 25.*n.*6.*& tom.*2.*in addit. n.*4. *Consilar. Staiban.resol.* 72. *n.* 9. cæteriq; allegatĩ per *Petr.Ant.de Amat. in eius allegat. inserta in tom.*3. *D.Reg.de Marin.* quæ
45 est 97.*n.*11.Et omnes ea principali ratione mouentur,quia hæc donatio facta contemplatione matrimonij, cum certa persona contrahendi,procedit ex causa finali,non verò ex simplici amore paterno.Vndè infertur,hanc sẽtentiam eò magis procedere, quotiès sinè tali donatione matrimonium non fuisset sequutum:ità vt matrimonium omninò causa finalis donationis fuisset, nempè quia sponsa,vel eius parentes sine illa matrimonium non cõtraxissent, ex tra-
46 ditis per *Gizzall.decis.*22.*à n.* 14. *cum seqq. Gratian discept.foren. cap.* 297. & plenissimè per *Thor.in compend. decis. tom.*2.*verb.donatio facta contemplatione matrimonij,fol.mihi.*162. vbi ità nouiter decisum tradit,& etiam *Censal.ad Peregrin.de fideicomm.art.*37.*fol.* 385. *col.*1.*versic.vigesimò septimò, cum plur. colum.seqq.*
47 Hinc ergò ad principalem nostram thesim deuenientes: si nimirùm donatio facta à Patre, vel Matre filio, & nepotibus nascituris ex certo matrimonio cum aliqua certa persona per ipsũ filium contrahendo,acquiratur filijs ex dicto matrimonio posteà natis,vti filijs, & non vti eorum patris hæredibus; ità vt nullum ius creditoribus paternis super

per illis bonis donatis quæri possit. Videamus oportet, àn donatarij filij, siuè nepotes respectu donantis, veniant cõtemplati in huiusmodi donatione tanquàm filij, vel tanquàm patris hæredes: Nàm si tanquàm filij, quia ex propria persona tunc venient, nullum proindè ius creditoribus paternis quò ad bona donata quæri poterit; Si verò videātur uocati tanquàm donatarij hæredes, & tunc ex eo, quia factum patris defuncti impugnare non poterunt, paternis creditoribus satisfacere quidem cogentur, eruntquè obnoxij tali casu ad soluendum omnia debita per eorum patrem contracta, etiam in bonis prædictis, donatis matrimonij contemplatione.

48 Quamobrèm, vt omnia, quæ in hoc celebri articulo inIure indicari possunt, magis veritati approximentur, operæ pretium esse duxi in præsenti Controuersia duo capita distinguere, ex quibus magis recepta apud DD. opinio enixè dilucidabitur: quiduè sit libētiùs tunc sustinendum, luce clarior etiam patefiet.

49 Aut enim loquimur de donatione à parentibus facta filio, & nepotibus, seù liberis ex eo nascituris, simpliciter ob matrimonium contrahendum, siuè generaliter contemplatione matrimonij, & filiorum nasciturorum: aut verò est sermo de donatione facta contemplatione alicuius certi matrimonij, per ipsum filium donatarium contrahendi cū certa muliere.

50 Quò ad primum caput, licèt nõnulli subdistinctione dirimendam esse hanc quæstionem asserant, iuxtà tradita per *Iaf. in l. quod dicitur patrē, la seconda, n. 26. & 27. ff. de verb. oblig.* vbi notabiliter distinguit, quod aut Pater donationem recipiens stipulatur tantùm pro filijs nascituris, nō admissa eius persona, & tunc videtur stipulari prò filijs

51 vt filijs, non vti eius hæredibus: aut stipulatus fuit pro se, & liberis simul, & tunc in tali donatione venient profectò filij procreandi, vti patris donatarij hæredes; quia principium acquisitionis radicatur in persona eorum patris stipulantis, per *tex. in l. si tibi, §. si pactus, n. 11. ff. de pact.* Ità etiam concludūt *Mascard. de prob. conclus. 1162. à n. 1. cum seqq. & conclus. 2102. Fontanell. de pact. nupt. clauf. 4. glof. 1. n. 16.* & præter alios *Præf. Amat. in eius consil. 68. n. 24. cum*

52 *seqq.* qui aliam amplectens distinctionem, candem controuersiam sic pariter cõcordare conatus est, dicens nimirùm, quod aut patri ab extranea persona esset facta donatio, & isto casu, quia nulla penitus affectio posset considerari respectu donantis ergà filios donatarij, tanquam extraneos; quamuis in actu donationis eorum pater stipulatus fuerit pro se, & eius filijs, ipsi tamen non possent censeri uocati, nisi vt hære-

53 des: aut verò donaretur ab eo qui, & patri, & filijs nascituris cōiunctus esset, nempè ab Auo, vel à Patruo, & hoc casu pater pro se, & filijs stipulando, viderentur illi ex propria persona considerati, sicquè citrà titulum hæreditariæ qualitatis, subdens, ità pro filijs: exclusis paternis creditoribus, fuisse iudicatū

† per S.C. in causa aliquorum de Agosta, supposita quadam donatione facta ab auo contemplatione matrimonij filio, & nepotibus nascituris; cū qua distinctione etiam pertranseunt *D. Reg. Galeot. lib. 1. controuer. 57. n. 17. & D. Reg. Capyc. Latr. in decis. 70. n. 14.* imò faciūt ad propositum notata paritèr per eundem *Iaf. in l. qui in aliena, §. interdum, ff. de acquir. hæredit.* vbi ex *glof.* & cæte-

54 ris *DD.* communiter habetur, quod datum ab auo nepoti non dicatur profectitium, sed aduentitium.

55 Nihilominus quicquid inferri possit ex præfatis distinctionibus, neminem quidem latet, communiorem nunc esse ferè apud omnes sententiam, quod indistinctè in bonis contemplatione matrimonij per parētes filio donatis, quāuis donatarius ipse pro se, & filijs donationē recipiat, non tamen illi ex propria persona censeantur vocati in exclusionem posteà paternorum credito-

tum,sed tanquàm eorum patris hæredes, & sic titulo tantum hæreditario,
56 nisi ex apertissimis coniecturis aliter appareat,esse voluntatem donantis, & recipiẽtis,vt prçter antiquos scribẽtes, quos ex breuitatis causa prætereo, latissimè docẽt *Surd.decis.322.*& ibi elegantissimè *D.Consil.Hodier.in addit.per tot.* idem comprobat,& in *l.hac edictali,quæst.2.n.50.& 51.circà fin.Molin.de ritu nupt.lib.3.quęst.10.num.23.& 24. Menoch. lib. 3. præsumpt.48. per tot.& consil.161.n.30.*post *Isern. cap. 1.n.10. & seqq.de alien.feud.patern.Reg.Lanar. consil.89.Consil.de Ann.cõsil. 52.Camill. de Medic.consi.142. Nouar. quæst.forẽs. lib.2.quæst.30.n.3.Reg.de Marin.li.1. resol.iur.cap.89.*vbi perbellè *D.Rodoer. in ad it. Molfes.consil.2.R. Capyc.Latr.decis.40.n.17.*& *Consil.Staiban.resol.*
57 45. Adducẽtes communitèr pro ratione,indubitatam esse conclusionẽ,quod pater pro se,& filijs stipulando, præsumatur stipulasse pro illis,vti eius hæredibus,quando qualitas rei aliud non importat,atque suadet,ex *glos. in d. l.si tibi docẽ.§.pactus sim,in verb. proderit, versic. & quid si dubitetur, ff. de pact.*
58 Idquè euidentis præsumptionis ratione etiam confirmatur;nàm si diceretur, patrem voluisse stipulari pro filijs, vti filijs,& ex propria eorum persona, sequeretur,quod voluerit sibi adimere, ac restringere eius liberam facultatem alienandi, & hypothecãdi bona taliter acquisita,existentibus liberis;quia post eius mortem illi omninò essent domini ex propria persona illorum bonorũ, tali donatione acquisitorum,& sic citrà titulum hæreditarię qualitatis;Sed hoc non est dicendum, quia haud præsumi potest, quod voluntariè quis voluerit se ligare, sibiquè arctari liberum contrahendi,vel disponendi arbitrium;Imò quilibet in dubio censetur sibi, & hæredibus suis prospicere voluisse, *l.pactũ,*
59 *de probat.* Ergò hinc arguitur, vt ait etiam *D. Rodoer.in d.add.ad Dom.Reg.*
60 *de Marin.cap.89.*quod nec etiam prçsumitur,voluisse patrẽ donatariũ stipulari pro se, & filijs, vti filijs,nõ vti eius hęredibus,nisi in tribus tantùm casibus, qui ferè vniformãtur suprà traditis distinctionibus:suntquè videlicet.
61 Primus:si filij nascituri ipsius donatarij reperirentur nominati,& contemplati in instrumento donationis, non solùm ab eorum patre illam recipiẽte, verùm etiam à donante, vt notabiliter aduertit *Surd.decis.324.à n.6.*cum *Fõtanell.de pact.nupt.tom.1.claus.4.glos.9. par.1.n.10.D.Reg.Capyc. Galeot. contr. iur.lib.1.contr.57.à n.10.& D.Reg.Lanar.d.consil.89.n.6.*tunc enim non posset dici, filios donatarij acquisiuisse ius super bonis donatis ex facto eorum patris,qui (vt diximus)semper præsumitur stipulari pro se,& filijs,vti eius hæredibus,sed ex prouisione donãtis, qui eos principalitèr considerauit.
62 Secundus est casus, quoties huiusmodi donationem pater reciperet pro se,& filijs masculis,quia tunc ex communi omnium traditione,ac nimis probabili DD. interpretatione, illa adiectio masculinę qualitatis exprefsè operaret ur in beneficiũ ipsorum filiorum, vt prorsùs vocati censeantur in donatione prædicta ex propria persona, & citrà titulum hæreditariæ qualitatis,vt ex *Bald.Paul.de Castr. & Dec.* probat *Reg.Lanar.in alleg.consil.89.n.5. & 11.* maximè si fuisset expressis verbis contemplata ratio conseruationis bonorũ donatorum in familia:ità afferunt *Dec. cons.239.vers.primò nõ videtur sub n.4. Bertrand.consil.176.col.2.vol.3.Reg.de Pont.consil.25.sub n.6.& 7.vol.7.*cum alijs nonnullis,quos congerit *Censal.in addit.ad Peregrin. de fideicommiss. art. 32.versic. sed. limita supradictam conclusionem,fol.mihi 323.col.1.& 324.col. 2.in princ.*
63 Et tertius deniquè casus est,quando pater donatarius exprefsè stipulatur pro filijs,vti filijs,&ex propria persona, vt legitur apud *Reg.de Pont. consil. 80. n.16.Molfes.d.consil.2.n.16.Reg. Capyc. Latr.d.decis.40.n.18.& Consil.Staiban.resol.22.*iuxtà cautelam adinuentam pro totali

totali excluſione creditorum, quæ in-
dies practicatur, etiam in aſſignatione
donationis propter nuptias, ſiuè ante-
fati, nàm tunc ſemper filij venient ex
propria perſona, & non tanquam patris
hæredes.
64 Si igitur nulla concurrit euidens cō-
iectura, ſiue (vt annuimus) ſpecialis cō-
trahentium pactio, qua dignoſci poſſit,
tam donantem, quàm donatarium, vo-
luiſſe ſtipulari pro filijs naſcituris, vti
filijs, nō autem vt eorum patris hęredi-
bus, neceſſariò erit dicendum, ipſis nul-
lum ius fauere, ad hoc vt poſſint ex
propria perſona venire ad bona dona-
ta, in præiudicium creditorum patris,
qui poſt donationem multa debita cum
illis contraxit, prout nouitèr poſt cæte-
ros recentiores deciſum fertur per *D.
Conſil. Staiban. in d. eius reſol.* 45. *tom.* 1.
Et hæc ſint ſatis dicta circà primum
diſtinctionis caput.
65 Reſpectù verò ſecundi capitis, nimi-
rum quò ad donationem ſcilicèt factā
filio, & nepotibus naſcituris ex certo
matrimonio contrahendo per ipſum
filium: vtrum illa acquiratur, eis poſteà
natis, ex propria perſona, non autem
vti hæredibus eorum patris donatarij,
& ſucceſſiuè non teneantur ſtare obli-
gationibus poſt donationem per patrē
contractis, ità vt proindè nullum ius
creditoribus paternis ſuper bonis do-
natis queri poſſit; quampluribus autho-
ritatibus, ac ſolidiſſimis rationibus af-
firmatiua ſuadetur opinio fauore filio-
rum per *D. Reg. de Pont. in conſ.* 25. *à n.* 6
66 *vol.* 1. vbi indubitanter aſſeuerat, hu-
iuſmodi donationem, factam contem-
platione alicuius certi matrimonij, & in
capitulis matrimonialibus appoſitam,
ſiuè in ipſo contractu dotali, acquiri
filijs, vti filijs, non vti patris hæredibus,
ex ea potiſſimum ratione, quia ſic in-
telligitur facta talis donatio ex conie-
67 ctùratà mente contrahentium; & cum
cenſeatur pars iſtius certi matrimonij,
confunditur propterea cum toto con-
tractu dotali, ità quod pro lege obſer-
68 uari debeat, nec reuocari poſſit, aut re-
trocedi per filium donatarium eidem
donanti, niſi ex conſenſu omnium, qui-
bus ſpectat commodum huius donatio-
nis, iuxtà canonizatam *deciſ. Præſ. de
Franch.* 205. *vbi Addent.* & præſertim
D. de Luca, à quo nonnulla ad propoſi-
tum coaceruantur in *obſeruat. ad d. de-
ciſ.* Nàm hæc retroceſſio eſſet in præiu-
dicium Vxoris, & filiorū ex dicto ma-
trimonio procreandorum, quorum cō-
templatione donatum fuit.
69 Quinimò bona tali modo donata,
quia (vt diximus) non ſolum ſponſo,
verùm etiam ſponſæ, & filijs naſcituris
ſpecialitèr donata intelliguntur; quia
donatio facta certi matrimonij cōtem-
platione cum certa perſona contrahē-
di, cenſetur potiùs facta fauore filiorū
naſciturorum, quàm eorum patris; non
poterunt idcircò alienari, nec obligari
in iſtorum pręiudicium, dūmodò dona-
70 tio prædicta fuerit in capitulis matri-
monialibus facta, vt vnico ore affirmāt
Natt. conſil. 115. *n.* 2. *&* *conſil.* 609. *n.* 3.
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. *tit.* 4.
n. 12. *Fōtanell. de pact. nupt. clauſ.* 4. *gloſ.*
1. *n.* 16. *& ſeqq. Menoch. conſ.* 261. *n.* 15.
& *conſil.* 944. *n.* 31. *Seraphin. deciſ.* 427.
Surd d. deciſ. 322. *n.* 18. *&* 19. vbi *Ho-
diern. Gratian. tom* 2. *diſcept. forenſ. cap.*
297. *n.* 3 *cum ſeq. & cap.* 984. *n.* 22. 23.
& 24. *Reg. de Pont. d. conſil.* 25. vbi quā-
plures rationes congerit ad huius opi-
nionis confirmationem, *Cutell. de donat.
contemplat. matr. diſcurſu* 1. *ſpecial.* 4. *n.*
10. qui nonnullas in proprijs terminis
ſimul ſubnectit deciſiones circà finem;
Idemquè pluries deciſum fertur per
*Rot. Rom. apud. Sanctiſſ. Gregor. XV. de-
ciſ.* 491. *n.* 10. *&*. 563. *n.* 12. & coram *Ca-
ualer.* vt in eius *deciſ.* 144. *n.* 5. *& deciſ.*
354. *n.* 7. legitur: *Cancer. lib.* 1. *var. reſol.
cap.* 8. *nu.* 3. *Molin. de rit. nuptiar. lib.* 3.
quæſt. 6. *n.* 507. vbi plenè contrarios re-
probat, poſt alios Authores eiuſdem
communis ſententiæ, quos enumerat
inter noſtrates. *Conſil. Prat. in addit. ad
Conſil. Paſcal. de vir. patr. poteſt. par.* 1.
cap. 4. *n.* 36.
71 Vndè mirum non ſit, ſi ſemper poſteà

ità decisum fuerit vbiquè : præfatam scilicèt donationē quęri filijs, vti filiis, non vti patris hæredibus; & idcircò nō potuisse eorum patrem, nec tacitè, nec expresśè, nec directè, aut indirectè ipsis præiudicare quò ad eandem donationem, appositam signantèr in contractu dotali; quemadmodùm, vltrà deci-
72 siones traditas per supracitatos Authores, in puncto, etiàm per suum Senatum sic decisum refert *Castill. in d. decis.* 106. vbi diffusè hanc quęstionem pertractat *à n.6. vsq. ad n.*24. & eum sequitur *Dō. Consil. Staiban. resol.*22. vbi secundùm eius allegata sic etiam no-
† uitèr per Sacrum Consilium, die 13. Maij 1637. iudicatum fuisse, testatur, in causa D. Hectoris Caraccioli Marchionis Barisciani, cum D. Frācisco Caracciolo, aliorumq; creditorum posteriorum, ad relationem Spectabilis Dom. Reg. Capyc. Latro Commissarij, tunc Consiliarij, vt habetur ex actis in banca Speræ.

73 Et quia nimis consideratè, more solito, peritissimus noster *D. Consil. Staiban.* ibidem, præter cæteros *DD.* suprà allegatos, hanc quæstionem ad veritatis metam reduxit, nec profectò quidquam penitùs omisit, quod eam, vel indecisam, vel dubiam adhuc reddat; Non est itàque necesse, vt ampliùs me ad laborem, nec circà præsentis articuli resolutionem protrahā, cum ex scriptis per ipsum absolutus à qualibet prorsùs difficultate remaneat.

CONTROVERSIA XXIX.

Hæreditarię successionis medietas proximioribus àn debeatur agnatis, & cognatis, vigore Consuetudinis, *etiam ex rebus emptis, vel absquè dolo permutatis cum antiquorum bonorum pretio.*

SVMMARIVM.

1 *Bona empta ex pretio bonorū antiquorum, vel commutata cum rebus, quæ nostris subijciuntur* Consuetudinibus, *àn censeātur pariter antiqua; ità vt nemo de illorum medietate liberè testari possit, stante agnatorum, & cognatorum præiudicio? & n.* 39.
Affirmatiuè videtur respondendum ex varijs rationibus, vt cernitur nu. 40. 42. 43. & 51.
Sed cōtrarium omninò tuetur Author, *cessante tamen omni fraude, & dolo à n.*52.
*Et idem decernitur à n.*54. *vsq. ad nu.* 66. *vbi nonnulla reijciuntur oppositiones. Et à n.*67. *vsq; ad fin. variæ Doctorum authoritates, & S. C. decisiones ad propositum recensentur.*
2 *Bonorum appellatio dupliciter est in iure accepta, ciuilitèr nempè, & naturalitèr.*
Et huius distinctionis ratio ostenditur n. seq.
4 *Bona dicuntur à beando; Nàm beant, & beatos faciunt homines, vt n.* 5.
6 *Diuites beatos latini appellant.*
*Verùm, qui dicantur verè beati, legitur n.*8.
7 *Bonum est philosophari, sed non egentibus.*
8 *Impossibile quidem est, præclara ab eo agi, cui desunt facultates.*
9 *Bona sunt vita hominis, & nummus fideiussor necessitatis vocatur.*
10 *Metus amissionis omnium bonorum morti æquiparatur.*
11 *Inimicus capitalis dicitur, qui de maiori parte bonorum controuersiam mouet.*
12 Conditores nostrarum Consuetudinum *semper distinctè respectu bonorum præcipuè loquuti fuerunt.*
13 *Bona secundum* Neapolitanas Consuetudines *redire debent, ad eandem scilicèt lineam, vndè exierunt.*
Sed de quibus bonis hoc intelligatur, vidè, n. seq.

14.

56.

ARGVMENTVM.

Cùm de bonis, (vt supra promisimus) agendum sit, quæ Parthenopęis subijciuntur dogmatibus, celeberrima non immeritò hìc primò discutitur disceptatio: nùm scilicèt antiquarum rerum medietas, proximioribus agnatis, & cognatis, virtute cõsuetudinis addicta, eisdem debeatur etiam ex bonis, citrà fraudem commutatis, vel emptis pretio prędicta-

dictarum rerum, in quibus nostræ Vrbis municipalium Sāctionum viget dispositio.

Eapropter, explosis priùs rationibus, affirmatiuam dictantibus opinionē, iuxtà magis communem, veriorēquè sententiam, negatiuè contrà *Molfesium*, & eius Asseclas, concludit *Author*: nimirùm vt bona ista permutata, vel empta pretio alicuius rei, consuetudinibus subiectæ, ipsius loco non subrogentur, sed liberè penès acquirentem perueniant, tāquam nouitèr acquisita; quoties verò fraus vlla penitùs considerari posset inter contrahentes, quos de tali subrogatione, nec tacitè, nec expressè mentionem fecisse, etiam constaret.

Idquè, tàm solidissimis Iuris rationibus, quàm pluribus nouissimis Sacri Consilij decisionibus prò absoluto procedere, non inconcinnè demonstratur.

Quinimò ad propositum notabilia nōnulla circà bonorum appellationē, & etymologiam, breuitèr recensentur.

1 Bona permutata cum re Statutis, & Consuetudinibus subiecta, vel ēpta ex pretio antiquarum rerū, liberè nùm penès acquirentem perueniant, ità vt minimè subiaceant *Neapol. Consuetud.* exordientibus, *si aliquis moriens*, & *Etsi testator*, *in rubrica de success. ex testam.* vbi expressè sancitur, prout in *praeced. controuer.* 26. & alibi pluriès repetitum est, testatorem de præfatis bonis antiquis, ei scilicèt ex linea paterna, aut materna obuentis, ad libitum, agnatis, vel cognatis existentibus, haud posse, nisi de medietate tantū testari. Notabilis cùm sanè sit hæc difficultas, quæ valdè apud nostrates adhùc agitatur, eam ideircò, quò ad vires sufficient, hìc resoluere conabimur.

2 Sed ista occasione, priusquàm ad vlteriora gradum faciamus, non incongruum existimo, quinimò nostro themati opportunum nimis videtur, vt exponamus, quid importet hoc verbum *Bona*; Pro qua re declaranda, aduertēdum est, bonorum appellationem dupliciter esse in iure acceptam, ciuilitèr

3 nempè, ac naturalitèr: Ciuilitèr enim quando cum eorum oneribus bona transferūtur per statutum, & præsertim per nostras Cōsuetudines: Naturalitèr verò quando æs alienum supponitur deductum, ea ratione, qui bona dicuntur à beando, ex quò beatos faciunt homines, *l. bonorū, ff. de verb. signif.* pro-

4 pterea si multis debitis illa essent implicita, non bearent.

5 Et quidem omnes Iurisperiti conueniunt in hoc, scilicèt vt naturalitèr bona dicātur ex eo, quod beant, & beatos faciunt, vt in *d. l. bonorum appellatio*, *l. subsignatum*, *§. 1. & l. 49.* vbi plenè *Rebuff. versic. quaero*, *ff. de verb. signif. Dec. consil.* 237. quem refert *Caput. in prælud. ad Consuet. Neapol. §. 6. de bonis, sub n. 1.*

6 Vndè beatos Latini appellant diuites, atque locupletes, apud *Plaut. in Pœnulo*, & *Senec. lib. 3. controuer. & lib. 3. epist.* Hinc etiam *Aristoteles*, bonum esse, inquit, philosophari, sed non egentibus;

7 & *Idem* ait, impossibile esse, aut certè non facile, præclara ab eo agi, cui desūt facultates. Quamuis veri beati propriè dicantur omnes, qui timent Dominum,

8 & ambulant in vijs eius; quemadmodùm sunt beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sūt peccata, vt legitur in *princip. Dauidic. Psam.* 127. & 31. *cum versic. sequent.*

9 Rursùs bona sunt vita hominis, & nummus fideiussor necessitatis vocatur, ex *Aristotele* 5. *ethic. cap.* 5. quem allegat *Bald. in locis relatis per Tiraquell.* de

de nobilitate,cap.31.n.364. qui pleniùs
idipſum ex alijs oſtendit. Quamobrèm
10 metus amiſſionis omnium bonorum
morti æquiparari debet, l. Athletæ in
princ.vbi Bartol.ff.de excuſ.tutor.& pa-
ria videntur eſſe, inſidiari vitę,ac omni-
bus bonis, ex allegatis per Tiraquell.
11 in d.cap.31.n.369.Sic dicitur inimicus
capitalis,qui de maiori parte bonorum
controuerſiam mouet,vt tradit ipſe Ti-
raquell.loc.cit.n.371.Et hęc circà huius
verbi etymologiam pro nunc exarare,
curauimus.

12 Quò ad diſputationem verò præſen-
tis controuerſiæ,ſciamus etiam oportet
anteà, quod noſtrarum Cõſuetudinum
Conditores ſemper diſtinctè reſpectù
bonorum præcipuè, loquuti fuere, vt
plenè diximus in Contr.8.& 9.dùm de
Conſuetud.ſi quis,vel ſi qua egimus,vbi
13 apertè diſponitur, vt bona vndè exie-
rũt,redeant.& in illa eadẽ linea cõſer-
uentur,loquendo tamen de bonis anti-
quis eo caſu,quo liberi nulli extant, vt
inſinuauimus loc. cit. Et de bonis pari-
tèr, quæ tantùm ſita reperiuntur in di-
14 ſtrictu huius Ciuitatis,vt in proęm.Con-
ſuetud. verb. diſtrictu, fol. mihi 44.vbi
Napodan.cum alijs Addent.Statutum
enim,vel Cõſuetudo extrà iurisdictio-
nem non extẽditur, ſicquè quoties bo-
na reperiuntur extrà diſtrictum, toties
non habet locum Ius conſuetudinis,
quia defecit poteſtas Ciuium,qui eam
introduxerunt, ſed Ius commune, vel
Conſtitutionum Regni attẽditur, vt ex
15 multis probãt Ant.Gomeſ.in l.5.Tauri,
in princ.Præſ.de Franch.decis.546. Na-
podan.in d.Conſuetud.ſi quis, vel ſi qua
n.174.& fuſiùs in Conſuetud.Pupillus n.
8.de in integr.reſtitut.Capyc. decis. 159.
in princ.Vrſill.ad Afflict.decis.226. nu.
12. in fin. prout etiam circà reliquas
Cõſuetudines hoc idem dicendum,cẽ-
ſuit Farinac. decis.777.& inter noſtra-
tes pluriès ità deciſum, teſtantur Reg.
Salernit.decis. 1.n.1.vbi Thor. in addit.
P.Molfeſ.in tit.de bonis,quæſt. 1.& par.
4.ſui comment. ad Conſuetud. Neapol.
quæſt.29.n.25.D. Reg.Capyc.Latr. decis.
135.n.24.tom.2.D.Reg.Marcian.diſpu.
45.n.1.D.Reg.de Marin.to.1. reſol.cap.
70. n.31.Mont.contr.8.n.1. Lel. Caput.
in prælud.Conſuetud.§.5.n.23. & D.Cõ-
ſil.Prouẽzal.in obſer.ad Conſue.ſi moria-
tur9.per tot.vbi plura notabilia cõgerit.

16 Verùm aduertas,quod reſpectu do-
tium,& iurium dotalium, Conſuetudi-
nes Neapolis extenduntur etiam quò
ad bona alienata,& ſita extra diſtrictũ,
dummodò capitula matrimonialia mu-
lieris Neapolitanę ſint iuxtà formã Cõ-
ſuetudinis redacta,vt latè hoc diſcutit,
imò pluriès ſic fuiſſe iudicatum refert
D.Præſ.de Franch.decis 472.n.6. & de-
cis.84.in fin. vbi ità paritèr deciſum fa-
tetur, in cauſa Camillæ Pappacodę an-
no 1558.ad relationem Conſil.Ioannis
Andreæ de Curtis,cuius deciſionis me-
minerunt Conſil.de Bott. in Conſuetud.
ſed ſi mulier.in addit.incipien.pone casũ,
verſ.an hac Conſuetudo, fol. mihi 279.
P.Molfeſ.lib.1.tit.de bonis, quæſt. 3. &
lib.2.par.8.quæſt.6.n.8.& Dom.Conſil.
17 Staiban.reſol.189. n. 58. & ſeqq.Dos
namquè Iuris nomen eſt vniuerſale, &
ſic licèt conſuetudo regularitèr non
extenditur extrà territorium, tamen
quando loquitur per verba vniuerſalia
18 extenditur,vt ex communi ſententia
probat Alex. conſ.44. col. 2. verſ. hanc
quæſtionem vol.5. Vndè, quod locum
habeat vbicumquè ſit Dos ſemper vni-
formiter hìc deciſum fuit, vt teſtantur
etiam Conſil.de Georg.in alleg.23.n.10.
idem D.Præſ.de Franch. in eius apoſtill.
ad d. Conſuet.ſi quis,vel ſi qua,Ann.cõſ.
92.n.53. vol.2.Conſil.de Rube.in addit.
ad Napod.quæ incipit,ſed aduerte,fol.3.
& in ſeq. addit.incip.Adde,quod longa
fuit,fol mihi 4. in calce Conſuetud. Ca-
pyc.in Conſuetud.ſi qua moriẽs in verb.
cognatis,n.4 fol.197.& D.R.de Ponte
in tract.de poteſt.Proreg.tit.9.de ſucceſſ.
mulier. n. 8.Cum alijs nonnullis com-
munitèr.

19 Quemadmodùm id procedere, eſt
etiam obſeruandum, in matrimonio
contracto ſecundùm recentem vſum
Sediliũ Capuanę,& Nidi,in quo inter-
cedit

cedit pactum inter Coniuges, per viam renunciationis, vt à medio excludātur & non existere intelligantur. Bona enim, licèt extrà districtum sint sita, cōprehenduntur tamen in pactione prædicta; itàvt ab illis pater, & mater in filiorum successionibus, decedentium in pupillari ętate, vel quandocumque ab intestato, prorsùs excludantur, ex decisis in Sacro Consilio, vt refert *Consil. de Ann. d. consil. 92. &* 118. vna simul cum *Consil. Theodor. alleg.* 1. quos sequitur
20 *Rodoer. in consil. 31. sub n. 19.* & ratio videtur esse, quia nouus hic vsus respicit personas renunciantes, & agnatorum fauorem, non autem bona, iuxtà aureā doctrinam *Napodani in suprà cit. consuetud. Pupillus n. 8. tit. de integr. restit.* & secundùm ea, quæ cumulat *Donadeu. in laboriosissimo eius tract. de renūciat. cap. 49. n. 13. cum seqq. tom. 2.* Quamuis con-
21 trarium teneant *Consil. de Georg. d. alleg. 23. 24. & 25. D. Reg. de Marin. tom. 2. resol. cap. 56. n. 15.* & *P. Molfes. par. 2. quæst. 24. per tot.* ex eo, quia sicuti Consuetudines nostræ in scriptis redactæ non extenduntur, vt diximus, in bonis extrà districtum sitis, ità nec nouus iste vsus, qui maius robur non habet, quàm Ius nostrum municipale. Ego intereà haud à priori opinione recederem, tu autem beneuole lector, meliùs cogita; tale namquè meum esse iudicium, ingenuè fateor.

22 Attamen annotare non desinam, in bonis de nouo quæsitis minimè controuerti, vt Pater, aut Mater, etsi renunciauerint filiorum successioni, iuxtà recentem hunc vsum Nobilium, admittantur nihilominus ad bona prædicta, sicut decisum fuisse in S.C. iunctis Dominis duarum aularum, testatur idem *Dom. Consil. de Ann. d. consil 118. n. 29.* quem tradit, & sectatur *Thor. in compend. decis. tom. 1. verb. Consuetudo Capuanæ, & Nidi, an procedat in bonis extrà districtum, fol. mihi* 117. & *Gross. annot. 9. ad d. consuetud. si quis, vel si quan. 48.* prout in hoc casu benè procedereut ponderata per *Dom. Reg. de Marin. Consil. de Georg. & P. Molfes. loc. suprà cit.* alitèr secus.

23 Loquuntur verò Consuetudinum Compilatores de bonis antiquis, & de illis, mandant, vt moriens nequeat testari, nisi tantùm de medietate, salua liberis, vel proximioribus reliqua medietate, quibus virtute eiusdem Iuris municipalis debetur, vt sæpiùs alibi repetitum est; nàm eorum fuit intentio, vt huiusmodi bona, quæ iàm effecta sūt antiqua, perpetuò conseruarentur in familia proptèr Ciuitatis splendorem, Ciuiumquè decus. Sed de cæteris bonis, hoc est de illis per ipsum testatorem tantùm acquisitis, quia non sunt adhuc effecta antiqua in familia, sed propria dicuntur ipsius testatoris, potest idcircò vnusquisq; pro suo voluntatis arbitrio disponere, saluo tantùm liberis debito bonorum subsidio, iuxtà Iuris communis dogmata, vt expressè sancitur per *tex. in d. Consuetud. si aliquis moriens*, per verba nimirum illa, *Potest de bonis suis acquisitis per eum, disponere pro suo arbitrio voluntatis, debito bonorum subsidio in dictis bonis antiquis liberis reseruato* cum *seqq.*

24 Quibus ergò ad mentem reuocatis, nè ab expositione generalium rerum tàm citiùs discedamus, videndum idcircò superest, quid veniat appellatione bonorum, signantèr attenta municipalis nostri Iuris dispositione in verbis proximè exharatis; ad quorum explicationem, nota, quod generalitèr appellatione bonorum suorum venit omne id, quod vendicari, siuè pro proprio assumi potest, vt in *l. Quintus Mutius 29. §. argento, & §. cui legatum, ff. de aur. & argent. leg. Alciat. in l. pecuniæ. verbum, de verb. signif.*

25 Veniunt etiam simplicitèr bonorum appellatione nomina debitorum, iura, & actiones, sicut aliæ res siuè stabiles, siue mobiles, *l. 49. & 208. ff. de verb. signif.* siue burgensaticæ, siue feudales, *Andr. de Isern. in cap. 1. in fin. de capit.*
26 *qui cur. vend. Brisson. lib. 2. de verb. signific. in verb. bona*, vbi notat, bonorum

appellatione contineri non tantùm eas res, quarum proprietas pertinet ad hæredem, sed & agros, vectigales, & quæ pignori data sunt, atquè bona fide possidentur, ex *l. 5. §. bonorum, ff. vt in possess. legat.* Et quò ad nomina debitorũ *tex.* sunt expressi in *l. fin. ff. de vsu, & vsufr.*
27 *leg. l. 1. C. de vsufr.* vbi quotiès bonorum vsusfructus ab aliquo legatur, cõprehenditur etiam in nominibus debitorum, & intelligitur isto casu legatum fuisse vsumfructum istorum nominum, & in *l. nomen, C. quæ res pign. oblig. poss.*
28 vbi in generali obligatione, ac bonorum cessione, veniunt nomina debitorum. In iuribus verò, & actionibus adest *tex. in l. 1. §. vtrum autem, vers. quid si nolit. ff. si quid in fraud. patron.* vbi actio-
29 nem de bonis diminuisse dicitur, qui obtinere noluit, cùm peteret, & in *l. in vsufructu. ff. ad leg. Falcid.* ibiquè *Alberic.* & alij.
30 Et quod in materia successionis; quinimò in vniuersalibus bonorum appellatione comprehendantur omnia iura, actiones, & debitorum nomina, habetur ex *tex. in l. nam quod,* vbi *gloss. ff. ad Trebell.* licèt sit aduertendum, quod
31 quando fit mentio de bonis existentibus in loco, tunc non veniunt appellatione bonorum hæc debitorum nomina, iura, & actiões, vt cernitur ex *tex. in l. vxorem 39. §. legauerat. de leg. 3. & in l. Caius 88. in princ. de leg. 2.* cũ multis alijs relatis per *Tiraquell. in tract. de iur. primogen. quæst. 49. n. 1.* post *Socc. cons. 101. vers. sed his nõ obstantibus,* vbi
32 hinc deducit, quod in hoc casu, si quis donet omnia eius bona mobilia, & stabilia, præsentia, & futura, ac vbicumquè existentia, nunquam veniant nomi-
33 na debitorum, ex eo potissimum quia ista debitorum nomina non circumscribuntur loco, nequè dicuntur esse in loco, cum sint incorporalia per *d. l. Caius, de leg. 2.* quemadmodùm hoc idem pluribus alijs rationibus etiam confirmat *Tiraquell. in l. si vnquam C. de reuoc. donat. in verb. bona. n. 13.* & antè eũ decreuit *Iaf. in l. stipulatio hoc modo cõcepta, in vlt. ver. ff. de verb. oblig. & in* [illegible]*Diuo Pio, §. in venditione, col. 2. not. 4. ff. dè re iudic.* quamuis contrarium, dispunctis *Bald. Salic. Socc.* & alijs, tenuit in puncto *Bertrand. cons. 74. per tot.* præser-
34 tim quia, vt ait *sub n. 9. circà fin.* in contractu donationis largissima semper est facienda interpretatio, *cap. cùm dilecti, ibiquè annot. de donat.*

Quamobrèm nostræ Consuetudines, cùm loquantur de bonis in districtu existentibus, easquè paritèr *Napod.* intelligat, cum cæteris *Addent.* tantùm in bonis, ac rebus sitis in loco, & districtu Neapolis, videtur propterea absolutè dicendum, prout infrà in *contr. 33* fusiùs demonstrabimus, hęc scilicèt debitorum nomina generalitèr non venire appellatione bonorum in *Consuetud.*
35 *Neapol.* nec sub illarũ censura contineri, nisi solutio hìc fieri deberet, vt vno ore præter alios ex nostratibus asseuerant *Ant. de Alex. in d. Consuetud. si aliquis moriens, in apostil. incip. Nota quod potest, vers. quid autem in nominibus, & Consil. de Bott. ibid. in addit. incip. secundùm hanc opinionem in fin. fol. mihi 162.* dùm dicunt, iudicari debere de nominibus debitorum, prout de bonis sitis
36 Neapoli, si contractus tamen sint hìc celebrati, vel alibi, & Neapoli sit destinata solutio; Secùs verò si extrà huius Vrbis districtum sit facienda exactio; nàm tunc nomina non comprehendũtur sub regulis municipalium sanctionum Neapolis; Sicut etiam nec iura, &
37 actiones, si verò non sint dotales, vt anteà insinuauimus, & expressè aduertit noster auriga *Napodan. in præcit. Consuetud. si quis, vel si qua, in verb. à matre,* vbi asserit, filium matri succedere in actione de dote secundùm Consuetudines.
38 Ità quòad nomina debitorum, iura, & actiones, in proprijs terminis Iuris patrij, pluriès, hac distinctione adhibita, decisum testantur in Sacro Consilio *Thom. Naucler. in addit. ad d. Cõsuetud. si quis, vel si qua fol. 9. in penult. vers. Dom. Reg. Salern. decis. 1. n. 2.* vbi *Thor.* in

in addit.& in eius compend.decis.par. 1. *verb.nomina, D. Praes.de Franch. decis.* 93.*D.Consil.de Bott.loc.cit.& in proem. Consuetud. in addit. incip. dùm in Sac. Consil.fol.mihi* 46.*Ann. consil.* 92. *n.*50. *P.Molfes.par.* 2. *sui comment.tit.de bonis, quaest.*11.*n.*2.*Caput. in proam. Consuet.* §.6.*n.*2.& cum prædictis residet *Dom. Reg.de Marin.cap.*70.*n.* 33. *lib.*1.*suar. resol.* vbi quid sit dicendum etiam admonet, quoad functiones fiscales, quas exigunt Ciues Neapolitani, & exteri, tanquàm assignatarij Regiæ Curiæ super Vniuersitatibus Regni; & circà annuos introitus venditos per ipsam Regiam Curiam diuersis particularibus cum solito pacto de retrouendendo: an scilicèt illi, & quando Neapolitanis subiaceant Consuetudinibus? Quod nos ex *Dom.Reg.Rouit.in Prag.*1.*de iurib.& exact.fiscal.*& alijs, latè Deo dãte patefaciemus infrà.

39 Sed omnibus relictis his, vt redeamus ad id, quod magis attinet ad principalem nostram thesim, discutiendum erit intereà, àn bona, quæ à proximioribus agnatis, & cognatis obuenerunt alicui successionis titulo, non verò ex causa dotis (quæ semper adest, vt diximus, sub iuris municipalis dispositione) nostrarum Consuetudinum censuræ subiaceant, etiam si illa absquè vllo dolo vendantur, & ex eorum pretio res aliæ emantur, vel semota omni fraude, permutentur cum alijs bonis non subiectis?

40 Et videtur absolutè dicendum, bona prædicta empta ex pretio bonorũ antiquorum dici tali casu omninò subiecta Neapolitanorum Consuetudinum normis, & antiquis Ciuium pactis obnoxia; Principalitèr quia, cum sint quęsita ex rebus, in quibus locum habebat municipalis sanctio, loco illarum etiam subrogata existimantur; vndè ipsarum

41 naturã assumere debent. Regula enim in iure est valdè vulgata, subrogatum nimirum retinere eandem naturam illius, in cuius locum subrogatur, *l.cum in feudo,§.si fundus, ff. de iur. dot. l.in duobus,§.* 1.*ff.de iur.iuran. l. eum qui,§. qui iniuriarum, ff. si quis caution. & §. fuerat, instit. de action.* cum alijs innumeris.

42 Secũdò, quia vice permutati dominij videtur res alienata, aut permutata pro pretio alterius rei, in patrimonio permansisse, sicquè in loco istius rei translatę alteram rem successisse, dici debet, iuxtà ea, quæ disposuit *tex. in l. Imperator* 72.*in fin.*iũcta *l.sequen.* & vtrobiquè *Bartol.ff.de leg.*2. vbi is, qui rogatus est, quicquid ex hæreditate superrerit post mortem suam restituere, de pretio rerum venditarum si alias emerit, dimiuuisse quæ vendidit non censetur, sed quod comparatum fuit vice permutati dominij est pariter restituendum; & *l. in fideicommisso, §.nonnunquam, ff. de vsur.* quemadmodùm ex multis plenè probat, & melius expedit, *Tiraquell.in tract.de vtroq; retract. tit.* 1.§. 32.*gloss. vnic. n.* 23. *& de retract. consangu.*§.32,*gloss.*1.*à n.*43. *vsq; ad n.* 52. vbi nonnulla notabilia colligit, & *Molin.in tract. de primog.Hispan. lib.*4. *cap.*4.*n.*28.

43 Vndè habetur etiam, quod res empta pretio, perueniens ex aliqua re immuni, & exempta ab aliquibus muneribus, eandem consequitur immunitatem, quam habebat res illa antiqua, cuius loco successit, vt ex cũctis probat *Bald. cons.*112.*n.* 5.*lib.* 1. & ex pluribus docent *Boss.in suo tract.criminal. in tit.de Princip.n.*154.*& Morot.cons.*20. nàm

44 licèt non sit eadem res entitatiuè, tamẽ vice subrogati succedit, & sic loco prioris rei, ex *tex.in l.vnica, §.sed & vt plenius, C.de rei vxor.act.* cum cæteris cumulatis per *Tiraquell.de vtroq; retract. d.tit.*1.§.32.*glos.vnic.n.*25. & *Luc.de Penn.in l.*1.*col.*4.*versic.sed.quid.C. de impon.lucr.describ.lib.*10. quę sequitur

45 *Ias.cons.*23 1*vol.*2. vbi paritèr subdit, quod res permutata cum re fideicommisso subiecta, efficiatur fideicommissaria, vt post eum firmat *Tiraquell. loc.* proximè *cit.n.*27. *Menoch.cons.*70. *n.*7. *& 8.lib.*1.*Mantic.de coniect. vltim. vo-*

iunt.lib.7.tit.8.n.23.& *Surd.decis.15.n.*
46 21.Sic etiam,quando feudum nouum
permutatur cum antiquo de consensu
Domini, assumit naturam feudi antiqui
vt firmat *Andr.in cap. 1. de vassal. de-
crep.atat.*& *ibid.Afflict.& in cap. 1. de
grad.success.in feud.n.16.in fin.*quos re-
fert *Dom.Reg.de Pont.in suo tract.de
potest. Proreg.tit.1.de prouis.fieri solit.n.*
10.vbi *Thor.in additione.*Licèt pretium
peruentum simplicitèr ex venditione
feudi non dicatur amplius feudale, vt
communitèr receptum est apud omnes
ex *tex.in cap.vlt.de feud.cogn.*quem ex-
pendunt DD.relati per *Consil.de Ann.
alleg.141.n.10.*& *singul.204.* cum alijs,
quos ad id congerit *Dom. Præs. Mer-
lin.cent.2.controuer.forens.cap.90.n.34.*
47 Idem deniquè dotis exemplo con-
firmati potest,nam res empta ex pecu-
nia dotali,ipso tunc dotalis efficitur,vt
ex *Gloss.* communitèr recepta in *l.si vt
proponis.C.de rei vindicat. Mascard.de
probat.conclus.53.*& post alios latè hoc
docet.*Ann.consil.123.n.18.vol.2.*ea ra-
tione,qua suprà *n.17.* quia dos dicitur
48nomen Iuris,& propterea est quid vni-
uersale, vt annotauit *Bartol. in rubr.ff.
sol.matr.n.17.& ibid.Rip. n.43. Façebi.
lib.10.contr.iur.cap.31.*& in vniuersali-
49 bus pretium loco rei succedit ex *d. l.
Imperator,§.eum autem, ff. de legat. 2.
& l. venditor. l. si & rem ff.de petit.hę-
red. cum similibus*. At qu ia in casu,de
quo agitur sumus in vniuersalibus, nàm
Consuetud.etsi testator prescrtim vniuer-
50 salibus vtitur verbis, nempè,*potest de
bonis*,quę cum similibus ibidem positis,
& in *anteced. Consuetud.si aliquis mori-
ens*:ibi *de bonis autem*,& *in Consuetud,si
quis,vel si qua*,ibi: *in bonis omnibus,&c.*
vniuersalitarem continere videntur,*ar-
gum.tex.in l.bonorum,ff.de verb signif.l.
nihil.ff.eod.*& *l.hęreditas,ff.de regul.iur.*
Igitur bona peruenta ex pretio anti-
quarum rerum,vel cum illis permuta-
ta, censeri debent etiam vniuersalitèr
nostris Consuetudinibus subiecta.
51 Et ità ratiocinatur *R.P. Molfes. par.
2.sui comment.ad Consuetud.tit.de bonis
quæst.5.* testans *in addit. ad d. quæst.5.
tom.2.*sic audiuisse iudicatum per Sacrū
† Consilium, iunctis aulis, anno 1614.
in causa D.Laurę della Monica,&Ma-
rij Beltrani,etiam cum interuentu Prę-
sidis eiusdem Sacri Consilij,& aliorum
decem votātium,ad relationem Dom.
Consil. Gasparis Palatio, in Banca de
Mondellis, cuius decisionis mentionē
faciunt *Ricc.collect.decis.1850.Io:Bapt.
Thor.in suo compēd.decis.tom.1.in verb.
bona empta,fol.73.col.1.* & *in verb. pre-
tium peruentum fol.mihi.411. col. 1.D.
R.Capyc.Latr.decis.70.n.48.& 49.* Imò
ità etiam nouissimè decisum fuisse in
† S.C.tradit *D.Consil.de Georg.* in causa
Donati de Falco,referente Dom.Con-
sil.Cōstantino *allegat.4.*& *in repet.feud.
cap.43.n.11.vers.bona empta*; Sed antè
prędictos,*Molfes.*acetrimè hanc substi-
nuit opinionem, & veriorem esse sem-
per existimauit.
52 Ego verò, vlla quidem affectus pas-
sione, proprios pandens sensus, & ve-
ritatem tangere cupiens, his minimè
refragantibus,tāquàm communiorem,
ac magis in praxi receptam sector in
hoc articulo sententiam,pro contraria
opinione dictantem: vt scilicèt res em-
pta ex pretio antiquorum bonorū, vel
permutata cum altera re Consuetudini
subiecta, liberè penès acquirētem per-
ueniat,ità vt dicatur omninò immunis
à Consuetudinum censura.
53 Quarè non incongruuum puto, vt
Aduersariorum argumentis primò re-
spōdeamus;exindè verò pro maiori no-
stræ opinionis fiducia ad potissimas tu-
telares rationes recurramus, nec non
ad solidissimas Iuris conclusiones ca-
lám um demum dirigamus,oportet.
54 Quò ad primum siquidem argumē-
tum, modica mihi videtur difficultas,
ac facilis responsio,duplici ex capite:
nempè non solum,quia subrogatio ista
in vniuersalibus inducitur per meram
fictionem, vt ex *Bald. in l. cogi n.12.
vers.deindè quęro,C.de pet.hæred.*& *Ias.
in l.si eum seruum in fin.ff.si cert. pet.*ait
*Tiraquell.in 1.retrac.§.32.n.22.*quæ fi-
ctio

55 ctio in Statutis, vel Consuetudinibus locum sibi vendicare non potest, *l. 3.§. hæc verba,ff.de neg. gest. Bald.* & alij in *l.ea demum,C. de collat.* maximè quando ex illis coarctatur libera disponendi facultas; cùm nihil magis hominibus debeatur,quàm vt extremæ voluntatis liber sit stylus, *l. 1.C. de Sacros.Eccles.*
56 Iniquũ namquè videtur ingenuis hominibus liberam disponendi facultatẽ auferre,*l.2.ff.si à paren. quis fuer.man.* prout in indiuiduo huic obiectioni sic respondet *Capyc.decis.* 194.*col.fin. vers. tamen statutum*,quem sequitur *D.Præs. Amat.in cons.*47.*sub.n.*7. Verùm etiam,
57 quia licèt regulariter pretium loco rei succedat,tamen è contra res non succedit loco pretij,*l.si ità fideiussorem* 43.*ff. de fideius. Bart. in l. sed & si lege,§.1.ff.de petit.hæred. Bald. in d. l.si eum seruum, & l. mater n.* 15.*C. de rei vend.*vbi etiam *Cyn.& Alberic.* ità scripserunt *Guttier.pract.quæst.lib.*5.*quæst.* 87.*n.*1. 8. & 15. *Mascard. de statutor. interpr.concl.*10.*per tot.Surd.d.decis.*15. *n.* 4. *& seq.* vbi *Dom. Consil. Hodier.in addit.*Et per consequens bona hæc,de quibus est questio, dicuntur potiùs venire propter bona antiqua, quàm ex bonis antiquis, sicquè in illorum locũ
58 non succedunt; quia Consuetudo loquens tantùm de istis bonis antiquis, nullo modo potest comprehendere bona acquisita ex fructibus, vel pretio prædictorum bonorum, vt ex *Napod.* plenè docet *Capyc.loc.cit.circà finem*, nàm(vt pluries repetitum est)cum illa sit stricti iuris, non debet extendi de casu expresso ad non expressum.
59 Hinc etiam colligitur, quod licèt pretium rei fideicommisso subiectæ efficiatur fideicommissarium,vt suprà diximus;hoc tamen procedit, quia sic in dubio fuisse testatoris mentem interpretatur,vt voluerit fideicommissi conseruationi prospicere, ideòquè lex fideicommissis fauens fictione supplet, quod aliter non subsisteret.At in materia statutaria,siue consuetudinaria, de qua noster est sermo, nec præsumptamens,nec fictio admitti potest, vt insinuauimus.Statuta namquè sunt semper intelligenda strictè, & iuxtà verborum sonum,vt aiunt *Bart.*& DD. in *l. quod constitutum, de milit. testam. Bald. in l. maximum vitium,col.* 5. *vers. vlterius, C.de liber.præter.Dec.cons.*5.*n.* 2. cum alijs relatis per *Mascard.de stat.interp. concl.*4.& per nos *contr.*2.*à n.* 31.*contr.* 23.*n.*36.alibiq;passim.
59 Respectù verò alterius argumenti, deducti ex *d.l.Imperator,§.fin.de legat.* 2.faciliter etiam respondetur, quia hic *textus* loquutus fuit in eo, qui hæreditatẽ restituere rogatus erat,& sic quòad ius vniuersale,vt sensijt *Bald. in d.l. mater n.*6.*vers.primo casu,C.de rei vẽd.* Nos autem versamur in iure particula-
60 ri,& non vniuersali, vt existimauit *P. Molfes.loc.cit.*Nam Cõsuetudo inquit: *potest de bonis*, quod verbum, *de bonis*, etsi quandoquè pro hæreditate sumatur,*l.nam quod.*14.*§.fin.ff.ad.Treb.l.bonorum.*208.*ff.de verb. signif.* regula ta-
61 men in contrarium extat, vt scilicèt bonorum delatio ius particulare designet,& propterea æs alienum non cõtineat,*d.l.subsignatũ*, 39.*§ bona l.bonorum* 49.ibique *Alciat.ff. de verb. signif. & in l.hæreditatis* 119.*n.*7. *& l.bonorũ* 208.*n.* 2.Idquè est adeò verum in terminis nostrarum Consuetudinum, videlicèt quod verbum *bona* non suma-
62 tur pro tota hæreditate, sed propriè pro bonis particularibus, quæ æs alienum excludunt;quia saltèm onera vltimi morientis,etiam si essent legata, deduci haud possunt de medietate Consuetudinibus subiecta, sed sunt deducenda ex medietate libera, prout concludunt *Napod.in Consuetud. si aliquis moriens n.*30. *in fin. Afflict. decis.* 347. *Præs. de Franch. decis.* 89.*n.*7.*& decis.* 280. vbi *de Luc. in addit. Capyc. decis.* 191.vbi *Addent. Thor in eius supplem. compend.verbo,onera fol.mihi* 456.*col.*1. vbi ità nouitèr decisum refert, *Molfes. ad Consuet. Neapol.par.*4.*quæst.*61. *n.*2. *in fin.*& nonnulli *Addent. in d. Consuetud.si aliquis moriens in princ. fol. mihi* 161.

161.*& in Consuetud.& si testator sub n.* 27. signantèr in *apostill. incipien. fuit iudicatum*, & alibi hoc idem pluries
63 annotantes, prout nos in *Contr.* 33. distinctè ponderabimus. Quod vtiq; non procederet, si verbum, *bona*, pro hæreditate sumeretur; tunc enim medietas bonorum antiquorum, de qua testator disponere nequit, cum oneribus etiam ad proximiores spectaret ex *l. 1. C. si cert.pet.l.hereditas 63. ff. de reg. iur.* vt asserit *Castr.consil.*441. *n.* 5. *vers. sed. tunc est videndum vol.* 1. quem circà
64 hanc conclusionem, vt vbi statutum defert ex necessitate proximioribus agnatis, & cognatis certã bonorũ partem, non dicatur illa deferri iure hæreditario, sed particulari, sequitur *Crauet. de antiq.temp.par.*4.*sess.*1.*n.*141.*cum seq.* vbi *Angeli* opinionem contrarium sentientis in *cons.*81.improbat, & in *cõs.* 185.*in fin.* cum *Phanut.de lucro dotis in glos.*4.*n.*11. quos colligit cũ alijs *Præs. Amat.loc.* vbi suprà sub *n.*12.
65 Nec vlteriùs dicere valet, quod etiã in dote, ex iuris fictione, res empta ex pretio rei dotalis, efficiatur etiam dotalis, & illius loco succedat; nam, vt diximus, dotis nomen est vniuersale, quod non militat in casu nostro, vt considcranti patet; Itaquè si in iure particulari versamur, pretium loco rei non succedit, nec è contra, vt ex *cit. DD. in d.l.si rem,& pretium,ff.de pet. hær.* præsertim *Ias.in d.l.si eum seruum col.fin.* abundantèr demonstrauimus.
66 Rursùs neque obstant tandèm decisiones in contrariũ allatæ per *P.Molfes.* & *Consil. de Georg.* tùm quia de illis nulla habetur ratio in Sacro Consilio, vbi oppositum nunc semper in contingẽtijs decernitur; tùm etiam quia in anfractu decisionum standum est decisionibus relatis per *Dom.Authores*, quos pro nostra sententia infrà citabimus, & non contrarijs, quibus non interfuerunt, qui eas referunt; & propterea ijs credendum non est, quia diligentèr cõsiderare non potuerunt, quarè fuit ità tùnc decisum, nàm *P.Molfes.* erat absẽs, vt ipsemet asserit in *d.sua addit.ad quæst.*5.*sub.n.*2.& *Consil.de Georg.* illa in causa cuius decisionem refert in *d.* eius *allegat.*4. non solùm ipse non votauit; sed etiam in casu, quem ibi proposuit, supponitur rem, de qua agebatur, fuisse emptã ex pretio rei antiquæ sub hoc speciali pacto, & conditione videlicèt, vt in locum prioris subrogaretur, eiusdemq; vicem, & naturam assumeret, quo themate retento, *Ardiz. Afflict.*& *Molin.* allegat, qui in hoc casu expressę vel tacitæ subrogationis, verã esse priorem sententiam maxima cum ratione fatentur, eamq; tali distinctione nos libentèr sectamur, nec aliter.

Vndè indubia quamuis ex prædictis reddatur secunda conclusio, quam sustinere promisimus, cum secundum eam semper iudicauerit Sacrum Consilium, quotiès hic casus nostris temporibus accidit; Quinimò etsi pro illa sufficerent responsa supradicta aduersùs Aduersariorum argumenta; Nihilominùs, vt magis eius elucescat veritas.
67 Primò fulcitur ea inexpugnabili ratione, quia nulli dubium est, sed pro absoluto habetur apud nostrates, vt Cõsuetudinum dispositio, ex qua Neapolitanis Ciuibus liberum refrenatur arbitrium disponendi quòad medietatem illorum bonorum, ipsis obuentorum ab agnatis, & cognatis, fauore vocatorũ ab intestato, vigeat solummodò, & locum sibi vendicare possit in vltimis voluntatibus, non autem extendatur in contractibus cessionis, permutationis, donationis, alienationis, & similium, qui fiunt inter viuos, quoties euidens non appareat fraus, neq, costet de dolo, vt docet antesignanus Iuris nostri municipalis Interpres *in d. Consuetud. etsi testator, in verb.disponere n.*5.*& seq.*
68 *fol.mihi* 175.*vers.nunquid ergò*, vbi disputato prius articulo, sic demùm admonet; nàm præfata Consuetudo, cum imponat frænum disponendi tantùm in vltima voluntate, non debet idcircò extendi ad dispositionem inter viuos, vt probat ipsemet *Napodan.* etiam in

antecede.

anteced.Consuetud.si aliquis moriens nu.
32.in consuetud.si qua moriens, in verb.
*relinquere n.6.& 7.fol.*198.& alibi paf-
69 sim cum cæteris *Addentib.* verbũ enim
disponere, vel *relinquere*, ad vltimas tra-
hitur volnntates, *l. 1. §. fin. ff.de tabu.*
exhi. §. si vero quidam ciuibus collat.9.
70 *Auth.de alien. & emphy.* non autem re-
fertur ad contractus inter viuos, *Andr.*
in cap.1.n.9.qualit. olim feud. alien.pot.
Alex.cons.26.n.4.vol.2.Præs. de Fran-
ch.decis.435.n.32.& decis.374. vbi *Ad-*
dent.Farinac.in decis.Rot.Romanæ 877.
71 *cum duabus seqq.* vbi in specie de no-
stris consuetudinibus loquens, ait plu-
ries fuisse decisum, vt non extendantur
in donatione inter viuos, si fraus verò
cesset; prout in simili Statuto Mantua-
no hoc idem affirmat *Surd. in dec. 279.*
n.4. vbi *Consil. Hodiern. n.11. Afflict.*
decis.350.& decis.370.nu.3. Consil.de
Ann.cõs.79. præcipuè *n.16.* & eius *Pater*
in singul.581.P.Molfes. par. 3. ad Con-
suetud. Neapol. quæs.1. vbi perbellè id
explicat, & post *Napod.in d. consuetud.*
& si testator, nu.13. vnà cum omnibus
ferè *Addent.ibid.fol.mihi* 179. quot mo-
dis, & in quibus casibus probari pos-
sit hæc fraus, ex *tex. in l. si probauerit,*
C.si res alt.pig.data sit.l.sed Iulianus,§.
proindè, ff.ad Macedon. l.si ventri circà
fin. ff.de priuileg. cred. cum simil. enixè
perpendit, ac sigillatim annotat, quem-
admodùm nos alibi etiam fusiùs de-
monstrabimus.
72 Et propterea, cũ dici nequeat, quod
bona, quæ à proximioribus agnatis, vel
cognatis obuenerunt, Consuetudinibus
ligentur in vita acquirentis, sed tantũ
sequuta eius morte, siuè habito respe-
ctu ad tempus mortis, & quatenus res
in eodem statu vsq; ad mortem perma-
neant, *l.cum quis 38.ff.de solut.* nam vi-
uente possessore Statutis non subijciũ-
tur, & omninò sunt libera, possuntq; ab
illo ad libitum alienari, vt Consuetu-
dinarij omnes, nemine dempto, cõmu-
nitèr asseuerant; Sequitur quod suprà
retulimus, vt scil. bona quæsita ex pre-
tio, vel permutatione rerum antiquarũ
alicui obuenta, sub consuetudinum cẽ-
sura comprehendi minimè debeant,
qualibet tamen probabili semota frau-
de, quoties huiusmodi permutatio, &
alienatio antiquorum bonorum fuerit
facta per possessorem.
73 Eadem secundo comprobatur con-
clusio, etiam *Napodani* authoritate *in*
præcit. Consuetud. si quis, vel si qua, in
verb. obuenerunt, vers. primo casu, fol.
mihi 137. vbi indubitantèr affirmat,
quod in quæsitis ex causa emptionis,
venditionis, permutationis, vel conuẽ-
tionis, alteriusuè similis contractus ex
linea materna, nõ succedant proximio-
74 res ex parte matris; cum proximior sic
contrahendo dicatur ex opera sua hæc
bona quæsiuisse, ex *l. quæstus, & l. nec*
adiecit, ff pro socio; Vndè acquirens ta-
li casu quò ad bona pdicta meritò dici
debet omninò liber à Cõsuetudinarijs
dogmatibus, ex quò habet illa non cõ-
tẽplatione sanguinis, & lineæ, sed pre-
tij, vel excambij, & sic non titulo lucra-
tiuo, sed ex causa penitùs onerosa, &
iure permutati dominij, prout esset in
casu nostro.
75 Item, quod nec in iudicando, nec in
consulendo vnquam debeamus ab hac
recedere opinione, plurium deniq; ex
nostratibus præsertim, communi sua-
detur placito, qui latiori consideratio-
ne, summoq; studio ante omnes tenue-
runt, ac in materia nostrarum Consue-
tudinum firmitèr substinuere, vt bona
empta, vel commutata cum pretio an-
tiquorum bonorum, haud censeantur
antiqua; Cuius conclusionis victoriam
quamplurimis etiam Sacri Cõsilij de-
cisionibus reportauerunt: prout etiam
dilucidè ostendit *Io: Bapt. Thor.* in la-
boriosissimo suo *compend.decis.Neapol.*
76 *tom.1.verb.bona empta, verb.bona com-*
mutata, fol. 74. & verb.medietas bono-
rum antiquorũ, fol.334. col.1. & meliùs
tom.3.par.1.fol.mihi 118.verb.bona em-
pta ex pecunia col.2. vbi ità nouitèr cõ-
trà decisionem relatam per *Molfes. loc.*
† antè *cit.* in S.C.decisum fuisse testatur,
nempè in causa Aliquorum de Bimon-
te,

te, cum Portia Beltrana, & alijs de
Surgente, ad relationem Reg. Consil.
D.Flaminij de Cōstantino, iunctis duarum aularum Dominis. Et in eodem
† S.C.illa in causa vertente inter Dianā,
& Vincētium Staibano, cum Oeconomis Cappellæ S.M.Gratiarum Casalis
Secunigliani,& pro ea cum Beneficiato illius, cuius fauore fuit prolata decisio die 16. Nouembris 1635. super
libera disponendi facultate Io: Aloysij
Crispo in beneficiū Lauræ Crispo eius
sororis, ex rationibus suprà ponderatis, referente eruditissimo Dom. Consil.Andrea Marchesio, vt patet ex actis
in Banca Sperę,& Cioffi Actuariorum.
77 Fuerunt namq; inter antesignanos
Cōsuetudinistas, qui hanc firmarūt sēntentiam, secundùm quam Dominis de
Sacro Neapolitano Cōsilio pluriès decernere placuit: *Stephan.de Gaiet. in quad. eius addit. ad Consuetud.& si testator, sub verb. disponere*, quæ ad præsens reperitur in *Consuetud. si aliquis
moriens*, & incipit: *Pone, quod ex pecunia*, vt *ibid.* refert *Nicol. Mariconda
fol.mihi* 162. quos sequitur *Capyc. decis.*194.vbi *Addent.sub n.*18.inquiens,
ità fuisse iudicatum, & *in addit. ad d.
Consuetud.si aliquis moriens, in apostill.
incipien.quid autem si vendidit. Præs.de
Franch. in ead. consuetud.* proximè cit.
Consil.de Rubeis in suis addit. in fin.consuetud. fol. 3. *à terg. in addit. incipien.*
78 *Sed pone*. Et omnes ea præcipua mouentur ratione, quia Cōsuetudines loquuntur in vero,& limitato casu, nimirum in bonis ántiquis, ergò non debent extendi ad casum fictum; ex quò
fictione iuris pretium dicitur succedere loco rei, ex *tex.in l.*3.*§.hac verba,ff.*
79 *de negot. gest.* vndè dici nec etiam potest, quod ex fictione iuris res empta
ex pecunia rei antiquæ, succedat loco
illius; nàm, licèt pretium loco rei succedat, res tamen non succedit loco pretij, vt scripserunt suprà cit. DD. quibus additur *Menoch. .cons.* 213. *col.* 2.
80 Ideoq; bona si fuerint empta ab agnatis, & cognatis, quòad emptorem dicuntur penitùs moderna, quamuis pretium ipsi emptori obuenerit ex fructi-
81 bus bonorum antiquorū; Vsuræ enim,
& fructus non ex bonis, sed propter
bona debentur, *Bart. in l. quod procurator, ff. de procurat.* vbi *Addent.* & *in
l. stipulatio ista, §.si stipulor, ff. de verb.
obligat.* vbi *Alex.n.*13.*Andr.in cap.quāquam de vsur. in* 6. *Napodan. in sepè
alleg. consuetud. si aliquis moriens, verb.
obueniētibus n.*16.*P.Molfes. d.par.*2.*tit.*
82 *de bonis quæst.* 14. *in princ.* Imò res si
conuertatur in aliam, attenditur natura rei, in qua fit conuersio, non rei, quę
conuertitur, vt ex *l.diuortio, ff.de negot.
gest. l. cum in fundo, §. si fundus, ff. de
iur.dot.*& alijs docet *Iacob.Cancer.var.
resol.tom.*3.*cap.*21.*n.* 203. & confirmatur ex *tex. in l. venditor ex hæreditate,*
83 *ff.de hæred.vel act. vend.* vbi exprefsè
sancitur, vt pretium serui venditi non
ex ipsa re, sed propter negotium, siuè
negotiationem percipiatur, & proindè
non veniat in petitione hæreditatis, cuius *tex.* ad hoc propositum meminit
etiam *Capyc.d.decis.*194.*sub n.*16.
84 Inter recētiores verò idem tueri videntur *Dom.Reg.de Pont. in* suo aureo
tract. de potest. Proreg. tit. 9. *de success.
mulier.à n.*17. *vsq; ad n.*22. *Vrsill. in
addit. ad decis.* 369. *Afflict. num.*
10. *Rice. in addit. ad decis.* 374. *Dom.
Præs.de Franch.versic. & hæc medietas,
Montan.contr.*8.*sub nu.*8. *versic. fuitq;
decisum, Gallupp. in eius praxi S.C.par.*
3.*c.*2. *n.*27. *in* 3. *impressione*; Et magistralitèr post prædictos Authores, quod
bona commutata cum rebus, nostris
85 Consuetudinibus subiectis, vel ex illarum pretio empta, absq; vlla tamen
fraude, minimè subrogentur loco ipsarum, etsi ab agnatis peruenissent, strenuè fundant eruditissimus *Dom. Præs.
Merlin. d.contr.*90.*tom.*2.vbi oppositis
omnibus per *Molfes.* more solito magistraliter respondet, & *Domin. Præs.
Amat.* vir quidem perspicacis ingenij,
& sua tempestate I. C. eximius in eius
*consil.*47.*per tot.* vbi sic de recenti per
Sacrum Consilium iunctis Regijs Cō-
si-

filiarijs duarũ Aularum decisum fuisse, tradit, in causa D. Aloysij Capicij Artaldi Minutoli eius Cliẽtis, cum proximioribus ex laterematerno, à quo bona, de quibus agebatur, erant obuenta: quam decisionem etiã refert *Thor. tom. 1. sui compend. decis. verb. Bona fol.* 74.

Ex quibus igitur eredo, ab omnibus modò intrepidè sustinendum fore, vt nõ debeatur consuetudinaria medictas agnatis, & cognatis de re empta, vel absq; dolo permutata cum bonis antiquis, nisi id expressè, vel tacitè per contrahentes cautum sit; nè dùm propter plurium rationum pondus; sed ex isto tàm magno Iurisconsultorum calculo, & ob rerum iudicatarum vim, & efficaciam, hoc ampliùs nõ esse in Contro- 86 uersiam redigendum, cum pluries inueniatur decisum, *l. minimè sunt immutanda, quę interpretationem certam semper habuerũt, ff. de legib.* prout hactenùs euidentèr ostendere, censui pro hac negatiua opinione, quæ cum veris, solidisq; Iuris nitatur principijs, est cõsultò amplectenda, non obstante affirmatiua *Molfesij*, & sequacium sententia, tanquã omni authoritate destituta, & per nostrates omninò reiecta.

Ità ob metam veritatis tutelã prius scripseram; Et hæc eadem Iura postmodum in causa allegaui, quam quatuor ab hinc annis habui cum Magnif. Horatio Grasso actore, cuius vana prętẽsio ad præsẽs perpetuo videtur prorsùs sopita silentio.

CONTROVERSIA XXX.

Nũm Annui redditus, & quando comprehendantur sub Neapolitanarum Consuetudinum dogmate?

SVMMARIVM.

1 *Redditus, siuè annui introitus, venditi Neapolitano Ciui super bonis immobilibus, sitis extrà districtum Neapolis, sed in hac Ciuitate illorum solutione promissa, de propria debitoris pecunia, etiam in casu reemptionis: nùm iudicentur vt alia bona sita in districtu; sicq; nostris Consuetudinibus subijciantur?*

Quæstionis discussio incipit à n. 16.

Et in proposito articulo duæ adsũt opiniones, valdè tamen inter se contrarię, vt ostenditur à n. 19. *cum seqq.*

Nàm aliqui negatiuam sectantur opinionem, vt cernitur à n. 20. 30. *&* 31. *vbi ad propositum fertur decisio* S. C. *in causa* Aliquorum de Gesualdo.

E contrà verò nonnulli affirmatiuam tuentur sententiam, vt à n. 32. *&* 36. *vbi ità pluriès hic, & alibi fuisse decisum, legitur, n.* 38. *& seqq.*

Sed Authot *pro hac secunda opinione, tanquam veriori concludit, aduersùs ea, quæ præsupposuit* Montanus, *cuius argumentis pro viribus respondere conatur à n.* 42. *vsq; ad fin.*

Et tandèm decisio in contrarium allata d. n. 31. *declaratur n.* 56.

2 *Consuetudines Neapolis locum habent in annuis introitibus, quando res, super qua sunt impositi extat in districtu. Secùs verò si sint impositi super re extrà districtum existente vt n.* 3. *&* 4.

5 *Introitus annui constitui non possunt, nisi super bonis stabilibus.*

6 Bulla Nicolai V. *Pontificis recepta est pro lege in hoc Regno.*

7 *Annuus census non potest excedere decimam partem pretij capitalis.*

8 *Censuum vẽditio, àn pretij effectualem numerationem requirat, vel satis sit, si venditor eandem debeat quantitatem ex alia causa?*

9 *Obligatio realis, & personalis requiritur in censuali contractu pro emptoris hypotheca.*

10 *Exequutio non solum personalis, donèc res specialitèr obligata pro censu fue-*

rit penès debitorem, vel eius hæredes, sed etiam realis contrà tertium possessorem istius rei, vt suprà obligatæ, principali debitore non discusso, datur creditori per Regni prag. 1. de censib. *& n. 11.*

12 *Census dicitur à censendo, scilicèt æstimando.*

Et eius origo describitur n. 13.

14 *Census dicitur ius percipiendi aliquam certam quantitatem ex re, cui adhæret.*

15 *Annui redditus qualitèr constituantur pro maiori emptoris cautela.*

17 *Censualis contractus non fuit cognitus apud Iurisconsultos* ff. *&* Cod.

18 *Creditor annui census, empti super re stabili, habet electionem, vel agēdi via executiua contrà venditorem, vel actione reali cōtrà tertium possessorē, tùm vigore* Ritus M. C. V. *quàm* pragm. Regni.

21 *Quod potest duplici loco attribui, de eo loco iudicari debet, vbi concurrit potentior ratio.*

22 *Locus rei sitæ, àn destinatæ solutionis potentior sit; & quis attendi debeat? n. 25. 28. sed meliùs n. 43. & 44.*

23 *Introitus venditi super re immobili, àn sint pars ipsius rei specialiter obligatæ? & n. 47.*

24 *Locus rei sitæ est qualitas naturalis, electio autem loci destinatæ solutionis prouenit ex partium conuentione.*

25 *Qualitas naturalis magis præualet, quàm quæ accidit ex conuentione.*

26 *Bona per nostras Consuetudines considerantur ad effectum successionis.*

27 *Id, quod principalitèr fit, non quod accessoriè, in contractibus attenditur.*

28 *Locus destinatæ solutionis rem non circumscribit, nec consideratur ad finem quærendi ius potiùs vni, quàm alteri, & n. 52.*

Debitorum nomina, quamuis non circumscribantur, censentur tamèn esse in loco destinatæ exactionis.

30 Montani, *& sequaciū opinio fuit, quod introitus annui reputari deberent, vt bona extrà districtum, etiam si illorū solutio esset in hac Ciuitate promissa de propria debitoris pecunia, etiam in casu reemptionis.*

Sed omninò reijcitur; Et contrariū sustinetur, vt n. 32. 43. & 44.

33 *Redditus annui constituunt quoddam immobile abstractum, & separatum de per se; Idcircò dicuntur esse de loco, in quo est destinata eorum solutio, & vbi debitor actione personali conueniri potest, & n. 35. vbi ità Romæ decisum etiam traditur.*

34 *Locus, non rei specialitèr hypothecatæ, sed psonalis obligationis attēdi debet.*

37 Dom. Consil. Prouenz. Ant. de Alex. *Alijq; commendantur.*

39 *Res pertinet ad curatorem, qui administrat in loco, vbi est destinata solutio, datis pluribus curatoribus.*

40 *Debitum contractum in Italia, & soluendum in Italia annumeratur bonis italicis; contractum verò, & soluendū in Anglia, bonis Anglicis ānumeratur. Idemq; comprobatur n. 41.*

45 *Persona semper est dignior re.*

46 *Maius dignum trahit ad se minus dignum.*

48 *Venditiones annuorum introituum super re immobili, cum pacto de retrouendendo, & promissione solutionis de propria venditoris pecunia, totum eius patrimonium respiciunt.*

49 *Debitoris hæredes tenentur pro rata hæreditariorum bonorum ad solutionem annuorum introituum, licèt ex illis nonnulla sint antiqua.*

Quod etiam est dicendum quòad introitus venditos super feudo indiuisibili, vt scilicèt non tantùm teneatur primogenitus, vel alius successor in feudalibus, sed etiam hæres in burgensaticis, vt n. 51.

50 *Obligatio simplicitèr personalis eadem est in debitore, quàm in eius hæredibus.*

52 *Pactum soluendi de propria debitoris pecunia in venditionibus annuorum introituum solet apponi, nō tantùm pro faciliori exactione, sed ad maiorē emptoris cautelam.*

53.

53 *Perempta re censuaria: àn adhùc debeatur census?*
54 *Obligatio ad solutionẽ annui redditus, præcipua est personalis, & res censui obnoxia accessoriè se habet.*
55 *Creditor rei censuariæ, illius possessionẽ, nec etiam quoad fructus habere potest.*
57 *Opinio illa, quod locus destinatæ solutionis attendi debeat, procedit præcipuè, quãdò vltra prædictæ solutionis destinationem, cõtractus reperiatur eodem loco celebratus.*
58 *Stylus, & iudicandi consuetudo inducitur ex pluriès decisis in eodem articulo.*
59 *Contractus intelligitur celebratus non in loco vbi est factus, sed in quo est soluenda pecunia, & sic vbi est destinata exactio.*

ARGVMENTVM.

Subtilissima cum sanè sit quæstio: Si scilicèt annui redditus includantur sub speciali dispositione municipalium sanctionum huius Ciuitatis, quòad illorum successionẽ, tàm ab intestato, quàm ex testamento, quotiès reperiuntur venditi super rebus stabilibus, extrà districtum sitis, hic tamen promissa per venditorem solutione de propria eius pecunia, etiã in casu reemptionis ex cõsueto pacto de retrouendendo.

Latè ideircò perpenditur, vnaq; simul ad partes discutitur, nec non indubitantèr fundatur, nostram Consuetudinariæ successionis normam locum sibi vendicare, etiam in præfatis introitibus, ità emptis, ac venditis; præsertim, cùm vltrà prædictam solutionis distinationem, Neapoli etiam huiusmodi cõtractus sint celebrati.

Et quamuis *Horat. Montan.* vnà simul cum *Dom. Reg. Rouit.* tales redditus nullatenùs iudicari posse, vti bona sita in districtu, vbi fuit eorum destinata solutio, varijs argumentis probare conetur. Nihilominùs contraria Aliorum sentẽtia, qui huius thesis occasione pluribus Sacri Consilij decisionibus victoriam ostentant, quorumuè vestigia sectatur *Author*, affirmatiuam ipsorum, tamquàm veriorem (reiectis Aduersariorum placitis) amplectens opinionem, claro fulget lumine, eamq; nũc obseruari communitèr in Forensi Palestra, ostenditur.

Verùm antè omnia *Bullarũ Nicolai, & Pij V.* explicatis Constitutionibus, censuum origo laconicè dilucidatur.



Etrò nonnulla generalitèr exharauimus circà bona, quæ intrà huius Ciuitatis districtum existentia, nostratum Consuetudinum dispositioni per consequens subiecta dicuntur, ex *vulg. tex. in Proœm. Consuetud. §. per quod* vbi omnes *Addent.*
1 post *Napodani gloss.* idem communiter asseuerant. Modò congruum hìc erit, prosequi eandem materiam quòad cæteras res quodãmodò speciales, & præsertim discutere: si redditus annui, qui reperiuntur impositi super re stabili, sita verò extrà districtũ Neapolis, cõprehendantur sub istius Iuris municipalis censura, quotiès emptionis, & venditionis contractus fuisset celebratus in hac Ciuitate, hicq; paritèr promissa, & destinata illorum solutione, de propria venditoris pecunia, etiam in casu reẽptionis, iuxtà pactum de retrouendẽdo, seruata forma Bullæ Apostolicę, in huiusmodi contractu apponi consuetum.
2 Ad cuius thesis discussionem principalitèr deueniendo, est dubio-procul

afferẽdum, tunc tantùm venire annuos
istos introitus appellatione bonorum,
de quibus loquuti fuerunt Consuetu-
dinum Conditores, quotiès constituti,
& impositi sunt sub re immobili, sita
tamen intrà huius Vrbis districtum;
3 Secùs verò si reperiantur positi super
bonis alijs stabilibus extrà districtum
existentibus; tunc enim non compre-
hẽdi tales redditus sub dispositione cu-
iuslibet Consuetudinis, tàm ab intestato,
quàm ex testamento loquentis, no-
strarum authoritate pro absoluto ani-
maduertitur.
4 Ità in vtroq; casu ratiocinantur, ac
pluriès decisum testantur, *Dom. Praes. de Franc.decis.392.Consil. de Ann.cons. 92.n.50.vol.2.*post *Alex.in cõs.16.vol.1.*
quem refert,& sequitur *Ant.de Alex.in Consuet.si aliquis moriens in addit.incip. Nota,quod potest accidere.fol. mihi 162.*
vbi *Anell. de Bott.* idem bis etiam sic
iudicatum tradit in Sacro Consilio *P. Molfes.par.2.sui comment. tit. de bonis, quaest.12.sub n.1. Consil. Prouenzal.obser.17.ad Consuet.si quis, vel si qua,* &
D.R.de Marin. resol.70.à n.32.
5 Et ratio potissima,qua videntur no-
strates vnanimitèr hac distinctione vti,
assignatur,quia redditus annui constitui
non possunt hodiè,nisi super bonis im-
6 mobilibus,vt sancitur ex *Bulla* fęlicis-
simæ recordationis *Nicolai V.*Põtificis,
in hoc Regno pro lege recepta, vt ha-
betur in *prag.*1.vbi ad verbum inserta
7 reperitur,*sub tit.de cẽsib.* qua etiam sta-
tuitur,annuum censum non posse ex-
cedere decimam partem pretij,sed tan-
tùm constitui debeat infrà summam
ducatorum decem pro quolibet cente-
nario,vt latiùs comprobat, post *Couar. lib.3.var.resol.cap.7.Facchin.lib.2. cõtr. iur.cap.43.& Azor.tom.3.moral.lib.10. tit.de censib.cap.21.*alios cumulans *D. Reg.Rouit.in d. prag. 1.* vbi in terminis
8 eiusdem Bullæ,*n.8.*asserit,quod in pręfata
venditione annuorum introituum,
sufficit,vt venditor ex alia causa sit de-
bitor in ea summa, super qua census
constituitur, nec requiri, vt alibi ser-
uatur,iuxtà disposita in alia *Bulla* im-
mortalis memoriæ *Pij V.vers.rursum nisi verè,&c.*effectualem scilicèt pretij
numerationẽ,idemq;docet ex *tex.in l.*
9 *si ex pretio,C.si cert.pet.* cum alijs com-
munitèr,sicuti requiritur in tali cõtra-
ctu ista realis, & personalis etiam ven-
ditoris obligatio,siuè specialis empto-
ris hypotheca, secũdùm dispositionem
dictę pragm. qua non solum censuales
10 contractus, tanquàm res iudicatæ,pa-
ratam habẽt exequutionem cõtra per-
sonas,res,& bona illorum, qui censua-
lia huiusmodi vendiderunt, nec non
eorum fideiussorum, hæredum, &
vniuersalium successorum, donèc res
specialitèr obligata fuerit penès ipsos;
11 Sed etiã permittitur realis exequutio
contrà tertios possessores istius rei spe-
cialitèr obligatæ pro censu,absq; vlla
principalis debitoris bonorum discus-
sione; quemadmodùm etiam de iure
communi procedit, vt notat *Bellug. in specul.Princip.tit.de mat.cẽsual. rub.41. §.leges Regni,n.11. vers.meritò ergò*, &
latiùs *Couarr.d.lib.3.var.cap.7. num.6. Gamm.decis.Lusit. 13. & 145. Guttier. cons.49.Roderic.de ann.redit.lib.2.quest. 9.n.48.vers.sed cum hypothecaria*, cum
cæteris communitèr,ex *l. distractis, C. de pignor.*
12 Ideircò census, qui re vera dicitur à
censendo,scilicèt ęstimãdo, vt ait *Mol. disp. 381.n.1.* & voluit *Cenc. de censib. par.1.quest.3.art.1.*Nàm erat prius ali-
quod tributum, soluendum à Ciuibus
iuxtà valorem bonorum, *l. vitia l. per discursum,l.forma ff.de censib.l.1. & 3. C. eod. tit. lib. 11.*ortumq; habuit,vel à
13 Iustiniano, teste *Anchar. cons. 30.*velà
Seruio Tullo Romanorum Rege, qui
primus induxit patrimonij æstimatio-
nem,vt ex *Liuio lib. 1.* tradit *Couarr.d. cap.7.3.var.*quem sequitur *D.Verd.in eius mater.de censib. lib. 3.instit.*vocari
14 quidem debet Ius rei cohærens,perci-
piendi aliquam certam quantitatem
ex ipsa re vtili,seù frugifera, cui adhæ-
ret;vt testantur antè alios *Sotus 6. de iust.quaest.5.art.1.Couar.loc.cit.in princ.*

Gabr.

Gabr.conf. 148.*n.*1.*vol.*2.*Gom. ad l.*68. *Tauri n.*2.*Viu.decis.*369.*n.* 11.*Cenc.de censib.par.*1.*quæst.*3.*art.*1.& *Thesaur.filius in add.ad decis.*239.Quod eatenus est verum, quia ex *d. Bulla Pij V.*fuit
15 dispositum,vt nec sufficiat vēditio annui census generalitèr super omnibus bonis immobilibus debitoris, sed fieri debeat specialitèr sub certo corpore rei stabilis,vt legitur in *præcit.Bulla*, ædita anno 1568.quam inseruit in suo manuali *Nouar.* & propriè in *cap.* 17. *sub.n.*235.Idq;etiam in praxi seruatur: nàm in quolibet censuali contractu vt plurimùm constituitur census super aliquo certo corpore immobili, & in defectū illius,ac ad maiorem emptoris cautelam, super omnibus alijs bonis debitoris,vt eunctis notum est.
16 Verùm his ità positis, ac breuitèr discussis,ad principalem huiusControuersiæ articulum rediēs,scilicèt:àn redditus annui existimari debeant nostris Consuetudinibus subiecti, quamuis reperiãtur impositi super rebus extrà districtū existētibus,si solutio fit hic promissa de propria vēdentis pecunia, etiā in casu reemptionis; cùm in huiusmodi venditione annuorum introituum super re immobili cum pacto de retro-
17 uendendo, ad formam Bullæ (nàm hic contractus non fuit cognitus apud Iurisconsultos Digestorum,& Codicis, vt fatetur *Molin.disp.*383.*n.*8.) semper apponatur hoc pactum de stylo Notatiorum, nempè vt venditor annui census super re stabili, promittat quoq; de sua propria pecunia soluere emptori, seù creditori prædictam annuam pecuniam singulis quatuor mensibus, vel in fine anni; ex quo pacto idem creditor, &
18 emptor istius annui census habet electionem, vel agendi actione personali, seruata forma Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ contrà debitorem, siuè venditorem pro satisfactione debitæ annualis pecuniæ; vel agere, vt diximus, actione reali aduersùs possessorem illius rei specialitèr hypothecatæ, pro conseeutione annui redditus,sibi venditi super eadem re, vigore *d.Pragm.*1.*de censib.* Videndum est ergò, quòad eorū successionē, attenta dispositione Consuetudinum Neapolis, de quo loco iudicentur isti annui reditus, videlicèt de loco illius rei alibi sitæ, an verò de loco actionis personalis contrà debitorem, ration destinatæ solutionis in hac Ciuitate, in qua promissa fieri debet exactio?
19 Et quidèm non paruã,inuenio,quod apud nostros Consuetudinistas viget in hoc difficultas; quinimò magna mihi videtur adesse contentio, quòad illorū opiniones, inter se discrepantes non parùm. Aliqui enim negatiuàm omninò tuentur sententiam; nonnulli verò, tàm ex recentioribus, quàm antiquis Authoribus affirmatiuam esse veriorē, & valdè receptam in Sacro Consilio, euidentèr probare conantur. At quia dissentionis ratio pendet,simulq; trahit originē à potentia pacti solutionis destinatæ,ac de propria debitoris pecunia promissæ annuatim in Ciuitate, seù districtu Neapolis; & ità etiam in casu reemptionis, vt finximus; Eapropter considerèmus oportet, si propositi pacti effectus, ac vis, vni, vel alteri scribentium parti rectiùs faueat,vel potiùs aduersetur, vt liquidiùs nostrum in re præsenti explicemus placitum.
20 Putarunt nàmq; ex vna parte negatiuam sectantes opinionem, quod promissio ista, ac destinatio solutionis, etiā de propria venditoris pecunia in hac Ciuitate,non possit efficere, quin redditus cōstituti super bonis immobilibus, extrà districtum sitis, non sint prorsùs liberi à Consuetudinum censura, sed semper vniformitèr esse censendum,nō subiacere illarum dispositioni. Primò quia attendi debet locus specialis rei, super qua fuit facta venditio annuorū reddituum, ex theorica *Socc.in cōs.* 101.
21 *n.*6.*vers.secundò quià, vol.*1.hac nimirùm ratione, quia cùm aliquid attribui potest duplici loco, debet attribui, & iudicari de loco, vbi concurrit potentior ratio, *argum. l.quæritur, ff. de statu homin.*Sed in vēditione annui redditus super

ſuper re immobili,ſita extrà diſtrictum
Neapolis, cum promiſſione ſolutionis
de propria pecunia in dicta Ciuitate,
potentior eſt locus rei ſitæ, quàm lo-
22 cus deſtinatæ ſolutionis; Ergò in an-
nuis redditibus,venditis ſuper re extrà
diſtrictum exiſtenti, non locus ſolutio-
nis promiſſæ, ſed locus rei ſitæ attendi
debet; quia introitus venditi ſuper im-
mobilibus, ſiuè iura prædictæ annuæ
penſionis,ſemper censētur eſſe vbi ſunt
23 bona principalitèr obligata, cùm pars
illorum ſint, vt ex *Roder. de ann. redit.*
• *lib.2.quæſt.9.n.8.in fin. Azeued. Gabr.*
Parlador. & alijs docet *D. Reg. Rouit.*
in prag.1.de iur. & exact. fiſcal. ſub n.
80. cuius aſſecla eſt *Montan. contr.* 8.
*ſub n.*7.qui pro hac opinione ità arguit
24 *ibid.* ſubiungens etiam,quod locus rei
ſitæ eſt qualitas naturalis, electio autē
loci deſtinatæ ſolutionis prouenit ex
partium conuentione, nec à natura ip-
ſius rei; Et quia magis præualet quali-
tas naturalis,quàm quæ accidit ex par-
tiũ cōuentione,locus idcircò rēi ſitæ eſt
25 attendendus,ad finem liberandi dictos
redditus à Cōſuetudinum diſpoſitione;
eo fortiùs quia bona conſiderantur ad
26 hunc effectum ſucceſſionis Conſuetu-
dinariæ, in qua agitur tantùm, in quo
loco exiſtat res defuncti; Cùmq; reddi-
tus annui ſuper re immobili ſint pars
illius rei, vt diximus, & docuerũt *Ga-*
br.in.7.ſent.lib.4.cap.15. diſt.15. quæſt.
2.Couarr.lib.2.var.cap.7. col.7. & *Hie-*
ron.Gabriel.conſ. 141.ſub n.1.vol.2. Se-
quitur igitur, quod nullatenùs poſſint
conſiderari de diſtrictu Neapolis, ad
hoc vt proximiores agnati, & cognati
ſuccedant in eis, ſeruata norma Con-
ſuetudinis.
27 Secundò, quia generalitèr loquen-
do, certum eſt,quod in omni contractu
attenditur id,quod principalitèr fit,non
autem acceſſoriè,*l.ſi quis nec cauſam,*
ff.de condit.indeb. Sed in contractu vē-
ditionis annuorum introituum princi-
palitèr fit venditio ſuper re ſtabili, &
acceſſoriè apponitur pactum ſoluendi
de propria pecunia, pro faciliori nimi-
rum exactione; idcircò principalitèr
28 debet attendi locus ipſius rei obliga-
tæ, & non ſolutionis deſtinatæ locus,
qui certam rem ſtabilem non circum-
ſcribit,nèc conſideratur ad finem quę-
rendi ius potiùs vni, quam alteri, ex
tex.in l.Titium,& Mæuium 48.§.tuto-
res, ff.de admin. tutor. prout dicendum
29 erit infrà *Cōtr.33.* de nominibus debi-
torum,quæ licèt loco non circumſcri-
bantur, ſicut aliæ res ſtabiles, cenſen-
tur tamen eſſe in loco deſtinatæ ſolu-
tionis,quia certum corpus ſtabile non
habent;& ſic eadem regula in illis data
per DD. non eſt admittenda reſpectù
annuorum introituum, qui ſub reali
corpore conſtituuntur.
30 Et ſic *Mont.in d.contr.*8. eius expri-
mit intellectum,ſectans opinionem *D.*
Conſil.de Ann.in conſ. 45.*n.*78. qui ex-
indè contrarium firmat in *conſil.* 92.*n.*
50.*vol.*2.& *Dom.Reg.Rouit.in d.prag.1.*
de iur.& exact.fiſcal.ſub. cit.n. 80.vbi
ad hoc allegat *Virg.Boccat.* in proprijs
terminis loquētē: ſcilicèt hos introitus
reputari vt bona extrà diſtrictum, etiā
ſi illorum ſolutio ſit in Ciuitate pro-
miſſa,vnà cum reſtitutione pretij tem-
pore reemptionis,in ſuo *tract.de cenſib.*
par.1.n.98. Et ità teſtatur idem *R.Rouit.*
31 fuiſſe punctualitèr iudicatum in Sacro
Conſilio,& confirmatam ſententiam
per Collaterale Conſil.in eadem cauſa
† vertente inter Antonium Mariam, &
Fratres de Geſualdo ex vna:& Duciſ-
ſam Grauinæ, & Iſabellam Ferrellam
filias Comitis Muri ex altera parte,cir-
cà introitus emptos ſuper gabella Mo-
læ,cum promiſſione illos ſoluendi etiā
de proprià pecunia in Ciuitate Nea-
polis, & reſtitutionis pretij in eadem
Ciuitate tempore reemptionis, cęle-
brato ibidèm contractu inter Lucretiā
Ferrellam, de cuius ſucceſſione ageba-
tur,& prædictam Vniuerſitatem Molę;
in qua cauſa fuit bis deciſum, introitus
prædictos eſſe extrà diſtrictum, & ideò
in illis non habere locum Neapolita-
nas Conſuetudines, licet contrarium
in hac cauſa ſcripſiſſet *D. Conſil. Mi-*
nad.

*nad.*vt patet ex eius *cõs.*12. vbi varias,
more solito,solidissimas iuris pondera-
uit rationes.
32 Ex aduersò autem,his non obstanti-
bus,affirmatiuam , ac probabiliorem
substinentes sententiã,quęq;mihi magis
arridet,& veritati nimis consona vide-
tur:scilicèt annuos introitus emptos à
Ciue Neapolitano, etsi super rebus
stabilibus,extrà districtum existẽtibus,
censendos esse,vti res sitas in Ciuitate,
& propterea ligari Cõsuetudinibus lo-
ci,vbi fuit illorum destinata solutio de
33 propria venditoris pecunia, etiam in
casu reemptionis:mouentur,quia annui
redditus isti constituunt quoddam im-
mobile abstractum,& separatum de per
se,sicq; dicuntur esse de loco,in quo est
destinata eorum solutio;imò existimá-
34 tur cohærere illi loco,vbi ipsorum de-
bitor conueniri potest; igitur non de-
bet attendi locus rei specialitèr hypo-
thecatæ,sed personalis obligatio,vt in
specie concludit *Aretin.consil.*10.quem
sequitur, subtilitatum Principem eum
vocans, *Cassan. ad Consuetud. Burg.*
rub.2.tit.de confiscat.§. 1.à n. 18. vsq.
ad n.24.vers.& primò videtur dicendũ.
35 Et istorum authoritate sic decisum te-
statur Romæ anno 1571. *Gratian. di-*
scept.for.c.29.sub n.2. vbi *D. de Luc. in*
*obser.n.*8.qua decisione Sacra illa Rota
† coràm R.P.D.Ordinario decreuit,cen-
sus constitutos super certis bonis im-
mobilibus Vrbis veteris,& Vallis Mõ-
toni esse iudicandos de bonis existen-
tibus Romæ,ex quo ibidem fuerunt ce-
lebrati contractus dictorum censuum,
& in eodem loco fuit destinata solutio.
36 Rursùs,quod huiusmodi redditus cõ-
prehendantur sub censura Consuetu-
dinum huius Ciuitatis,vbi est facienda
solutio, sæpiùs decisum reperitur; Ità
enim iudicarunt *Anton.de Alex.* & *D.*
Marcellus Gazella,viri quidem clarissi-
† mi,in causa mota inter filios quondàm
Cæsaris Pignatelli,super testamento Si-
gismũdi Pignatelli, vt refert ipse *Alex.*
in Consuetud.si aliquis moriens, de suc-
cess.ex testam.in. d.eius apostill. incipien.
Nota, quod potest accidere, versic. quid
autem fol.mihi 162.Idemq;tèr fuisse per
S.C.iudicatum suis temporibus tradit
D.Præs.de Franch. d. decis. 93. 159.&
280. quas decisiones etiã referunt *Cõ-*
sil.de Bott.in dicta Consuetud. apost. se-
*quen.*quæ incipit, Secundùm hanc opi-
nionem,*Molfes.d. quæst.*12.*sui commẽt.*
*sub tit.de bonis n.*11.*Lel. Caput. in præ-*
37 *lud.Consuetud.Neapol.§. 6. de bonis n.*
11.*D.Consil.Prouenzal.*vir sanè grauis-
simus,ac in nostro iure municipali ver-
satus *d. obseruat.* 17.*ad Consuetud. si*
*quis,vel si qua per tot.*vbi perbellè quę-
stionem examinat, & cum hac residet
opinione, *D. Reg. Galeot. lib. 2. contr.*
22.*n.*43.*circà fin.D.Præs.Amat.cõs.*77.
*D.Reg.de Marin.resol.iur.d.cap.*70.*sub.*
*n.*32.*D.Consil.Hodiern.in addit. ad de-*
*cis.*204.*Surd.n.*3.*D. Verd. lib.*3. *instit.*
tit.de censib. n. 2186. & idem *D.Consil.*
*de Ann.*sibi contrarius in *consil.* 92.*nu.*
50.*lib.*2.vbi ãnnos redditus iudicari si-
tos in districtu Neap. ratione destinatæ
solutionis in dicta Ciuitate finnitèr de-
cernit.
38 Sed vltrà prædictos Parthenopęos
Authores,hoc pro absoluto procedere,
ex traditis per *Cassan.Arett.*& *Gratian.*
vbi suprà contrà *Felician.lib.2. de cẽsib.*
cap. fin. n. 2. Carocc. decis. 103. *n.*16.
Morl.de contrahend.empt.& vendit.tit.
9.*quęst.*1.*n.*56.*Parlador.rer.quotid.lib.*
1.*cap.*3.*à n.*13. *Gabr.cons.*141.*n.*15.*lib.*
2.*Roderic.lib.*1.*de ann.reddit.quæst.*3.*n.*
8.& præsertim *Boccat.in suo tract. de*
*cẽsib.par.*2.*n.*49. cũ alijs asseuerat *Cenc.*
de censib.quæst. 1.*in fin.*vbi alias similes
decisiones aduersùs istorum opinionẽ
congerit;quod reditus nimirùm cẽsua-
les censeantur de loco destinatæ solu-
tionis, post *Peregrinum de iur. fisci lib.*
5.*tit.*1.*n.*142.idem sũbstinentẽ, *Alex.*
cons. 16.*sub.n.*2.*circà fin.*qui mouetur
ex *tex.in l.quæro,àn curatoribus* 100.*ff.*
39 *de solut.* vbi deciditur, datis pluribus
curatoribus in Italia scilicèt,& in Pro-
uincia,rem spectare ad eos,qui admini-
strant in loco, vbi est destinata solutio;
Solis.de censib.lib.2.cap.fin.n.2.& *Lapu.*
al-

*alleg.*91.*sub n.*8. vbi nōnullorū placito, quos tradit *Mendos.in.addit.lit.S.&T.* docuit, quod debitum contractum in
40 Italia, & soluendum ibidèm, bonis Italicis annumeratur: contractum verò, & soluēdum in Anglia, annumeratur bonis Anglieis; Quem ferè omnes DD. allegati, communitèr sequuntur.

41 Hinc ergò deducitur tandèm, quod debirum Neapoli contractum, cuius solutio fuit in Ciuitate, siuè eius districtu destinata, annumerari etiam debeat in bonis Neapolitanis, & per cōsequēs cēseri subiectū nostris Cōsuetudinibus, vt apertissimè cōprobatur ex *tex in l.ex facto*.35.*ff. de hered. instit. in* §. *rerum autem in fin.* quo vritur etiam *Proucnzal.loc.cit.sub n.*17.

42 Tamen, cùm ex præfatis non sim adhuc totalis satisfationis compos; mea ideireò, hærendo huic secundæ opinioni, non solùm plurium Iurisconsultorū authoritate, sed, & varijs Sacri Consil. & Rotæ Rom. decisionibus munitæ, Aduersariorum oppositionibus respondere, nùnc interest; anuè illorum argumenta, quæ primo loco ponderauimus, subsistentiam aliquam habere possint, ostendamus superest.

43 Et quod non obsint contraria; & primò quoad primum argumentum *Horat. Mōtani sub n.*7. clarè patet: nàm quamuis dicatur transeat maior propositio, minor verò, in qua tota cōsistit vis argumēti, scilicèt, in annuis redditibus, quorum solutio fuit hic Neapoli, etiam in casu reemptionis de propria pecunia per debitorem promissa, quod attēdatur locus rei sitæ, non autem istius destinatæ solutionis, nullo iure municipali substineri potest, quinimò expressè reprobatur, vt docent nostrates ex *Lap. in d.allegat.*91.

44 Vndè nō valet dicere, potētiorē esse locum rei sitæ, quàm non est locus destinatæ solutionis, sicq; personalis actionis, vt asserit *Montan. d.num.* 7.

45 nàm sciunt etiam stulti, & amentes, quod persona est dignior re, & consequenter trahit ad se rem, ex nimis vulgata regula *tex.in l.generalis,ff.de adopt.cap.quod in dubijs,de consecrat. Eccl. vel Altar.l.quæ religiosis, ff.de rei vend.* cum alijs congestis per *Barbos. in eius opusc. princ. iur. lit. D. nu.* 27. ex qui-
46 bus habetur, quod maius dignum trahit ad se minus dignum; Igitur debitum ratione census erit veluti ius personale, competens creditoris personæ in loco, vbi est destinata solutio, seu contracta obligatio personalis.

47 Nec nostræ opinioni aduersantur etiam dicta per *Montan.eod. loc.* nempè quod annui redditus sint pars rei, super qua venduntur; nàm id verum non esse cernitur ex his, quæ scripsit *D.Præs. de Franch.in d.decis.*159.*n.*4.*&* 280.*nu.*2. vbi habetur, argumentum prædictum damnatum fuisse per Sacrum Consiliū, vt notant *Caput.loc.cit.d.n.*11. & *Consil. Proucnzal.d.obseru.*17.*n.*22. Vendi-
48 tiones etenim annuorum introituum super re immobili cum pacto de retrouendendo, & promissione solutionis de propria venditoris pecunia in aliquo loco destinatæ, respiciunt totum patri-
49 monium debitoris; ità vt omnes illius hæredes ad solutionem teneantur pro rata bonorum hæreditatiorum: non autem respiciunt ipsam rem stabilem, super qua fuit facta venditio. Quemadmodum in proprijs terminis Neapolitanarum Cōsuetudinum, scilicèt, quod quotiès venditio annuorum redditūum reperitur facta super bonis antiquis cū pactis prædictis, non respiciat tantùm illa bona antiqua, super quibus fuit facta; ità vt tanto minus dici possit, rem ā fisse in hæreditate defuncti, cui nō erat interdicta dispositio in vita de illis bonis, vt alibi repetitum est; sed dicatur respicere totum patrimonium debitoris, seù venditoris iam defuncti, testatur idem *Vinc. de Franch.in nouiss.addit.ad Consuetud.in fine illarum*; Et hinc infertur, quod proximiores, qui eius personę succedunt virtute Consuetudinis in bonis paternis, maternis, & proprijs, tenentur soluere pro rata hoc debitum
50 creditoribus; Quia dato simplici con-
tra-

tractu venditionis annuorum introituũ
cum hac tamen promissione solutionis
de propria pecunia, nulla assignari po-
test differentia quòad debitorẽ, & eius
hæredes in simplici obligatione perso-
nali, & hypothecaria, vt enixè perpen-
dit subtilissimus iuris municipalis In-
terpres *Dom. Consil. Prouenzal. in obser-
uat. 16. ad d. Consuetud. si quis, vel si
qua per tot.* Et nos fusiùs infrà demon-
strabimus, etiam in venditione annuorũ
redditũum super feudo iuris Frãcorum,
51 vt scil. non teneatur ad solutionem
tãtùm primogenitus, vel alius, qui suc-
cessit in feudalibus, sed etiam hæres in
burgensaticis, præsertim ex *alleg. decis.
159. & 280. Præs. de Franch.* vbi sic in
puncto decisum inuenitur.
52 Itèm non obstat quod deniquè asse-
rit idem *Montanus*, circà hoc pactum
solutionis destinatę de propria debito-
ris pecunia aliquo in loco, dicens, illud
esse appositum pro faciliori exactione,
nec considerari ad finem quærendi ius
vni potius, quàm alteri, sicq; non ope-
rari, quod introitus annui censeantur
ex hoc de districtu illius loci, vbi est fa-
cienda illorum solutio; nàm falsum
omninò se ostendit argumentum: tum
quia potiùs ex tali pacto speciali nimis
apertè arguitur mens ementis dictos
annuos introitus, quod voluerit, eos de-
beri Neapoli, vt censerentur illi de di-
strictu eiusdẽ Ciuitatis, *argum. l. quotiès,
ff. de reb. dub. & l. miles, §. qui destinaue-
rat, ff. de testam. milit.* & exindè nostris
Consuetudinibus subiecti, ratione fu-
turæ successionis agnatorum, & cogna-
53 torum: tùm etiam, quia huiusmodi pa-
ctum soluendi de propria pecunia, non
fit tantùm pro faciliori exactione, vti
supponit *Montanus*, sed ad maiorem
emptoris cautelam; ex quò si rueret res
illa immobilis, specialitèr obligata pro
ãnuis redditibus, adhuc teneretur ven-
ditor soluere dictos introitus de pro-
pria pecunia, vt docent, & post *Couarr.
d. lib. 3. var. cap. 7. n. 5. ver. quarto si con-
tractum, Molin. disput. 391. n. 4. Gayll.
obseru. lib. 2. cap. 7. Mastrill. ad Petr. de
Gregor. de censib. quæst. 5. n. 58.* ac alios
accuratè scripsit *D. Ferdinand. Rouit*
filius, in eius *alleg.* per Genitorem insèr-
ta sub *pragm. 5. de censib. n. 67. & seq.*
ea ratione, quia obligatio ad solutionẽ
annui redditus pręcipua est personalis,
res autem obnoxia censui accessoriè se
habet, illaq; potiùs assignatur pro cer-
tiori, & firmiori solutione, sicq; iure pi-
55 gnoris, & hypothecæ; quod est adeò ve-
rum, quia emptor istius rei super qua
constitutus est census possessionem non
habet, cum nõ sit creditor in fructibus,
sed in pecunia, ratione contractus an-
nuorum introituum; prout ex *Gayll. loc.
cit. & Felician. lib. 1. cap. 4. tom. 2.* consi-
derauit ipse *Rouit. n. 69. & 70.* quem
dat, & sequitur etiam *Caput. d. §. 6. sui
prælud. ad Consuetud. sub n. 11.*
56 Neque demùm inficit decisio S. C.
in contrarium allata, & per Collaterale
Consilium confirmata, in causa illorũ
de Gesualdo cum hæredibus Comitis
Muri, circà emptionem annuorum in-
troituum super Gabella Molæ; nam
maxima cum ratione fuit ità decisum,
vt Consuetudines nimirùm Neapolis,
quòad introitus predictos locum habe-
re non potuissent; quoniam in contractu
vẽditionis ratæ fructuum istius Gabel-
læ non reperiebatur promissa solutio
de propria pecunia ipsius Vniuersitatis
Molæ debitricis, vt vnico ore fatentur
Caput. loc proximè cit. in fine d. n. 11. &
Consil. Prouẽzal. d. obser. 17. vbi alterius
similis decisionis meminit in causa ali-
quorum de Beltrano *sub. n.* 27. Et isto
casu non potest esse scrupulus, quod
procedere debeant contraria, quia tùnc
tales redditus omninò censentur extrà
districtum.
57 Ex his ergò nõ tantum firmitèr, eui-
dentèrq; fundata nostra remanet opinio
sed indubia tandem, profligatis vanis
Aduersariorum oppositionibus, reddi-
tur conclusio, quam fundauimus; præ-
sertim, si cum destinatione solutionis, ac
promissione de propria debitoris pecu-
nia in casu reemptionis, adsit contra-
ctus celebratio etiam in hac Ciuitate,

ex deductis per Doctores suprà citatos; Quinimò tot stantibus pro illa decisionibus, videtur, vt ait *Prouenzal. loc. sepè cit. n.20.* esse iàm inductũ stylũ sic semper iudicandi in Regno, & alibi; cum ità iudicandi Consuetudo inducatur ex sępè decisis in contigentijs super eodẽ articulo, vt ab ea absq; temeritatis nota recedere non possit, iuxtà *tex. in l. nàm Imperator, ff. de legib. l. an in totum, C. de edific. priuat. & in §. 1. auth. de restit. & ea, quæ parit. Thesaur. decis. 33. vers. quod fitèr. Pres. de Frãcb. decis. 238. n. 3.* & latiùs *decis. 470. per tot.*

59 Quamuis obseruandum sit, quod dato contractu solùm in districtu Neapolis, & destinata solutione extrà Ciuitatem, alitèr esset dicendum; nàm contractus celebratus intelligitur nõ in eo loco, in quo negotium gestum est, sed in quo est soluenda pecunia, ex *vulg. tex. in l. contraxisse 20.* ibi *cõtraxisse vnusquisque in eo loco intelligitur, in quo vt solueret, se obligauit, ff. de act. & oblig. l. 3.* ibi, *quo soluenda est pecunia, ff. de bonis author. Iudic. possid.* ità *Zasiu. in d. l. contraxisse, Osach. decis. 114. Cangol. in l. exigere dotem, ff. de Iudic. Dec. in l. vitiũ, ff. si cer. pet. Natt. cons. 243.* & *Alex. d. cons. 16. n. 4.*

Vndè concludamus, his hactenùs discussis, pro indubitato fas est, vt censuales redditus non rei, super qua sunt impositi, nec celebrati contractus; sed locum tantùm solutionis per debitorem destinatæ sequantur.

CONTROVERSIA XXXI.

Functiones Fiscales, quas exigunt nonnulli Ciues Neapolitani, vti assignatarij Regiæ Curiæ super Vniuersitatibus Regni, an Consuetudinibus nostræ Vrbis subiaceant?

SVMMARIVM.

1 *Annui Redditus, ẽpti per diuersos particulares à Regia Curia, quo loco existere cẽnseantur?*

2 *Venditiones annuorum introituum, factæ per Regiam Curiam varijs particularibus, vbi specialitèr constitui soleant, refertur.*

3 *Fũctiones Fiscales assignatæ super Vniuersitatibus huius Regni à Regia Curia, seù venditæ cum solito pacto de retrouendendo quandocumq; nostris Ciuibus, an censeantur vt res sita intrà, aut extrà districtum Neapolis, sicq; in eis vigeat, vel secùs dispositio Consuetudinum eiusdem Ciuitatis? & nu. 29. & 30. vbi explosa affirmatiua opinione* D. Consil. de Ann. *negatiuam substinet Author; sectans vestigia* D. R. Rouiti, *& Pres.* Amari *iuxtà quorum sententiam iunctis Aulis* S. C. *decreuisse, traditur n. 31. 58. & 59.*

4 *Fiscalium assignatio vbi fiat, breuitèr describitur.*

5 *Fiscales introitus venduntur per Reg. Cur. cum pacto de retrouendendo quãdocumquè, ità vt ei semper libera remaneat facultas tollendæ assignationis iam factæ, eam ad libitum alibi faciendo, & n. 6.*

7 *Fiscalium assignatio donec per Reg. Cur. non varietur, ius reale transfertur interim in Assignatarium.*

8 *Fiscales introitus per Cõsignatarios exiguntur eo modo, quo per ipsam Reg. Curiam exigerentur, destinando scilicèt Commissarios, & Perceptores.*

9 *Pactum de retrouendendo, etiam si sit perpetuum, non efficit tamen, vt pendẽte dubio illius euentu, emptor interim non sit verus dominus.*

10 *Ea, quæ pendent à futuro euentu, siuè sit conditio casualis, siuè potestatiua, interim perpetua censentur.*

11 *Dominus pleno iure dicitur etiam ille, qui scit, rem à se possessam, euinci, auocari, redimi, repeti, relui, aut condici posse.*

12

12 *Rei qualitas non mutatur ex eo, quod contingere potest, etiam ex casu praeordinato.*

13 *Rei praesens status consideratur, quo scilicet res nondùm redempta est, vt ità censeatur qualis nunc est.*

14 *Functionum fiscalium origo tempore* Regis Alfonsi Primi *traditur.*

Imò per quos, cui, vbi, & qua de causa fuerint illa promissa, plenè describitur n. seq.

15 *Functiones fiscales fecerunt cessare collectas.*

16 *Exactio functionum fiscalium vbi, & quibus temporibus fit per Perceptores facienda, notatur.*

17 *Perceptores, qui dicantur in Regia Camera?*

18 *Functiones fiscales exiguntur tertiatim ex Regis vrbanitate.*

19 *Functiones fiscales, ne dùm ex Populi largitione, sed etiam de Iure communi* Regio Fisco *debentur, & antè sub. nu.* 15.

Quinimò in recognitionem supremi, vniuersalisq; dominij, ac tutelae, Regi debentur, vt n. 20.

21 Dom. R. de Pont. Montan. & Auendan. *commendantur.*

22 *Fiscalium functionum impositio per focularia, quae dicebatur prius collecta, est nimis antiqua, de qua* Bald. *fusiùs loquutus est, vt n.* 24. *Et Romanorum Imperatorum tempore soluebàtur vigintisex denarij pro quolibet capite, seù fumante; Sicq; antè nouam impositionem soluebantur collecta, vt n.* 25.

26 *Fiscalis functio quid sit, & quae sub ea comprehendantur, enixè discutitur.*

27 *Functiones fiscales, quorum nomine comprehenduntur omnes impositiones, tàm ordinariae, quàm extraordinariae, hodie redactae sunt ad carolenos quadraginta duos pro quolibet foculari, caeteris omnibus oneribus sublatis.*

Idq; ex speciali gratia Clementissimi, ac immortalis memoriae nostri Regis Philippi IV. *procurante Serenissimo Principe* D. Ioãne ab Austria, *eius Vicario, & Plenipotentiario amplissimo in hoc Regno, vt n.* 28.

32 D. R. Rouit. Praes. Amat. & Consil. de Anna *summoperè laudantur.*

33 D. Consil. de Anna *opinio illa, scilicèt quod in functionibus fiscalibus locum habeant nostrae Consuetudines, reijcitur, & contrarium, tanquàm in iure verius, vsuq; receptum* Author *sustinet.*

34 *Functiones fiscales, tùm quia debentur à personis ratione rerum in Regno, tùm etiàm quia soluũtur in destinatis Prouinciarum locis, meritò igitur vti bona extrà huius Ciuitatis districtum existentia iudicantur, & consequentèr eiusdem Consuetudinibus subiacere non debent.*

35 *Consuetudines non loquuntur, nec locum habent, nisi in rebus aliquo modo, vel causa existentibus intrà districtum, ratione iurisdictionis, & n.* 39.

38 *Annui redditus functionum fiscalium debentur Regiae Curiae loco collectarũ, quae quolibet anno imponebantur personis pro rebus, & n.* 47.

39 *Collecta secundùm Iuris communis dispositionem dicitur onus mistum vt ait* Praes. Amatus.

Sed illũ esse onus reale, patrimoniale, & ordinariũ, fatetur cum alijs Bald. *vt nu. seqq & praecipuè n.* 44.

41 *Bona stabilia in Regno non subiacent nostris Consuetudinibus.*

42 *Indictũ, siuè indictio quid sit, traditur.*

43 *Collectas ratione bonorum etiam non subditi soluere tenentur, quia est onus patrimoniale.*

Verùm hoc limitatur in Ciuibus Neapolitãnis, vt n. seq.

45 *Redditus fiscales pro rebus immobilibus reputantur, & quarè?*

Idq; etiam, si illi sint redimibiles ex consueto pacto de retrouendendo quandocumq; vt n. 46.

48 *Redditus, qui ex re immobili extrà iurisdictionem existenti percipiuntur, municipalibus minimè subijciutur Legibus; nàm sunt eiusdem naturae illius rei, super qua debentur.*

49 *Vna, eademq; res diuerso iure censeri non debet.*

50 *Redditus annui modico tempore duraturi inter mobilia connumerantur.*

51 *Functiones fiscales, quamuis inter mobilia connumerentur ab aliis, non possunt tamen dici subiecta nostris Cõsuetudinibus, & quarẽ n. 52.*

53 *Fiscales introitus, quod semper exigantur in propriis debitorum Prouinciis, fertur, reiectis Aduersariorum oppositionibus n. 54. & seq.*

55 *Regi qui debet, an, & quando teneatur deferre pecuniam ad eius domum, aut Thesaurario loco ipsius Regis?*

56 *Pecunia cum promittitur, vel legatur magno Militi, Nobili, aut Prelato habitanti in Comitatu, deferri debet in illius domum.*

Et idẽ generaliter procedit quotiès debitor est rusticus, vel inferioris conditionis, vt n. 57.

60 *Functiones fiscales in Prouincia Comitatus Molisii, & Terra Laboris, an censeri debeant, extrà vel intrà huius Vrbis districtum, latè perpenditur, & n. seqq. vbi adest articuli decisio.*

61 *Cessionarii Regiæ Curiæ dicuntur illius procuratores quoàd quãtitates redditium eis concessas.*

62 *Perceptoribus debetur quinquagesima pars exactionis factæ in Prouinciis pro fiscalium redditibus.*

ARGVMENTVM.

De Fiscalium Functionum origine, quæ loco collectarum, aliarumquè impositionum, per Regnicolas in destinatis Prouinciarum locis Fisco soluuntur, non inconcinnè tractatur.

An verò præfati fiscales redditus nostris Ciuibus per Regiã Curiã venditi, etiam cum consueto pacto de retrouendendo quãdocumq; super Vniuersitatibus Regni, tanquam res stabiles iudicari debeant; ità vt vbi sit illorum solutio, aut exactio cẽseantur existere, & propterea municipalibus huius Vrbis sãctionibus minimè subiaceãt, enixè discutitur.

Vndè *D. Consil. de Anna*, licèt pro Consuetudinibus, vt scilicèt illæ extendantur etiam in prædictis functionibus, firmitèr prælietur; Contrariã nihilominùs *D. Reg. Rouit. & Pres. Amati* sententiam, vti probabiliorẽ, ac magis veritati consonam insectatur *Author*.

Quæ opinio, non solùm nouissimis Sacri Consilij decisionibus videtur suffulta; Verum etiam validissimis illam reperiri nonnullis illustratam rationibus, dilucidè ostenditur.

1 QVæ anteeedenter de annuis redditibus discutere conati sumus, nobis meritò ansam præbent: quinimò eodem themate, quo suprà, nostra non parum interest, attentà paritèr municipalium sanctionum dispositione, vt modò ex receptissima Scribentium sententia, atquè huius Ciuitatis, & Regni Prudentum interpretatione patefaciamus, quid Iuris sit in vẽditionibus ãnuorum introituum, factis

2 per Regiam Curiam diuersis particularibus; Quæ venditiones licèt fiant generalitèr etiam super omnibus introitibus ipsius Regiæ Curiæ; cum specialitèr tamen constitui soleant, nunc super Functionibus fiscalibus: nunc verò super Arrendamentis, seù gabellis, videlicèt vini, olei, farinæ, & similium; Eapropter, vt de omnibus distinctè sermonem habeamus, principaliter age-

3 mus de istis functionibus fiscalibus, quas exigunt Ciues Neapolitani, vt assignatarij Regię Curię super Vniuersitatibus Regni, relictis aliis ãnuis redditibus, venditis super enunciatis arrẽdamentis, de quibus breuitèr infrà tractabimus. Sicq; hìc tãtũ enucleabimus: vtrum

vtrùm nostris Cõsuetudinibus,& quãdo præfatæ functiones subiaceant?

4 Sigillatim ergò discurrenti(beneuole Lector)mihi optimè constat,ob inueteratam praxim, & ex plurium Scribentium calculo,tibi notam esse consuetã Fiscalium assignationem, quæ propriè vocatur träslatio,fitq;super Terris,siuè huius Regni Prouincijs, ex quibus recta via ipsi Assignatarij exigunt annuos
5 illos introitus,venditos cum pacto de retrouendendo;ità vt semper remaneat libera facultas domino nostro Regi tollendæ assignationis iam factæ, alibi ad libitum assignãdo exactiones introituum pro satisfaciendis creditoribus prædictis,prout legitur, ità fecisse in reformatione Regij Patrimonij Excell. Dom.ProregemLemẽsiũ Comitem iuniorem, prudentissimum sanè,ac inuictissimum Principem, qui iterùm præfatas assignationes fecit, pluresq; alias
6 variauit,vtendo potestate sibi à iure concessa,quæq;oritur ex dicto pacto de retrouendendo,& promissione de propria pecunia in eo apposita; exquò sẽper Regia Curia dicit se debitricem, & potest pro voluntatis arbitrio assi-
7 gnationes,vt diximus,variare.Tamen donèc assignatio prædicta non varietur,ius reale transfertur interim in Assignatarium; cum semper istos fiscales
8 introitus per ipsum exigantur,sicut per Regiam Curiam exigerentur,destinando Commissarium cum salario, prout hodiè obseruari videmus, constatq; ex nõnullis instrumẽtis venditionũ factarũ per Regiã Curiã,in quibus nedùm nõ reperitur alteratus locus destinatæ solutionis ab illis locis,vbi fit exactio per Reg.Cur.sed adsunt etiam variæ clausulæ,denotantes, quod exactio est faciẽda in eadem Prouincia, imò in vnaquaque terra, à qua debet fieri solutio, vt refert,ac optimè ponderat *D.R. Rouit.in prag.* 1.*de iur. & exact. fiscal.sub n.*65.*versic.mandat* , *& vers.Et iterum in cessione iuris luendi fol. mihi* 379. *&* 382.*sub n.*81.*cum omnibus seqq.*vbi as-
9 serit, quod pactum de retrouendendo, etiam perpetuum,& quandocumq;non efficit,vt pendente dubio illius euentu, & donec illud non exerceatur, interim emptor non sit dominus verus, perpetuus,ac omninò perfectus; tùm quia ea,
10 quæ pendent à futuro euentu , siuè sit conditio casualis,siuè potestatiua,interim perpetua censeri debent,ex *tex. in l.sufficit,ff. de cond. indeb.* & *Tiraquell.* qui cæteros congerit *de retract. conuet.* §.2.*gloss.*1.*n.*1.*n.*39. *& de retract. consang.*§.1.*glos.*14.*n.*120.tùm etiam quia
11 verè dominus pleno iure dicitur etiam is,qui scit, rem à se possessam euinci, auocari,redimi,repeti, relui,aut condici posse,vt ex multis probant idem *Tiraquell.in d.*§.2.*glos.*1.*n.*38.& *Praes. de*
12 *Franch.decis.*76.Imò qualitas rei non mutatur ex eo,quod contingere potest, etiam ex casu prærordinato, vt colligitur ex *tex.in l.*1.*ff.de in lit.iuran.*quẽ ad id expendit *Tiraquell. vbi suprà n.*37. allegans *Rot.Rom.decis.*445.*in nouiss.*& cum alijs *Afflict.decis.*385.*in fin.* & idẽ *Tiraquell.d.* §.1.*glos.*14. *n.*120.*de re-*
13 *tract.consang.* ait in proprijs terminis considerandum esse præsentem statum rei,quo scilicèt ipsa res nõ dùm redẽpta est,vt ità censeatur,qualis nunc est; & sequitur *Foller. de censib. in verb.huiusmodi censualia n.*33. quos omnes refert *prad.D.R. Rouit. ibid.* plura notabilia cumulãs respectu istius pacti de retrouendendo,quæ,etsi maximæ considerationis sint, cum penès eũ cerni possint, prætermitto,nè videar aliena hìc referibere.

14 Patet etiam ex primæua origine dictarum functionum fiscalium,illas fuisse promissas de anno 1442. mense Martij,tempore Alphõsi Primi Regis in Ciuitate Neapolis, per Regnicolas in Monasterio Sancti Laurentij, vt colligitur ex volumine *Cap. & Priuileg. Neapol.fol* 3.*&* 5.vbi per generale par-
15 lamentum fuit conclusum , quod pro istis iuribus fiscalibus cessarent collectæ,& fieret tantũ solutio ducati vnius in quolibet anno pro singulis focularibus,& soluerentur caroleni quinque pro

pro tumulo vno Salis Regiæ Curiæ, vt
ex *alleg.cap.& prag.1.de iur. & exact.*
fisc. habetur;quemadmodùm hæc Iura,
& functiones præstabantur Fisco,etiam
de Iure communi, & Romanorum tem-
pore,vt tradit *R.Rouit.loc. vbi sup. in*
*princ.*per *tex.in l.si pendentes , §.si quid*
cloacarij in fin. ff. de vsufruct. l. si fun-
ctiones,C.*de donationibus,& l. minor*,C.
de actionib.empt.
16 Sed pro facienda exactione, vel pro
recipienda solutione horum Iurium fi-
scalium per RegiamCuriam,siuè à Par-
ticularibus assignatarijs,causam ab ipsa
Reg.Cur.habentibus, expressè reperi-
tur in qualibet Prouincia specialis lo-
cus destinatus, vt plenè describitur per
*D.Reg.Rouit.loc.*proximè *cit.sub.n.65.in*
17 *1.alleg.*vbi Officiales,exactores,ac vul-
go Perceptores appellati , iussu Regiæ
Cameræ Summariæ singulis annis , &
propriè post quoslibet quatuor men-
ses, nempè Natiuitatis Domini , Pas-
chatis etiam resurrectionis, & Augusti
interpellare conantur Regnicolas ex
obligatione in perpetuum soluendi hoc
Ius ordinarium dictarum functionum
fiscalium , ità contracta cum Serenissi-
18 mo Rege Alphōso Primo.Idq;ex vrba-
nitate Regis,qui etiam statuit tempus,
& diē soluendi tertiatim, vt dictum est,
ac fusiùs cerni potest apud *Capyc. in*
inuest.feud.in ver.collectis,D.R.de Pont.
de potest.Proreg.sub.tit.4.de regal.impo-
sit.§.1.& 2.à n.9.cum seqq.& §. 8.præ-
sertim *à n. 33. Montan. de Regal. in §.*
extraordinaria collatio, & latissimè pe-
nès *D.R. Moles in suis quæst. seù decis.*
manuscriptis in rubr. de function.fiscal.
*per tot.*qui fundat,prædictas functiones
19 nedùm ex Populi largitione,sed etiam
ex Iuris communis dispositione deberi,
ex *tex. in l.comperit. C. de præscript.30.*
*vel 40.ann.*in recognitionem nimirùm
20 supremi,vniuersalisq;dominij, & tute-
læ,quam Rex de proprio Regno tenet;
prout satis elegantèr idem pleniùs de-
monstrant , & cōprobāt,tùm ex Sacris,
tùm etiam ex profanis , politicisq;Do-
cumentis sapientissimus *D.R.de Pont.in*
21 *d. §. 8.à n.34.* vsquè *ad 42.* eruditissi-
mus *D.Horat.Montan. in d. eius tract.*
de Regal.in prælud. quæst. 2.n.2.& seq.
& ingeniosissimus *Auendan.de metu.lib.*
2.cap.23.per tot. Imò,quod dictarum fi-
22 scalium functionum impositio tempo-
re Regis Alphonsi Primi,ad rationē ca-
rolenorū quindecim , & grani vnius
pro quolibet foculari (quod Ius focu-
lariorum,& salis, dicebatur prius col-
lecta)sit nimis antiqua,etiam ex priscis
23 Romanorum Imperatorum tempori-
bus,quibus soluebantur vigintisex de-
narij pro quolibet capite , seù fuman-
te,testatur *Bald. in l.ex hoc iure in fin.*
ff. de iust. & iur. vbi allegat *Gloss. in l.*
ager,§.1.ff.de verb.signif. Et de ista im-
24 positione per focularia locutus est idē
Bald.in l.1.§.quod si nemo, ff. quod cu-
*iusq;vniuers.nom.*Nàm etiam antè Im-
peratorum tempora soluebantur col-
25 lectæ , in quarum locum successit hæc
alia impositio,vt post *Bart.Bald.& Al-*
*ber.*quos refert *Boer.decis. 213.* latissi-
mè hoc tractat *Capyc. vbi sup. in verb.*
collectis vers. filijsfamil. & sequitur *D.*
R.de Pont.d.n.34.§.8.cum seqq.
26 Hìc deniq;circà verborum etymo-
logiam, priusquàm propositam aggre-
diamur Controuersiam,scire, non parū
etiam confert, præfatas scilicèt functio-
nes fiscales generalitèr dici solutiones
omnium tributorum , ac cuiuscumquè
rei,quæ Fisco propter publicam vtili-
tatē præstātur, ità ait *Luc.de Penn.in d.*
l. cōperit,de præscript.& *d. omnes omninò.*
4.de annon. & tribut. lib.10.ex tex.in l.
placet vbi *glos.in ver.fūctionib.C. de.Sa-*
*cros.Eccles.*Ità vt illæ cōprehēdant Col-
lectas,siuè dictū Ius foculariorū,& salis
D.R.Rouit in d.prag. 1.de iur. & exact.
fisc.n.68.& alibi post *D.R.Moles d. tit.*
de collect.ver. verum elapso triennio, &
Montan.in d.§.extraordinaria collatio
*sub.n.7.*Tributa,*Gloss.in d.l.comperit C.*
*de ann.& trib.*Census,*l.bi penès quos*,C.
de agricol.& cens.lib. 10. Vectigalia *D.*
R.Moles de funct.fisc.vers.hinc alienum
ac etiam donariua,vt asserit idē *Moles*
loc.cit. vers. & vltrà iura prædicta,
alias-

aliasq;ordinarias, vel extraordinarias impositiones; de quibus oneribus, functionibus siuè solutionibus, quę Regi fieri debēt, plenè etiam loquuntur vnà cum *Montan.in sepè alleg.* §.*extraordinaria sub n.*1.ōnes *supracit.D.D.* Quã-
28 uis tamen multis ab hinc annis hæc onera recesserunt ab aula; nàm eorum vice semper exactæ sunt quædam aliæ impositiones, quæ anno 1648. statim post sedationem popularium reuolutionum huius Ciuitatis, ex gratia Inuictissimi, Clemētissimi, & semper gloriosæ memoriæ Regis nostri Philippi IV. procurante Serenissimo Principe D. Ioanne ab Austria, eius in hoc Regno tunc temporis Vicario, ac Plenipotētiario amplissimo, redactæ fuerunt ad carolenos quadragintaduos pro quolibet foculari, cęteris omnibus sublatis, vt vltrà volumen *Cap.Regni* cernitur etiam in *prag.* 3. *de iur.& exact.fiscal.in nouissim.tom.*2.
29 Verùm ex his ità exaratis, ad quęstionem primo loco positam, & inter Regnicolas satis quidē famigeratam reditum faciens: nempè, si annui redditus super prædictis functionibus fiscalibus Prouinciarū huius Regni, ēptis per nónullos Particulares à Regia Curia, etiā cum pacto de retrouendendo quandocumq; existimari debeant, vti res sitę intrà districtum nostræ Ciuitatis Neapolis, & propterea in eis vigeat censura Consuetudinum eiusdem Ciuitatis: tā in successionibus ab intestato, quàm ex
30 testamento, explosa prorsùs affirmatiua opinione *D. Consil. Fabij de Anna* in quadam eius *alleg.* inserta inter *consil.*77.& 78. *D. Præs.de Amat.* Negatiuam sententiam, veritati magis consonam esse, ac probabiliorē, prout mei ingenij debilitas erit sufficiēs, demōstrare conabor, inhęrens præsertim authoritatibus *D.R.Rouiti*, & *D. Præs.Amat.*
31 qui non multis ab hinc annis in causa D. Bernardini de Cardenas, aduersùs D. † Pompeo de Cardenas, cum D. ponderata per *Consil. de Ann.* tunc Aduocati munus etiam exercentem, luculētas ediderunt allegationes; Et quod in prædictis functionibus fiscalibus, assignatis à Regia Curia super Vniuersitatibus Regni minimè locum habere possit dispositio nostrarum Consuetudinum, ità iunctis duarum Aularum Dominis, decisum in eadem causa fuisse fatentur.
32 At quia laudabili vigilātia eximios inter istos Iurisperitos, videlicèt, *D. R. Rouit.& Consil.de Ann.* cum *Præs. Amat.* ex vtraq; parte nihil tunc indiscussum, nec indeterminatum pro præsentis articuli claritate, & intelligentia remansit; Idcircò non erit necesse, vt fusiùs in quæstionis discussione adlaborem, sed varias magis selectas eorum ponderationes, ac aureas sanè rationes ad propositum pertinētes circumscriptè patefaciam, vt sic ex illis clariùs per nostros posteros hæc dignoscatur veritas.
33 Et licèt prima facie *D.Consiliarij de Anna* affirmatiua opinio coloratam aliquam videatur posse subsistentiam habere ex ponderatis, ac per ipsum *loc. cit.* discussis; Nihilominus eius dictarem, de qua est quæstio parum tāgunt, ideoq; contrarium esse in iure verius, atq; vsu receptū à peritissimis viris inueniri, præsertim hodiè inter nouissimos scribentes euidentèr demonstrabimus. Quandoquidem tùm quia præ-
34 dictæ functiones fiscales debentur à personis ratione rerum in Regno: tùm etiā quia soluuntur in destinatis Prouinciarum locis, sicq; earum exactio fit extrà huius Ciuitatis districtum, clarè igitùr patet, summaq; cūm ratione pro negatiua scripsisse opinione *D.R.Rouit. loc. cit.* initio suarum allegationum, & *Dom.Præs.Amat.d.cons.*77. similitèr *in princ.* simulq; dixisse, articulum, de quo
35 hic agitur esse omninò extrà quamlibet dubietatem, ex eo potissimum, quia Consuetudines, vt multoties repetitum est, nō loquuntur, nec locum habent nisi in rebus aliquo modo, vel causa existentibus intrà districtum Neapolis, ex traditis per *Napod.in proam.Consuetud.*

verb.districtum, n. 335. *in Consuetud. si moriatur, verb. facultatem, n.* 83. *vers. sed de quibus,* vbi *Addent. in Cōsuetud. si quis, vel si qua, ver. in bonis om nibus, n.* 174. *& in Consuetud. Pupillus, n.* 8. *Capyc. decis.* 159. *in princ. Reg. Reuert. in suo discursu impresso in calce Consuetud.* cum
36 alijs alibi allegatis; Idq; ex iurisdictionis defectu in Statuentibus procedere dixit *Bald. in l. necessarium, ff. de orig. iur.* & probat *tex. in l. extrà territorium, ff. de iurisd. omn. iudic.* Vndè cum ex præmissis plenè colligatur, functiones istas fiscales deberi à personis ratione rerum
37 in Regno, easquè solui in Prouincijs, nàm succedunt in locum collectarum; meritò huiusmodi introitus connumerari non possunt intrà hunc districtum, & successiuè subiacere nostris Consuetudinibus non debent.
38 Quod autem functiones, siuè annui redditus isti fiscales debeantur Regiæ Curiæ loco collectarum, quæ quolibet anno imponebãtur personis pro rebus, obseruat post *Capyc. in inuest. feud. verb. feudorum clausulæ col.* 52. *vers. in Regno, fol. mihi* 118. *R. Rouit. in d.* 1. *all. super prag.* 1. *de iur. & exact. fisc. n.* 68. Et ità semper fuerunt exacti à tempori-
39 bus Regis Alfonsi vsq; adhùc, in locum scilicèt collectarũ, quas, inspecta iuris communis dispositione, dici onus mixtum, asserit *D. Præs. Amat. d. consil.* 77. *n.* 19. quia soluũtur à persona ratione rei ex *Bart. in l. rescripto, § sciendum n.* 4. *ff. de muner. & honor. & in l. libertus, § so-*
40 *la, ff. ad municipal.* At vbi annua præstatio non est merè personalis, sed realis, aut mixta, sequitur tali casu, eam iudicari debere, prout cætera immobilia, ex notatis per *Bald. in cap.* 1. *§ sciendum, vers. ego dico, & vers.* 2. *&* 3. *de*
41 *feud. cognit.* Quæ bona stabilia in Regno cum non subiaceant Consuetud. Neapolis, sequitur ergò, vt ipsarum censuris, nec etiam ligentur functiones fiscales, siuè collectæ, quarum solutio à personis est faciẽda ratione rerũ, quia dicitur onus ordinariũ, & patrimonia-
42 le, nuncupatur propterea collecta; siquidem ob continuam, & ordinariam exactionem in effectu idem erat, ac indictum, quod dicitur munus Canonicum, patrimoniale, & ordinarium, secũdùm *Gloss. tex. in l. indictiones, C. de ann. & trib.* vt notauit *Andr. in cap.* 1. *verb. extraordinaria, vers. de collecta, n.* 61. quem sectatur *Afflict. ibid. n.* 14. subdẽs, quod illud, quod erat indictum Imperator Federicus vocauit collectam, quemadmodum fatetur etiam *Luc. de Penn. in l.* 1. *C. de indict. lib.* 10. Idq; est
43 adeò verum, quod etiam non subditi, siuè exteri bona tenentes, tenentur soluere dictam collectam, eò quod est ordinariũ, sicq; onus patrimoniale dicitur, nàm imponitur super rebus, nulla habita ratione personæ, quod sit forensis, & consequenter, extrà iurisdictionem, vt in specie de Consuetudine Italiæ, testatur *Bald. in l. etiam n.* 15. *circa fin. C. de execut. rei iud. Alex. cons.* 52. *n.* 5. *& seq. lib.* 5. *& cons.* 68. *n.* 10. *lib.* 2. *Dec. consil.* 694. *per tot.* signantèr *n.* 8. *Ias. in l. placet n.* 3. *in fin. C. de Sacros. Eccles.* vbi esse onus merè reale, asseuerat. *Loffr. in paraphrasi, tit. quæ sint regal. in fin. Antibol. de muner. & honor. §.* 2. *primæ diuision. n.* 28. Et de communi praxi Galliæ ità seruari, affirmat *Addit. ad Alex. cons.* 161. *lit. C. in ver. Consuetudinem vol.* 1. prout paritèr eadem attenditur Consuetudo in Regno, teste *And. in tit. quæ sint regal. n.* 54. & *Capyc. in d. vers. feudorum clausulæ n.* 56. *vers. quod autem,*
44 post *Dec. d. cons.* 694. quos cum alijs multis allegant *D. Reg. Rouit. & Præs. Amat. loc. suprà cit.* Verùm hoc limitatur in Ciuibus Neapolitanis, qui sunt immunes, & exempti à solutione dictarum collectarum, seù fiscalium functionum pro bonis, vt tradit *D. R. de Marin. in decr. gener. Reg. Cameræ* 147.
45 Hinc igitur infertur, quod hi annui fiscales redditus, qui prò immobilibus reputabantur, prout verè sunt, dùm non reperiuntur limitati ad modicum tempus, sed sunt perpetui, iuxtà commune omnium placitum, sicut ex *Bald. in l. etiam, col.* 2. *C. de except. rei iud.* & *Gloss.*

Gloss.in l.iubemus,in verb.annonas , vbi
*Bart.Bald.Castr.*cum alijs.*C.de Sacros.*
*Eccles.*asserit *D.R.Rouit.d.alleg.*1 *n.66.*
infinitos cumulans *n.67.* etiam si essent
46 redimibiles eum pacto de rerrouen-
dendo quandocumquè , vt in casu no-
stro, quemadmodùm declarant *Tira-*
quell.de retract.proxim.§.1.glos.14. nu.
120.& de retract.conuent.§.2. n. 39.per
tex.in l.sufficit,ff.de cond.indeb.Præs.de
Franch.decis.362.n.7.Couarr.lib.3. var.
cap.7.n.2.Surd.decis.204.n. 10. vbi latè
*Dom. Consil.Hodiern.in addit.*qui alios
nouitèr congerit,*Roderic.de ann.reddit.*
quæst.3.lib.1. Cenc.de censib. par. 1. cap.
3.quæst.1.art.2. & in decis. 3.n. 14.post
d.tract. de censib. Grat. tom.5.discep.fo-
rens.cap.981.& tom.3.cap.585.n. 6.Ca-
mill.de Medic.cons. 133. & 152. Solui
47 debent propterea non solùm in locum
collectarum,sicquè à personis ratione
rerum stabilium; sed etiam ab exteris
bona tenentibus, principalitèr soluun-
tur ratione cohærentiæ, vt suprà dedu-
48 ctum est.Ideircò si redditus,qui ex re
immobili percipiuntur absq; aliqua cō-
trouersia municipalibus minimè subij-
ciuntur Iuribus,cum sint eiusdem natu-
ræ,ac est res extrà iurisdictionē existēs,
super qua illi debentur , vt ait *Angel.in*
l.regularitèr,vers.quędam est impropria
ff.de pet.hæred.& latè *Tiraquell.in prin.*
retract.§. 32. n. 79.& 83.vers.tamen si
*ea , cum seq.*sequitur ex hoc, quod nec
etiam nostrisConsuetudinibus pro reli-
qua parte fiscalium functionū Ius subij-
49 ci possit ; cum vnicum sanè sit in qua-
uisProuincia,vbi fuit destinata exactio;
& proindè diuerso iure eadem res cen-
seri non debeat, iuxtà *tex. in l. eum qui*
ædes,ff.de vsucap.
50 Quæ cōclusio tantò faciliùs locum
habebit,quia dato,& nō concesso quod
functiones prædictæ inter mobilia cō-
numerarentur,ac si essent annui reddi-
tus modico tempore duraturi , prout
51 alij voluerunt,dici tamen nequaquàm
poterunt subiectæ Neapolitanis Con-
suetudinibus,quæ licèt eādē vimhabe-
ant,tàm in mobilibus,quam instabili-
bus,prout admonēt *Capyc.decis.* 194.*n.*
16.Ant.de Alex. in Consuetud.si aliquis
moriens,in apostill.incip. nota quod potest
accidere,vers. de bonis , fol. mihi 162.&
Præs.de Franch,decis.93.in princ.& alibi
Id nihilominùs,vt demonstrabimus *cō-*
52 *tr.33.n.36.*procedit,quādo nimirū mo-
bilia sunt etiàm intrà huius Vrbis di-
strictum,non autem si essent extrà,vt in
casu nostro,propter solutionem destina-
tam in Prouincijs;quia tunc in mobili-
bus istis non haberent locum consuetu-
dines,vt ibidem declarabimus.
53 Functiones verò fiscales , quod exi-
gantur in proprijs debitorum Prouin-
cijs,super quibus fuerunt venditi intro-
itus prædicti,pūctualiter probat *Rebuff.*
loquens de collectis ex *tex.in l. medi-*
terraneæ n.2.C.de ann. & tribut. lib.10.
54 per quem disponitur, quod tributa per
Ciuitates deferri nō debēt ad extraneá
loca;cuius *tex.*dispositioni licèt respon-
deat *Consil.de Ann.loc.cit.n.17.* dicens,
non posse illum procedere in Regno,
quod dicitur vnica Prouincia,quia vnū
habet Regem,ex *Andr.in constit.Consue-*
tudinē,vbi *Afflict.n. 5.& Luc.de Penn.in*
*l.fin.n.3.C.de discussor.lib.*10.tamen eius
responsio benè militaret , quando Do-
minus noster Rex non constituisset in
Regno pluresProuincias,prout fecit.Et
ità iuris communis dispositione relicta,
idem dispositum habetur in hoc Regno
ex conuentione habita cum eodem Re-
geAlphonso Primo,vt notoriè cōstat ex
Cap.Ciuit. Neap.& propriè *cap.4. in fin.*
illis in verbis, *lo quale pagamento, &c.*
imò apertè deducitur ex *d.prag.1.Regis*
Ferdinādi,circà princ.tit.de iur.& exact.
fisc. vbi deputatum fuisse in qualibet
Prouincia perceptorē, qui fiscales istas
functiones exigeret , notat *D. R.Rouit.*
vt diximus.
54 Eaproptèr cauendum erit à *D.Con-*
sil.de Anna,dum *loc.cit.sub n.*21.*vers.ex*
istis patet , scripsit, functiones de iure
soluendas esse in Ciuitate, & hic posse
fieri illarum exactionem , cùm solùm
de facto exigantur in Prouincia . Veri-
tas namq; ex praxi videtur manifesta,

K quod

quòd tàm attento iure communi,quàm
speciali pacto cum nostris Regibus ha-
bito, fieri debeant exactiones functio-
num fiscalium in Prouincia, præsertim
respectu Concessionariotum Regię Cu-
riæ, qui propterea solent conuenire cũ
Perceptoribus, vt pro ista exactione fa-
cienda in Prouincijs, & asportatione
pecuniæ ad hanc Ciuitatem,soluãt eis-
dem quinquagesimã partem eius,quod
percipiunt ipsi Consignatarij à dictis
Vniuersitatibus.

55 Exhis paritèr neq;obstabit quod põ-
derauerunt *D. Consil.de Ann.in d.alleg.
inserta inter consil.Præs.de Amato,n.*20.
& *Io:Vincent.*Caualer.*in eius allegat.in-
ser.in obser.* 18.*D.Cõs.Prouẽzal.ad Cõ-
suet.Neap.circà fin.* vt ille nimirũ,qui est
Regis debitor,omnimodò teneatur pe-
cuniã deferre vbiRex degit,vel vbi,eius
loco,adest Thesaurarius;prout similitèr
in casu nostro Fiscales istas functiones
Domino Regi de iure soluere tenen-
tur ipsius subditi in hac Ciuitate, illo
scil. argumento,quia quando promitti-
tur pecunia, vel legatur magno Militi,
56 Nobili,aut Prælato habitãti in Comi-
tatu, verisimilitèr actum videtur,vt de-
bitor, si sit inferioris conditionis,acce-
dere debeat in locũ istius creditoris pro
facienda solutione, iuxtà doctrinam
Bartoli in l.item illa,n. 13.*ff. de constit.
pec.*qui ad hoc allegat *tex. in l. si cum
dies* 26.*§ si arbiter, vers. quid ergo,ff.de
arbitr.& l.cum hares, vbi gloss. in verb.
verisimile, ff. de leg.* 1.sicq; tantò ma-
gis vassallus respectù eius Domini,
cui obsequium debet, vt inquit *Bald.
in l.fin.C.de condit. inser.*per *tex. in l.si
susceperit, §. 1. ff. de iudic.* post *Angel.
Imol.*aliosq; *DD. in l.cum filius,§.fin.ff.
de verb. obligat.* & sequitur idem com-
57 probans *Natt.conf.* 513. etiam si debi-
tor, & creditor sint eiusdem fori, quod
solutio fieri debeat semper in domo
creditoris,ob ipsius nobilitatem, & de-
bitam ei reuerentiam. Siquidem hoc
benè procederet, cùm nihil statutum
esset circà destinationem loci pro solu-
tione facienda; tunc enim hic locus re-
spectù prædictæ solutionis esset atten-
dendus, & in hac Ciuitate posset fieri
præfata exactio; secùs quando circà id
expresè reperitur conuentum(vt in ca-
su, de quo agitur) functiones nempè fi-
scales soluendas esse in destinatis Pro-
uincijs, & sicuti hodiè ex antiqua Cõ-
suetudine obseruatur.

58 Vndè absq; vllo prorsùs scrupulo,du-
bioq; procul verior erit opinio in
tali articulo,videlicèr quod functiones
fiscales censeri debeant extrà nostræ
Vrbis districtum, iuxtà decisionem il-
lam, quam referunt *D.Reg. Rouit. in
d. pragm.* 1.*de iur.& exact.fiscal. in fin.
n.*110. vbi Aduersariorum obiectioni-
bus, propositis signantèr ratione con-
sueti pacti de retrouendendo quando-
cumquè, in beneficium Regiæ Curiæ
appositi per Cõsignatarios in instrumẽ-
ris concessionis prædictarum functionũ
fiscalium, plenè respondere complet,&
*D.Præs.Amat.d.conf.*77.*sub n.* 44. quos
sectatur *Lel.Caput.Ad Consuetud.Nea-
pol.§.*6.*de bonis, sub n.*12.*& seq.*

59 Secũdùm quam decisionem, & alias
similes, quæ fuerunt adductæ in pro-
† cessu prædicti D. Berardini de Carde-
nas conuenti,fauore cuius die 16.Mar-
rij 1604. referente Regio Consiliario
Io.Ruiz de Valdeuieso, iunctis Domi-
nis Consiliarijs duarum Aularum,scili-
cèt Salamanca,& Gizzarelli,cum inter-
uentu Domini Præsidis de Vera, Sa-
crum Consilium iudicauit,annuos red-
ditus fiscales,siuè has functiones (de
quibus controuertitur) esse bona extrà
districtum huius Ciuitatis. Ità paritèr
annis retrò elapsis decreuit *Dom. Reg.
D.Ferdinandus Brancia,*olim celeber-
rimus Aduocatus, delegata sibi causa
† vertente inter D. Ramundam Pucces
Marchionissiam Cirellæ,& D. Cathari-
nam Manriquez Principissam Marani,
declarando, introitus super functioni-
bus fiscalibus,remansos in hæreditate
quondam Marchionis Cirellæ, dici ex-
trà districtum,vt refert *D. Reg.de Ma-
rin. in resol.* 70.*n.* 33.*circà fin. tom.* 1.&
testatur *D. Consil. Prouenzal. in d. eius*

60 *obseruat.*18.*sub n.* 19. qui idem procedere ait *n.* 21. *&* 22.respectu fiscalium functionũ in Prouincia ComitatusMolisij,& Terræ Laboris, itàvt etiam censeri debeant extrà districtum Neapolis, quamuis hic fuisse deputatum locum pro illarum exactione, asserat *D.R. Rouit. loc. cit. sub d.n.* 65. & hoc aduersùs ponderata per *Caput.d.n.*12. tùm quia nunquàm vsu receptum est, quod Vniuersitates Prouinciæ predictæ asportent pecunias debitas pro istis functionibus fiscalibus apud Perceptorem in hac Ci-
61 uitate,nam tenerentur potiùs pecuniam asportare ad proprias Assignatariorum domus,qui Regiam Curiã representant, cuiusq;sunt procuratores pro quantitatibus assignatis, & tamen quotidiè fiunt procurationes,& mandata pro exigendis illis in partibus, assignata solita quinquagesima Perceptoribus,vt suprà diximus: tùm etiam quia concessiones redditnũ fiscalium à Regia Curia omnes fiunt vniformes, & quòad omnes assignantur exactiones, faciendæ in eò loco,vbi debentur,prout clarè patet ex varijs instrumentis.

62 Idq;adeò verum est,quod in casu decisionis relatæ in causa istorum de Cardenas aderant functiones,tàm in terra Laboris,quàm in alijs Prouincijs,vt cõstat ex traditis per *D.Præs. Amat. d.cõs.* 77.*sub.n.*2.& ità etiam indistinctè decisum fuisse ibidem legitur,prout nos hactenus demonstrare curauimus.

CONTROVERSIA XXXII.

Introitus assignati per Regiam Curiam super nonnullis Arrendamentis, dicantur nè sub nostrarum Consuetudinum censura comprehensi, vel secùs?

SVMMARIVM.

1 *Secundùm id, quod de functionibus fiscalibus antecedentèr disputauimus, hic paritèr controuertitur de assignationibus per Regiam Curiam factis super varijs arrendamentis: àn scilicèt in eis vigeat nostri Iuris municipalis dispositio.*

Et affirmatiuè concluditur n. 9. *&* 17. *Imò notabilis decisio ad propositum traditur.n.*18.

2 *Ius competens Regiæ Curiæ, exigendi annuos redditus super arrendamentis diuersarum impositionum, differt omninò ab exactione functionum fiscaliũ, & quarè n.seq.*6.*&* 7.

3 *Arrendator dicitur hic emptor omnium prouentuum,& dirictuum spectantium Regiæ Curiæ pro Gabella, & iure arrendato.*

*Tenetur ex pretio per ipsum oblato tẽpore affictus pro rata satisfacere Assignatarijs omnibus eiusdem Regiæ Curiæ,n.*4.*&* 10.

*Et finita solutione, prout vulgo dicitur, per estaleum,ad ampliùs posteà non tenetur,vt describitur n.*5.

6 *Solutio introituum Regiæ Curiæ super Arrendamentis in hac Ciuitate est facienda,cum hic sit destinata,vt n.*8.

9 *Introitus assignati per Regiam Curiam super Arrendamentis, quomodò dicantur Neapoli existere, plenè discutitur, & n.*11.*&* 12.

*Sed quid dicendum, si eueniret casus, quod Arrendamentum detineretur in demanio? n.*13.*cum seqq.*

14 *Lex debet potiùs adaptari ad ea, quæ frequenter,& facilè, quàmquæ perrarò accidunt.*

15 *Arrendamentum quando detinetur in demanio, constituitur per Regiam Curiam illius Gubernator loco arrendatoris.*

*Sed ad quid teneatur iste gubernator, declaratur n.*16

ARGVMENTVM.

Exponitur euidens disparitas, quæ omnimodò assignari debet inter Fiscalium functionum, & Arrendamentorum introitus, hìc Neapoli per Regiam Curiam varijs particularibus venditos, circà præsuppositam illorum existentiam in loco destinatę solutionis.

Rursùs, quod isti redditus, empti super dictis arrendamẽtis per Ciues Neapolitanos censeantur tanquàm res intrà districtum sitæ, veniantq; proindè appellatione bonorum, de quibus loquuntur nostræ Consuetudines, non iniucundè dilucidatur. Nõnullaq; breuitèr in materia fiscalium introituum delibantur.

1 Fiscalium Functionum redditus, venditos per Regiã Curiam varijs particularibus, iudicãdos esse, prout aliæ censentur res, extrà districtum Neapolis existentes, & propterea eiusdem Consuetudinibus non subijci, *antecedenti Controuersia* substinuimus. Modò, vt ibidem promisimus, deueniendo ad solutionem alteriùs quæstionis quòad cæteras assignationes, factas super varijs Arrendamentis diuersarum impositionum, quæ in hac Ciuitate ab Arrendatarijs exiguntur, nõ minori studio, quò suprà, videamus oportet:àn inter præfatos introitus fiscales diuersa militet ratio, aut verò aliqua minimè assignari possit differentia.

2 Pro cuius certaminis decisione, considerandum est principalitèr, diuersum omninò esse Ius competens Regiæ Curiæ, exigendi nimirùm gabellas, vel similes dirictus, qui à particularibus soluuntur intrà huius Ciuitatis districtum existentibus, iuxtà ea, quæ notantur in Ritibus Dohanæ, & Regiæ Cameræ, ab eo iure, quo fiunt venditiones per Regiã Curiam, scilicèt super functionibus fiscalibus Prouinciarum Regni.

3 Quando enim fiunt assignationes istæ supèr prædictis Arrendamentis, constitutus supèr varijs Gabellis, sciendum est, quod Arrendator dicitur emptor omnium iurium, prouentuũ, & dirictuum, ipsi Regiæ Curiæ spectantium pro gabella, & iure arrendato; Promittitur namquè ab illo certum pretium soluendum eidẽ Regiæ Curiæ, à qua causam habent Assignatarij, & super dicto pretio oblato datur, ac consignatur per Regiam Curiã ipsi arrendatori lista onerum, & nominũ
4 Assignatariorum omnium in arrendamento prædicto existentium, vt sciat idẽ arrendator, quod in summa ascendente ad eam quantitatem pretij, illis satisfa-
5 cere debet pro rata; ità vt finita integra solutione, prout vulgo dicimus, per estaleum, nàm singulis quatuor mensibus, vt plurimum, pecunia exacta in publico Banco deponitur, ibiq; omnes Assignatarij ad sibijpsis satisfaciẽdum concurrũt, ad plus dictus Arrendator non teneatur. Quod haud procedit in functionibus fiscalibus, vt desuper insinuauimus.

6 Ex præmissis ergò infertur, quod si quasi contractus fiunt in Regia Camera per ipsos Arrendatores offerẽtes, vt plenè colligitur ex *Rit. Regiæ Cameræ, sub tit. quomodò fideiuss. tenean.* & solutio, ex inueterata Consuetudine eiusdem Regiæ Cameræ, & vt plurimùm etiam ratione contractus, est Neapoli destinata,
7 imò de facto, & de iure, est hìc facienda, & Regia Curia non vendit ipsis particularibus assignatarijs, prout facit in functionibus fiscalibus, ãnuos illos redditus, & iura, eidem ex dictis gabellis spectantia, cùm non possint ipsi particulares emptores exigere dictorũ introituum dirictus, spectantes ad gabellas, sicuti possunt arrendatores; & ex hoc fiat venditio super debitorum nominibus ipsius Regię Curię, nẽpè super pretio recipiẽdo, ac potius super pecunia debita, & proueniẽda quotannis ex venditione, & arrẽdamento prædictarum gabellarũ, vel simi-

similium; Quæ nomina debitorum, cùm
verè,& realitèr existant infrà nostræ Vr-
8 bis districtum, & illorum solutio, siuè
exactio, sit hic destinata, quemadmo-
dùm generalitèr de istis debitorum no-
minibus dicemus infrà in *subsequen. Cō-
trouer. 33.* videtur, sine vllo prorsùs diffi-
cultatis scrupulo, resoluta propositi
quæsiti dubietas, ac vnà simul euidens
9 oritur conclusio, quod scilicèt vēditio-
nes annuorum introituum, factæ per Re-
giam Curiam, cum subsequenti assigna-
tione super dictis arrendamentis, dici
debeant omninò existere infrà districtū
Neapolis, sub cuius Ciuitatis Consue-
tudinibus idcircò comprehendi com-
munitèr asseuerant, *Dom. Reg. de Marin.
lib. 1. var. resol. cap. 70. sub. n. 33. Lel. Ca-
put. in prelud. ad Consuetud. Neapol. §. 6.
de bonis à n. 12. vsq; ad n. 16. & Consil.
Prouenzal. obser. 19. ad Consuetud. si quis
vel si qua, tit. de success. ab intest. n. 6.*
10 Qua proptèr in materia fiscalium in-
troituū, assignationes prædictæ per Re-
giam Curiam diuersis particularibus
factæ, dici quidem possunt venditiones
iuris exigendi certam quantitatem ex
arrendamento, aut arrendatoribus eius-
dem corporis; ità, & talitèr, quod ipsi
arrendatores pro quantitate assignata,
ipsis assignatarijs correspondere tenen-
tur, prout illis præcipitur in similibus
venditionibus annuorum introituum, fa-
11 ctis, & faciendis per Regiam Curiam
super dictis arrendamentis; Et quemad-
modùm eisdem assignatarijs recta via
competeret ius exigendi functiones fi-
scales, quando super eis facta esset ven-
ditio, vel super introitibus extrà Ciui-
tatem existentibus: & per assignationes,
vt suprà, annui fiscales introitus essent
dicēdi in districtu, vel extrà districtum,
secundùm quod ipsa fiscalia vendita, &
assignata existere viderentur, ex rationi-
bus ponderatis per. *D. Reg. Rouit. in prag.
1. de iur. & exact. fiscal.* Sic paritèr, em-
ptiones factæ per prædictos assignata-
rios super arrendamentis, quorum em-
ptores, seù arrendatores promiserunt il-
lorum solutionem hic Neapoli, vel quia
sic possunt cogi, cùm ità sint obligati
ratione quasi cōtractus in Reg. Cameræ
sunt intelligendæ idcircò, prout aliæ res
infrà districtū huius Ciuitatis existētes:
12 Idquè arguitur etiam, ac euidentè.
suadetur hoc dilemmate: nimirùm, quod
aut assignatio, seù specialis venditio su-
per dictis arrēdamentis est attendenda,
& tunc ex natura venditionis, loci con-
tractus, & destinatæ solutionis (nàm hic
Neapoli contrahitur secundùm regulas
venditionum annuorum introituum, &
Dominus noster Prorex hic solutionem
promittit) omninò dici debent tales red-
ditus infrà Ciuitatis districtum. Aut ve-
rò est simplicitèr consideranda ipsa assi-
gnatio super speciali arrendamēto, quod
arrendamentum cùm verè, & realitèr in
esse producatur, & fiat, & hìc Neap. exi-
stat, erunt propterea tali casu dicti in-
troitus infrà districtum etiam iudicandi.
Igitur, concludamus, fas est, quod nec
ratione contractus, & exactionis (cùm
neutrum aliquo modo possit fieri extrà
districtum) nec ratione corporis existē-
tiæ (quoniam omnes ista diuersarum
impositionum Arrendamenta in hac Ci-
uitate constituta reperiuntur) censeātur
proindè ex quauis ratione huiusmodi
introitus, per Regiam Curiam nostris
Ciuibus assignati, vti bona alia extrà di-
strictum existentia, & consequenter Iuri
municipali prorsùs subiecti.
13 Aduertendum tantummodò, ista oc-
casione, superest cum *Lel. Caput.* peritis-
simo quidem viro, & in nostrarū Cōsue-
tudinum explicatione præsertim consu-
matissimo, in *d. §. 6. de bonis n. 16.* quod
in casu, quo aliquod speciale arrenda-
mentum, quia iustus emptor, vel arren-
dator non inueniretur, vel alia ex causa
fuisset per Regiam Curiam in demanio
decemptum, tunc licèt non esset, nisi ad
14 ea, quæ frequentius accidunt, lex adap-
tanda, & per istud accidens non deberet
mutari natura rei; Tamen quando ratio
esset talis, quæ mutaret dictam naturam
ex *vulg. tex. in l. nam ad ea, ff. de legib.* &
15 *l. iusto, ff. de vsucapion.* nec etiā erit diuer-
sus iuris effectus; Siquidē per ipsam R.
Cu-

Curiam dabitur tali casu arrendamentũ prædictum alicui in gubernium, quiGubernator repræsentabit eandem personam eiusdem Arrendatoris, si adesser, excepto, quod non tenebitur ad certam
16 quantitatem, soluendam Regiæ Curiæ, vel eius Assignatarijs, sed secundùm prouentus istius arrendamẽti, iuxtà librum Credenzerij, & pro illa tantùm quantitate, nec vltrà. Sicq; non per hoc non erit hic Neapoli facienda solutio; nam per contractum expressè promittit Gubernator prædicti arrendamenti satisfacere ipsis assignatarijs, ex redditibus tamen proueniendis tempore eius gubernij ab eodem arrendamento, vt sæpè accidit, & obseruari videmus in Regia Camera.
17 Vndè fit quomodocumquè; dùm nũquam poterit dari casus, vt assignatarius debeat de iure, vel ex contractu exigere dictos Regiæ Curiæ dirictus, eidem super arrendamentis venditos: nec illorum arrendator, siuè gubernator teneatur eos soluere extrà districtum huius Ciuitatis; Subiacebunt idcircò, ex prædictis rationibus introitus, empti per Ciues Neapolitanos super istis Arrendamentis, omnimodò Censuræ nostrarum Consuetudinum.
18 Et hæc mihi videtur pura veritas; Quinimò sub meliùs sentientis correctione, ità semper in contigentijs iudicarem; Quemadmodùm etiam decreuit, anno 1639. Dom. Reg. D. Ferdinandus Brãcia, tunc temporis celeberrimus causarum Patronus, moribus, & doctrina conspicuus, delegata sibi per Excellentissimum Dominum Proregem causa illa, vertente inter D. Ramundam Pucces Marchionissam Cirellæ, Legatariæ quondam Marchionis eius Viri, cum D. Catherina Manriquez Principissa Marani, Sorore, & hærede dicti Marchionis; vt scilicèt annui redditus, & introitus super functionibus fiscalibus, existentes in hereditate prædicta, haberentur, tanquam bona extrà districtum; illi autem super arrendamentis omninò iudicarentur, vti res intrà districtum, apud Anastasium à mandatis Scribam, prout refert *D.R. Donat. Ant. de Marin. d. cap. 70 suar. resol. sub. n. 33. circà fin.* cuius, & aliorum idem subsẽtium placito, libẽtèr nunc me subscribo.

CONTROVERSIA XXXIII.

Nomina Debitorum, Iura, & Actiones an loco circumscribantur; ità vt subiaceant municipalium Sanctionum censuræ?

SVMMARIVM.

1 *Appellatione bonorum, an veniant nomina debitorum, iura, & actiones, ità vt comprehendantur etiam sub censura* nostrarum Consuetudinũ? *Quæsiti difficultas latè explicatur à nu. 10. cum omnibus seqq.*
Verùm distinctionis fœdere resoluitur, vt à n. 11. 13. & seq. vbi quamplures Sacri Consilij *decisiones ad propositum ponderantur.*
2 *Annui introitus ex Pontificijs Constitutionibus emuntur, & venduntur super fructibus certæ rei stabilis.*
3 *Census personalis, qui dicatur? nùm differat à reali n. 4. & an in eo cadat petitorium, & possessorium: secundùm regulas Iuris ciuilis, n. 9.*
4 *Cẽsus realis, & personalis definitio exharatur.*
5 *Cẽsus merè personalis est licitus vbi non est recepta, prout in hoc Regno, Bulla* Pij V. *requirentis stabilia certa; Secùs alibi, vt n. 6.*
7 *Obligatio personalis in quolibet censuali contractu est principalis, & submissio posteà certi corporis fructiferi est ad certiorem solutionem.*
8 *Census personalis non venit nomine stabilium.*
9 *Debitoris nomen quid importet?*

12

12 *Nomina debitorum, iura, & actiones cùm sint nullius loci, & tanquàm incorporalia iudicentur, creditorum personas sequuntur.*

14 *Nomina debitorum, censentur esse in loco; item iura, & actiones, propter destinatam illorum exactionem, vel contractus celebrationem in eodem loco?*
Idemq; nonnullis decisionibus ostenditur n.15.& 46.
Imò nostratum authoritatibus, rationibusq; fundatur n.26.27.& 28.

16 *Nomina debitorum loci statutis subiacent, ubi est destinata solutio, & n.18.*
Et hoc eò magis, si debitor, & creditor essent ciues eiusdem loci, vt n.17.

18 *Nomina debitorum, creditorumq; iura, & actiones, licèt non circumscribantur loco, censentur tamen esse in loco destinatæ solutionis, & n.26.*
Hinc debitum Florentinorum, & similium, in Italia soluẽdum, bonis Italicis esse annumerandũ, cũ alijs docet Lapus allegat. 19. *vt n.*20.

21 Tex.in l.Caius, ff.de leg.2.& l.vxorem §.legauerat.ff.de leg. 3. *dispositio declaratur, & n.*22.

23 *Nomina debitorum in loco non possidentur, sed vbicumque existit creditor illa possidere dicitur.*

24 *Pecunia existens in arca, excluditur à legato bonorum, quæ in loco aliquo defunctus possidebat.*
Sed quid dicendum in terminis iuris nostri municipalis, habetur, n.34.

25 *Bonorum existentia infrà districtum qualitèr sit accipienda, vel intelligẽda, attentis* nostris Consuetudinibus.

28 *Consuetudines, loquentes in materia successionis, de vniuersalibus disponunt.*

29 *Bonorum appellatio cõtinet etiam nomina debitorum, iura, & actiones in materia successionis, & in vniuersalibus.*
Et hæc est verior inter DD. opinio vt n. 30.& 35.

31 *Nomina debitorum, non veniunt appellatione mobilium, aut stabilium, sed constituunt tertiã speciẽ ab his distinctam.*

32 Consuetud.Neapol. *simplicitèr loquuntur de bonis, nulla facta distinctione mobilium, aut immobilium.*

33 *Idem valet bonorum appellatio, quod & hæreditatis, iusq; successionis; nec singulas res demonstrat.*

34 *Pecunia, reperta in hæreditate Ciuis Neapolitani, Consuetudinibus etiam, prout alia bona, subiacet; Et ratione suadetur n.seq.*

35 *Appellatione bonorum, siuè hæreditatis quidnam comprehendatur?*

36 *Bona mobilia quo in loco existere intelligãtur: anuè Statutis, vel Consuetudinibus legentur?*

37 *Mobilia, relicta à Ciue Neapolitano, subiacent Consuetudinibus eiusdem Ciuitatis.*

38 *Mobilia respiciunt personam defuncti, immobilia verò loci districtum*

39 L.ę.l.Caputi *opinio contrà* Molfes. *quòad bona mobilia, expenditur.*

40 *Nomina debitorum super annuis redditibus constituta, an comprehendantur etiam sub censura* Neapol. Consuetud. *latè discutitur, vsq; ad n.*46. & 47. *vbi declaratur decisio tradita per* R. Rouit. *contrà* Consil. Minad. loc. *ibi cit.*

41 *Hypothecæ, & alia, quæ reperiuntur apposita in censuali contractũ, pro maiori Creditoris cautela, dicuntur accessoria; nàm id, quod per debitorem debetur est tantùm annuus redditus.*

42 *Nomina debitorum non diuersificantur inter se, quamuis constituantur in annuis redditibus cum speciali obligatione, & hypotheca; & propterea alibi existere non intelliguntur ex existentia bonorum specialitèr obligatorum, sed semper nominis ratio simpliciter est attendenda, & sic locus contractus, & destinatæ illorum solutionis, & n.seqq.*

43 *Bona, siuè specialiter, siuè generaliter hypothecata, non recedunt à dominio, & potestate ipsius debitoris, sed dicuntur cautelæ pro simplici securitate solutionis esse. Siuè consequendæ, vt n.*44.

45 *Bonis peremptis, super quibus per debitorem fuit cẽsus ad maiorem cautelam constitutus, adhuc debetur idem census.*

AR-

ARGVMENTVM.

Notabi lis illa discutitur difficultas, eāquè distinctionis fœdere solui communitèr inter Nostrates, ostenditur: nùm scilicèt debitorū nomina, creditorumuè iura, & actiones appellatione bonorum veniant: anuè censcātur esse in loco destinatæ solutionis; sintquè idcircò iudicanda *Consuetudinum* dispositioni subiecta; quemadmodùm de cæteris bonis, in huius Vrbis districtu existētibus, sancitum reperitur?

Qua de causa, quid dici debeat circà mobilia, & quòad pecuniam repertā in hæreditate Ciuis Neapolitanī, laconicè etiam, nec iniucundè perpenditur.

Et in proprijs terminis variæ Sacri Cōsilij decisiones degustantur.

1 VSque adhùc de annuis redditibus actum est, congruit modò, vt hìc famigeratissimam discutere aggrediamur quęstionem: an scilicèt Debitorū nomina, siquè Iura, & Actiones circumscribantur loco: aut verò tanquam incorporalia, minimè dicantur esse in loco, & propterea non veniant appellatione illorum bonorum; quæ in huius Ciuitatis districtu existentia eiusdem Consuetudinibus subiacent?

Sed principiò quid importent hæc nomina debitorū laconicè, quòad possum, examinare haud nefas existimo, vt deindè faciliùs propositum pertractemus articulum.

2 Sciendum idcircò est, quod inter cęteros census, siuè annuos introitus, quorum frequens est modus emendi, aut vendendi super fructibus certæ rei stabilis ad validitatem contractus ex decantatis Bullis Summorum Pōtificum *Nicolai V.* nimirùm, cuius Bulla reperitur inserta in *Pragm. 1. de censibus*, & *Pij V.* quam inseruit *Nouar. in suo manuali, cap. 17. sub n. 235.* explicatis ad id Constitutionibus *Martini V.* & *Calisti III.* de quibus in *Extrau. de empt. &*

3 *vendit.* habemus etiam alterum genus censuum, qui non sunt impositi super re aliqua immobili, sed debentur hic Ciui Neapolitano, prout alicui alio habēri actionem personalem contra obligarum personaliter ad soluendum pecuniæ quantitatem aliquam, siuè debita sit illa pro vna tātùm vice, siuè aliquot in annis; & census quidem personalis à nonnullis rationabiliter appellatur, inter quos præsertim sunt *Gabriel. cons. 141. n. 11. lib. 2. Duard. de censib. §. 5. n. 7.* & *Cenc. de censib. quæst. 4.* Idq; paritèr colligitur ex *tex. in l. libertis*, *§. Lucius, ff. de annu. legat. l. si quis argentum, §. 1. de donat. cap. 1. §. sciendum, de feud. cogn.*

4 Qui census personalis, cum sit ius percipiendi à persona certam pensionem, differt ex hoc à reali; quoniam dicitur ille, ius percipiendi ex re aliqua stabili, vel quæ pro immobili reputatur, annuam quantitatē, vt tradit præter alios *Sotus lib. 6. de Iust. quæst. 5. art. 1.* quem sectatur *D. Francisc. Verde* meus eruditissimus Præceptor *in lib. 3. Instit. tit. de censib. nu. 2243. cum seqq.* vbi ex multis

5 probat, censum merè personalem esse omninò licitum in hoc Regno, & alibi, si nō sit ibidem recepta Bulla *Pij V.* requirētis stabilia certa; quamuis hoc procedere non possit illis in locis, vbi

6 prædicti Pontificis Cōstitutio est publicata, vsuq; recepta inuenitur, sicuti cōmuniter notāt omnes præcitati Authores; Nàm in omni censuali contractu ista obligatio personalis est principalis,

7 & submissio postea certi corporis fructiferi est ad certiorem solutionem, vt ex *Couarr. lib. 3. var. cap. 7. & 11. nu. 5.* asseuerat *D. R. de Marin. tom. 1. var.*

8 *resol. cap. 28. n. 5.* Census autem personalis non venit nomine stabilium, *Alex. in l. si constante n. 9. ff. sol. matr. Gabriel.* lib.

lib.2.consf.141.n. 15. & qui illum debet
9 nomen debitoris habet,isquè,cui debe-
tur,creditor esse dicitur;imò in eo verè,
& propriè nō cadit nec petitorium, nec
possessorium secundùm regulas iuris ci-
uilis,vt vnanimitèr affirmāt DD.omnes
in l.vlt.ff.quorum bonorum,& post Bald.
in d.cap.1.§.fin.col.vlt.de feud.cognit.&
Abb.in cap.peruenit de censibus,aduertit
D.Consil.Prouezal.in obseruat.19. ad 2.
Consuetud.Neapol.n.2.Verùm diuersita-
tem, quæ in istis nominibus versatur,
optimè perpendit Lel.Caput. in proæm.
ad Consuetud.nostras,§.6. de bonis sub n.
2.&D.R.Rouit.in pragm.5.de censibus si-
gnantèr à n.24.cum seqq.

10 Quibus ergò exharatis,ac ad præsen-
tis Controuersiæ ornatum breuitèr præ-
missis,discutiendum nùnc erit, vt anteà
promisimus,si prædicta debitorū nomi-
na, itèm iura,& actiones, quas iàm de-
functus quæsierat,veniat bonorum ap-
pellatione,quæ loco circumscribuntur;
ità vt in eorum successione,siuè ab inte-
stato,siuè ex testamento,attendi debeat
dispositio Consuetud.exordientis,si quis,
vel si qua sub tit. de success. ab intest. &
Consuet.si aliquis moriens cum sequen.de
success.ex test.Sicq;sint illa iudicanda ex
hoc,prout ibidem dispositum reperitur
de alijs bonis,in huius Ciuitatis distri-
ctu existentibus.

11 Et videtur ex nostratibus quidē om-
nes communitèr vti cōsueto distinctio-
nis fœdere ad conciliandas opinionum
ambiguitates,quę in hoc vigēt articulo,
nimirū,vt præfata debitorū nomina,iu-
ra,& actiones,cū nullius sint loci,& tā-
12 quàm incorporalia iudicētur,creditorū
personas,de quarum successione agitur,
meritò sequantur,ità vt intrà huius Ci-
uitatis districtum censeantur existere,si
creditor Ciuis sit Neapolitanus, vel si
per debitorē hic esset destinata solutio,
extrà verò,si sit exterus,alibiq;facienda
esset exactio.

13 Ità antè alios distinctè hanc firma-
runt conclusionem in terminis nostrarū
municipalium Sāctionum, Ant.de Alex.
in cit.Consuetud.si aliquis moriens, infrà
de success.ex testam.in apost.incip. Nota,
quod potest accidere, vers.quid autem in
nominibus debitorum, vbi ait, se ità iu-
dicasse in propria materia præcit. Con-
suetudinis simul cum Marcello Gazella,
in causa mota inter filios quondam
D. Cæsaris Pignatelli super testamento
D.Sigismundi Pignatelli, & Consil. de
Bottis ibib.in addit.incip.Secundùm hanc
opinionem in fin. fol. mihi 162. vbi asse-
14 runt,iudicari de nominibus debitorum,
proùt de bonis sitis Neapoli, si contra-
ctus tamen sint hic celebrati, vel si ali-
bi, & Neapoli sit destinata solutio; Se-
cus verò si extrà huius Vrbis districtū
sit facienda exactio,iuxtà ea, quæ pon-
derauit Thom. Nancler. in addit. ad d.
Consuetud.si quis,vel si qua fol. 9. in pe-
nult.versic.Verùm in vtroquè casu plu-
riès decisum fuisse in S.C. testantur D.
R.Salernit.decis.1.& D.Pres.de Franch.
decis. 93. in causa nimirùm Ill. Ducis
† Montis Alti,& Comitis Burrelli super
15 hæreditate Ill. D. Petri de Aragonia;
vndè percipitur, nomina debitorum
existentia extrà Ciuitatem Neapolis
haud esse subiecta dispositioni Consue-
tudinum: In causa etiam Io: Alphonsi
† Bisbal cum Comite eius nepote,& in
causa aliquorum de Lembo, cum illis
de Marchesio. Ex quibus decisionibus
infertur,vt nomina debitorum, iura, &
16 actiones iudicentur esse in loco,in quo
destinata est solutio,& ex hoc illius sta-
tutis subijciātur; eò fortiùs, quādo de-
bitor,& creditor essētCiues eiusdē lo-
17 ci,cuius Cōsuetudinibus expressè sub-
iacere dicerentur, vt fatetur idem Præs.
de Franch.loc.cit.n.10.& in eius Add.in-
cip.Aduerte quia, post Consuetud. insert.
inter addit.Consil. de Rubeis ad d. Con-
suetud.si quis,vel si qua.

18 Rursùs ista debitorum nomina,iu-
ra,& actiones, licèt non circumscriban-
tur loco,vt multi vnico ore asseuerant
ex tex.in l.vxorē.§.legauerat,ff. de leg.
3.& in l.Caius,ff.de leg.2. & repetitum
est præced.Controuer.Tamen per effectū
solutionis,in eo loco censentur, in quo
de iure, & de facto exigi possunt. Quæ

verb. districtum, n. 355. in Consuetud. si moriatur, verb. facultatem, n. 83. vers. sed de quibus, vbi *Addent. in Cõsuetud. si quis, vel si qua, ver. in bonis om nibus, n. 174. & in Consuetud. Pupillus, n. 8. Capyc. decis. 159. in princ. Reg. Reuert. in suo discursu impresso in calce Consuetud.* cum
36 alijs alibi allegatis; Idq; ex iurisdictionis defectu in Statuentibus procedere dixit *Bald. in l. necessarium, ff. de orig. iur.* & probat *tex. in l. extrà territorium, ff. de iurisd. omn. iudic.* Vndè cum ex præmissis plenè colligatur, functiones istas fiscales deberi à personis ratione rerum
37 in Regno, easquè solui in Prouincijs, nàm succedunt in locum collectarum; meritò huiusmodi introitus connumerari non possunt intrà hunc districtum, & successiuè subiacere nostris Consuetudinibus non debent.
38 Quod autem functiones, siuè annui redditus isti fiscales debeantur Regiæ Curiæ loco collectarum, quæ quolibet anno imponebãtur personis pro rebus, obseruat post *Capyc. in inuest. feud. verb. feudorum clausulæ col. 52. vers. in Regno, fol. mihi 118. R. Rouit. in d. . all. super prag. 1. de iur. & ex act. fisc. n. 68.* Et ità semper fuerunt exacti à tempori-
39 bus Regis Alfonsi vsq; adhùc, in locum scilicèt collectarũ, quas, inspecta iuris communis dispositione, dici onus mixtum, asserit *D. Præs. Amat. d. consil. 77. n. 19.* quia soluũtur à persona ratione rei ex *Bart. in l. rescripto, § sciendum n. 4. ff. de muner. & bonor. & in l. libertus, § so-*
40 *la, ff. ad municipal.* At vbi annua præstatio non est merè personalis, sed realis, aut mixta, sequitur tali casu, eam iudicari debere, prout cætera immobilia, ex notatis per *Bald. in cap. 1. § sciendum, vers. ego dico, & vers. 2. & 3. de*
41 *feud. cognit.* Quæ bona stabilia in Regno cum non subiaceant Consuetud. Neapolis, sequitur ergò, vt ipsarum censuris, nec etiam ligentur functiones fiscales, siuè collectæ, quarum solutio à personis est facieda ratione rerũ, quia dicitur onus ordinariũ, & patrimonia-
42 le, nuncupatur propterea collecta; siquidem ob continuam, & ordinariam exactionem in effectu idem erat, ac indictum, quod dicitur munus Canonicum, patrimoniale, & ordinarium, secũdùm *Gloss. tex. in l. indictiones, C. de ann. & trib.* vt notauit *Andr. in cap. 1. verb. extraordinaria, vers. de collecta, n. 61.* quem sectatur *Afflict. ibid. n. 14.* subdẽs, quod illud, quod erat indictum Imperator Federicus vocauit collectam, quemadmodum fatetur etiam *Luc. de Penn. in l. 1. C. de indict. lib. 10.* Idq; est
43 adeò verum, quod etiam non subditi, siuè exteri bona tenentes, tenentur soluere dictam collectam, eò quod est ordinariũ, sicq; onus patrimoniale dicitur, nàm imponitur super rebus, nulla habita ratione personæ, quod sit forensis, & consequenter, extrà iurisdictionem, vt in specie de Consuetudine Italiæ, testatur *Bald. in l. etiam n. 13. circà fin. C. de execut. rei iud. Alex. consi. 52. n. 5. & seq. lib. 5. & consi. 68. n. 10. lib. 2. Dec. consil. 694. per tot.* signantèr *n. 8. Ias. in l. placet n. 3. in fin. C. de Sacros. Eccles.* vbi esse onus merè reale, asseuerat. *Loffr. in paraphrasi, tit. quæ sint regal. in fin. Antibol. de muner. & honor. § 2. primæ diuision. n. 28.* Et de communi praxi Galliæ ità seruari, affirmat *Addit. ad Alex. consi. 161. lit. C. in ver. Consuetudinem vol. 1.* prout paritèr eadem attenditur Consuetudo in Regno, teste *And. in tit. quæ sint regal. n. 54.* & *Capyc. in d. vers. feudorum clausulæ n. 56. vers. quod autem,*
44 post *Dec. d. cons. 694.* quos cum alijs multis allegant *D. Reg. Rouit. & Præs. Amat. loc. suprà cit.* Verùm hoc limitatur in Ciuibus Neapolitanis, qui sunt immunes, & exempti à solutione dictarum collectarum, seù fiscalium functionum pro bonis, vt tradit *D. R. de Marin. in decr. gener. Reg. Cameræ 147.*
45 Hinc igitur infertur, quod hi annui fiscales redditus, qui prò immobilibus reputabantur, prout verè sunt, dùm non reperiuntur limitati ad modicum tempus, sed sunt perpetui, iuxtà commune omnium placitum, sicut ex *Bald. in l. etiam, col. 2. C. de except. rei iud.* & *Gloss.*

Gloss.in l.iubemus,in verb.annonas, vbi *Bart.Bald.Castr.*cum alijs.*C.de Sacros. Eccles.* asserit *D.R.Rouit.d.alleg.*1.*n.66.* infinitos cumulans *n.67.* etiam si essent
46 redimibiles cum pacto de retrouendendo quandocumquè, vt in casu nostro, quemadmodùm declarant *Tiraquell.de retract.proxim.*§.1.*glos.*14. *nu.* 120.*& de retract.conuent.*§.2.*n.* 39.*per tex.in l.sufficit,ff.de cond.indeb.Praes.de Franch.decis.*362.*n.*7.*Couarr.lib.*3.*var. cap.*7.*n.*2.*Surd.decis.*204.*n.* 10. vbi latè *Dom. Consil.Hodiern.in addit.*qui alios nouitèr congerit,*Roderic.de ann.reddit. quaest.*3.*lib.* 1. *Cenc.de censib. par.* 1. *cap.* 3.*quaest.*1.*art.*2. *& in decis.* 3.*n.* 14.*post d.tract. de censib. Grat. tom.*5.*discep.forens.cap.*981.*& tom.*3.*cap.*585.*n.* 6.*Camill.de Medic. cons.* 133.*&* 152. Solui
47 debent propterea non solùm in locum collectarum,sicquè à personis rationerum stabilium; sed etiam ab exteris bona tenentibus, principalitèr soluuntur ratione cohaerentiae, vt suprà dedu-
48 ctum est.Idcircò si redditus,qui ex re immobili percipiuntur absq; aliqua cōtrouersia municipalibus minimè subijciuntur Iuribus,cum sint eiusdem naturae,ac est res extrà iurisdictionē existēs, super qua illi debentur, vt ait *Angel.in l.regularitèr,vers.quaedam est impropria ff.de pet.hered.*& latè *Tiraquell.in prin. retract.*§. 32. *n.* 79.*&* 83.*vers.tamen si ea, cum seq.*sequitur ex hoc, quod nec etiam nostrisConsuetudinibus pro reliqua parte fiscalium functionū Ius subij-
49 ci possit; cum vnicum sanè sit in quauisProuincia,vbi fuit destinata exactio; & proindè diuerso iure eadem res censeri non debeat, iuxtà *tex. in l. eum qui aedes,ff.de vsucap.*

50 Quae cōclusio tantò faciliùs locum habebit,quia dato,& nō concesso quod functiones praedictae inter mobilia cōnumerarentur,ac si essent annui redditus modico tempore duraturi, prout
51 alij voluerunt,dici tamen nequaquàm poterunt subiectae Neapolitanis Consuetudinibus,quae licèt eādē vimhabeant,tàm in mobilibus,quam instabilibus,prout admonēt *Capyc.decis.* 194.*n.* 16.*Ant.de Alex. in Consuetud. si aliquis moriens,in apostill.incip. nota quod potest accidere,vers. de bonis, fol. mihi* 162.& *Praes.de Franch,decis.*93.*in princ.& alibi* Id nihilominùs,vt demonstrabimus *cō-*
52 *tr.*33.*n.*36.procedit,quādo nimirū mobilia sunt etiàm intrà huius Vrbis districtum,non autem si essent extrà,vt in casu nostro,propter solutionem destinatam in Prouincijs;quia tunc in mobilibus istis non haberent locum consuetudines,vt ibidem declarabimus.

53 Functiones verò fiscales, quod exigantur in proprijs debitorum Prouincijs,super quibus fuerunt venditi introitus praedicti,pūctualiter probat *Rebuff.* loquens de collectis ex *tex.in l. mediterranea n.*2.*C.de ann. & tribut. lib.*10.
54 per quem disponitur, quod tributa per Ciuitates deferri nō debēt ad extranea loca;cuius *tex.*dispositioni licèt respondeat *Consil.de Ann.loc.cit.n.*17. dicens, non posse illum procedere in Regno, quod dicitur vnica Prouincia,quia vnū habet Regem,ex *Andr.in constit.Consuetudinē,*vbi *Afflict.n.* 5.*& Luc.de Penn.in l.fin.n.*3.*C.de discussor.lib.* 10.tamen eius responsio benè militaret, quando Dominus noster Rex non constituisset in Regno plures Prouincias,prout fecit.Et ità iuris communis dispositione relicta, idem dispositum habetur in hoc Regno ex conuentione habita cum eodem Rege Alphonso Primo,vt notoriè cōstat ex *Cap.Ciuit. Neap.*& propriè *cap.*4. *in fin.* illis in verbis, *lo quale pagamento, &c.* imò apertè deducitur ex *d.prag.*1.*Regis Ferdinādi,circà princ.tit.de iur.& exact. fisc.* vbi deputatum fuisse in qualibet Prouincia perceptorē, qui fiscales istas functiones exigeret, notat *D. R.Rouit.* vt diximus.

54 Eapropter cauendum erit à *D.Consil.de Anna*,dum *loc.cit.sub n.*21.*vers.ex istis patet*, scripsit, functiones de iure soluendas esse in Ciuitate, & hìc posse fieri illarum exactionem, cùm solùm de facto exigantur in Prouincia. Veritas namq; ex praxi videtur manifesta,

K quod

quòd tàm attento iure communi, quàm speciali pacto cum nostris Regibus habito, fieri debeant exactiones functionum fiscalium in Prouincia, præsertim respectu Concessionatiorum Regię Curiæ, qui propterea solent conuenire cũ Perceptoribus, vt pro ista exactione facienda in Prouincijs, & asportatione pecuniæ ad hanc Ciuitatem, soluãt eisdem quinquagesimã partem eius, quod percipiunt ipsi Consignatarij à dictis Vniuersitatibus.

55 Ex his paritèr neq; obstabit quod põderauerunt *D. Consil. de Ann. in d. alleg. inserta inter consil. Præs. de Amato, n.* 20. & *Io: Vincent. Cavaler. in eius allegat. inser. in obser.* 18. *D. Cõs. Prouēzal. ad Cõsuet. Neap. circà fin.* vt ille nimirũ, qui est Regis debitor, omnimodò teneatur pecuniã deferre vbi Rex degit, vel vbi, eius loco, adest Thesautarius; prout similitèr in casu nostro Fiscales istas functiones Domino Regi de iure soluere tenentur ipsius subditi in hac Ciuitate, illo scil. argumento, quia quando promittitur pecunia, vel legatur magno Militi, 56 Nobili, aut Prælato habitãti in Comitatu, verisimilitèr actum videtur, vt debitor, si sit inferioris conditionis, accedere debeat in locũ istius creditoris pro facienda solutione, iuxtà doctrinam *Bartoli in l. item illa, n.* 13. *ff. de constit. pec.* qui ad hoc allegat *tex. in l. si cum dies* 26. *§. si arbiter, vers. quid ergo, ff. de arbitr. & l. cum hæres, vbi gloss. in verb. verisimile, ff. de leg.* 1. sicq; tantò magis vassallus respectù eius Domini, cui obsequium debet, vt inquit *Bald. in l. fin. C. de condit. inser.* per *tex. in l. si susceperit, §.* 1. *ff. de iudic.* post *Angel. Imol.* aliosq; *DD. in l. cum filius, §. fin. ff. de verb. obligat.* & sequitur idem com-57 probans *Natt. consf.* 513. etiam si debitor, & creditor sint eiusdem fori, quod solutio fieri debeat semper in domo creditoris, ob ipsius nobilitatem, & debitam ei reuerentiam. Siquidem hoc benè procederet, cùm nihil statutum esset circà destinationem loci pro solutione facienda; tunc enim hic locus respectù prædictæ solutionis esset attendendus, & in hac Ciuitate posset fieri præfata exactio; secùs quando circà id expressè reperitur conuentum (vt in casu, de quo agitur) functiones nempè fiscales soluendas esse in destinatis Prouincijs, & sicuti hodiè ex antiqua Cõsuetudine obseruatur.

58 Vndè absq; vllo prorsùs scrupulo, dubioq; procul verior erit opinio in tali articulo, videlicèt quod functiones fiscales censeri debeant extrà nostræ Vrbis districtum, iuxtà decisionem illam, quam referunt *D. Reg. Rouit. in d. pragm.* 1. *de iur. & exact. fiscal. in fin. n.* 110. vbi Aduersariorum obiectionibus, propositis signantèr ratione consueti pacti de retrouendendo quandocumquè, in beneficium Regiæ Curiæ appositi per Cõsignatarios in instrumẽtis concessionis prædictarum functionũ fiscalium, plenè respondere complet, & *D. Præs. Amat. d. cons.* 77. *sub n.* 44. quos sectatur *Lel. Caput. Ad Consuetud. Neapol. §. 6. de bonis, sub n.* 12. *& seq.*

59 Secũdùm quam decisionem, & alias similes, quæ fuerunt adductæ in pro-† cessu prædicti D. Berardini de Cardenas conuenti, fauore cuius die 16. Martij 1604. referente Regio Consiliario Io. Ruiz de Valdeuieso, iunctis Dominis Consiliarijs duarum Aularum, scilicèt Salamanca, & Gizzarelli, cum interuentu Domini Præsidis de Vera, Sacrum Consilium iudicauit, annuos redditus fiscales, siuè has functiones (de quibus controuertitur) esse bona extrà districtum huius Ciuitatis. Ità paritèr annis retrò elapsis decreuit *Dom. Reg. D. Ferdinandus Brancia*, olim celeberrimus Aduocatus, delegata sibi causa † vertente inter D. Ramundam Pucces Marchionissam Cirellæ, & D. Catharinam Mantiquez Principissam Matani, declarando, introitus super functionibus fiscalibus, remansos in hæreditate quondam Marchionis Cirellæ, dici extrà districtum, vt refert *D. Reg. de Marin. in resol.* 70. *n.* 33. *circà fin. tom.* 1. & testatur *D. Consil. Prouenzal. in d. eius*

60

60 obseruat. 18. sub n. 19. qui idem procedere ait n. 21. & 22. respectu fiscalium functionũ in Prouincia Comitatus Molisij, & Terræ Laboris, itàvt etiam censeri debeant extrà districtum Neapolis, quamuis hic fuisse deputatum locum pro illarum exactione, asserat *D.R. Rouit. loc. cit. sub d.n.* 65. & hoc aduersùs ponderata per *Caput. d. n.* 12. tùm quia nunquàm vsu receptum est, quod Vniuersitates Prouinciæ prædictæ asportent pecunias debitas pro istis functionibus fiscalibus apud Perceptorem in hac Ci-
61 uitate, nam tenerentur potiùs pecuniam asportare ad proprias Assignatariorum domus, qui Regiam Curiã repræsentant, cuiusq; sunt procuratores pro quantitatibus assignatis, & tamen quotidiè fiunt procurationes, & mandata pro exigendis illis in partibus, assignata soluta quinquagesima Perceptoribus, vt suprà diximus: tùm etiam quia cònceßiones redditutũ fiscalium à Regia Curia omnes fiunt vniformes, & quòad omnes assignantur exactiones, faciendæ in eò loco, vbi debentur, prout clarè patet ex varijs instrumentis.

62 Idq; adeò verum est, quod in casu decisionis relatæ in causa istorum de Cardenas aderant functiones, tàm in terra Laboris, quàm in alijs Prouincijs, vt cõstat ex traditis per *D. Præs. Amat. d. cõs.* 77. *sub. n.* 2. & ità etiam indistinctè decisum fuisse ibidem legitur, prout nos hactenus demonstrare curauimus.

CONTROVERSIA XXXII.

Introitus assignati per Regiam Curiam super nonnullis Arrendamentis, dicantur nè sub nostrarum Consuetudinum censura comprehensi, vel secùs?

SVMMARIVM.

1 *Secundùm id, quod de functionibus fiscalibus antecedentèr disputauimus, hic paritèr controuertitur de assignationibus per Regiam Curiam factis super varijs arrendamentis: àn scilicèt in eis vigeat nostri Iuris municipalis dispositio.*

Et affirmatiuè concluditur n. 9. & 17. Imò notabilis decisio ad propositum traditur. n. 18.

2 *Ius competens Regiæ Curiæ, exigendi annuos redditus super arrendamentis diuersarum impositionum, differt omninò ab exactione functionum fiscaliũ, & quarè n. seq. 6. & 7.*

3 *Arrendator dicitur hic emptor omnium prouentuum, & diri ctuum spectantium Regiæ Curiæ pro Gabella, & iure arrendato.*

Tenetur ex pretio per ipsum oblato tẽpore affictus pro rata satisfacere Assignatarijs omnibus eiusdem Regię Curiæ, n. 4. & 10.

Et finita solutione, prout vulgo dicitur, per estaleum, ad ampliùs postcà non tenetur, vt describitur n. 5.

6 *Solutio introituum Regiæ Curiæ super Arrendamentis in hac Ciuitate est facienda, cum hic sit destinata, vt n. 8.*

9 *Introitus assignati per Regiam Curiam super Arrendamentis, quomodò dicantur Neapoli existere, plenè discutitur, & n. 11. & 12.*

Sed quid dicendum, si cueniret casus, quod Arrendamentum detineretur in demanio? n. 13. cum seqq.

14 *Lex debet potiùs adaptari ad ea, quæ frequenter, & facilè, quàmquæ perrarò accidunt.*

15 *Arrendamentum quando detinetur in demanio, constituitur per Regiam Curiam illius Gubernator loco arrendatoris.*

Sed ad quid teneatur iste gubernator, declaratur n. 16

ARGVMENTVM.

Exponitur euidens disparitas,quæ omnimodò assignari debet inter Fiscalium functionum, & Arrendamentorum introitus, hìc Neapoli per Regiam Curiam varijs particularibus venditos, circà præsuppositam illorum existentiam in loco destinatę solutionis.

Rursùs,quod isti redditus,empti super dictis arrendamētis per Ciues Neapolitanos censeantur tanquàm res intrà districtum sitæ, veniantq;proindè appellatione bonorum,de quibus loquuntur nostræ Consuetudines,non iniucundè dilucidatur. Nōnullaq;breuitèr in materia fiscalium introituum delibantur.

1 Iscalium Functionum redditus,venditos per Regiā Curiam varijs particularibus,iudicādos esse,prout aliæ censentur res,extrà districtum Neapolis existentes , & propterea eiusdem Consuetudinibus non subijci , *antecedenti Controuersia* substinuimus. Modò,vt ibidem promisimus,deueniendo ad solutionem alteriùs quæstionis quòad cæteras assignationes, factas super varijs Arrendamentis diuersarum impositionum, quæ in hac Ciuitate ab Arrendatarijs exiguntur; nō minori studio,quò suprà , videamus oportet:àn inter præfatos introitus fiscales diuersa militet ratio , aut verò aliqua minimè assignari possit differentia.

2 Pro cuius certaminis decisione, considerandum est principalitèr,diuersum omninò esse Ius competens Regiæ Curiæ , exigendi nimirùm gabellas, vel similes drictus,qui à particularibus soluuntur intrà huius Ciuitatis districtum existentibus,iuxtà ea,quæ notantur in Ritibus Dohanæ , & Regiæ Cameræ,ab eo iure,quo fiunt venditiones per Regiā Curiam , scilicèt super functionibus fiscalibus Prouinciarum Regni.

3 Quando enim fiunt assignationes istæ supèr prædictis Arrendamentis,constitutis supèr varijs Gabellis , sciendum est, quod Arrendator dicitur emptor omnium iurium,prouentuū,& drictuum, ipsi Regiæ Curiæ spectantium pro gabella, & iure arrendato ; Promittitur namquè ab illo certum pretium soluendum eidē Regiæ Curiæ,à qua causam habent Assignatarij , & super dicto pretio oblato datur,ac consignatur per Regiam Curiā ipsi arrendatori lista onerum,& nominū

4 Assignatariorum omnium in arrendamento prædicto existentium,vt sciat idē arrendator , quod in summa ascendente ad eam quantitatem pretij, illis satisfa-

5 cere debet pro rata;ità vt finita integra solutione,prout vulgo dicimus,per estaleum,nàm singulis quatuor mensibus,vt plurimum , pecunia exacta in publico Banco deponitur,ibiq;omnes Assignatarij ad sibijpsis satisfaciēdum concurrūt, ad plus dictus Arrendator non teneatur. Quod haud procedit in functionibus fiscalibus,vt desuper insinuauimus.

6 Ex præmissis ergò infertur , quod si quasi contractus fiunt in Regia Camera per ipsos Arrendatores offerētes, vt plenè colligitur ex *Rit. Regiæ Cameræ , sub tit. quomodò fideiuss.tenean.* & solutio, ex inueterata Consuetudine eiusdem Regiæ Cameræ, & vt plurimùm etiam ratione contractus,est Neapoli destinata,

7 imò de facto,& de iure,est hìc facienda, & Regia Curia non vendit ipsis particularibus assignatarijs , prout facit in functionibus fiscalibus,ānuos illos redditus , & iura,eidem ex dictis gabellis spectantia,cùm non possint ipsi particulares emptores exigere dictorū introituum drictus,spectantes ad gabellas,sicuti possunt arrendatores;& ex hoc fiat venditio super debitorum nominibus ipsius Regię Curię,nēpè super pretio recipiēdo,ac potius super pecunia debita,& prouenieēda quotannis ex venditione, & arrēdamento prædictarum gabellarū,vel simi-

similium; Quæ nomina debitorum, cùm verè,& realitèr existant infrà nostræ Vr-
8 bis districtum, & illorum solutio, siuè exactio, sit hic destinata, quemadmodùm generalitèr de istis débitorum nominibus dicemus infrà in *subsequen.Cōtrouer.33.* videtur, sine vllo prorsùs difficultatis scrupulo, resoluta propositi quæsiti dubietas, ac vnà simul euidens
9 oritur conclusio, quod scilicèt vēditiones annuorum introituum, factæ per Regiam Curiam, cum subsequenti assignatione super dictis arrendamentis, dici debeant omninò existere infrà districtū Neapolis, sub cuius Ciuitatis Consuetudinibus idcircò comprehendi communitèr asseuerant, *Dom.Reg.de Marin. lib.1.var.resol.cap.70.sub.n.33. Lel. Caput.in prælud.ad Consuetud.Neapol.§.6. de bonis à n.12. vsq; ad n. 16.& Consil. Prouenzal.obser.19.ad Consuetud.si quis vel si qua, tit.de success.ab intest. n.6.*
10 Qua proptèr in materia fiscalium introituū, assignationes prædictæ per Regiam Curiam diuersis particularibus factæ, dici quidem possunt venditiones iuris exigendi certam quantitatem ex arrendamento, aut arrendatoribus eiusdem corporis; ità,& talitèr, quod ipsi arrendatores pro quantitate assignata, ipsis assignatarijs correspondere tenentur, prout illis præcipitur in similibus venditionibus annuorum introituum, fa-
11 ctis, & faciendis per Regiam Curiam super dictis arrendamentis; Et quemadmodùm eisdem assignatarijs recta via competeret ius exigendi functiones fiscales, quando super eis facta esset venditio, vel super introitibus extrà Ciuitatem existentibus:& per assignationes, vt suprà, annui fiscales introitus essent dicēdi in districtu, vel extrà districtum, secundùm quod ipsa fiscalia vendita, & assignata existere viderentur, ex rationibus ponderatis per. *D.Reg.Ronit.in prag. 1.de iur.& exact.fiscal.* Sic paritèr, emptiones factæ per prædictos assignatarios super arrendamentis, quorum emptores, seù arrendatores promiserunt illorum solutionem hic Neapoli, vel quia sic possunt cogi, cùm ità sint obligati ratione quasi cōtractus in Reg.Cameræ sunt intelligendæ idcircò, prout aliæ res infrà districtū huius Ciuitatis existētes.
12 Idquè arguitur etiam, ac euidentè suadetur hoc dilemmate: nimirùm, quod aut assignatio, seù specialis venditio super dictis arrēdamentis est attendenda, & tùnc ex natura venditionis, loci contractus,& destinatæ solutionis(nàm hic Neapoli contrahitur secundùm regulas venditionum annuorum introituum, & Dominus noster Prorex hic solutionem promittit)omninò dici debent tales redditus infrà Ciuitatis districtum. Aut verò est simplicitèr consideranda ipsa assignatio super speciali arrendamēto, quod arrendamentum cùm verè,& realitèr in esse producatur,& fiat,& hìc Neap. existat, erunt propterea tali casu dicti introitus infrà districtum etiam iudicandi.

Igitur, concludamus, fas est, quod nec ratione contractus,& exactionis (cùm neutrum aliquo modo possit fieri extrà districtum)nec ratione corporis existētiæ (quoniam omnes ista diuersarum impositionum Arrendamenta in hac Ciuitate constituta reperiuntur)censeātur proindè ex quauis ratione huiusmodi introitus, per Regiam Curiam nostris Ciuibus assignati, vti bona alia extrà districtum existentia, & consequenter Iuri municipali prorsùs subiecti.

13 Aduertendum tantummodò, ista occasione, superest cum *Lel.Caput.* peritissimo quidem viro,& in nostrarū Cōsuetudinum explicatione præsertim consumatissimo, in *d.§. 6.de bonis n. 16.* quod in casu, quo aliquod speciale arrendamentum, quia iustus emptor, vel arrendator non inueniretur, vel alia ex causa fuisset per Regiam Curiam in demanio detemptum, tunc licèt non esset, nisi ad
14 ea, quæ frequentius accidunt, lex adaptanda,& per istud accidens non deberet mutari natura rei; Tamen quando ratio esset talis, quæ mutaret dictam naturam ex *vulg.tex.in l.nam ad ea; ff. de legib.&*
15 *l.iusto, ff.de vsucapion.* nec etiā erit diuersus iuris effectus; Siquidē per ipsam R.

Cu-

Curiam dabitur tali casu arrendamentū prædictum alicui in gubernium, qui Gubernator repræsentabit eandem personam eiusdem Arrendatoris, si adesset, excepto, quod non tenebitur ad certam
16 quantitatem, soluendam Regiæ Curiæ, vel eius Assignatarijs, sed secundùm prouentus istius arrendamēti, iuxtà librum Credenzerij, & pro illa tantùm quantitate, nec vltrà. Sicq; non per hoc non erit hìc Neapoli facienda solutio; nam per contractum expresè promittit Gubernator prædicti arrendamenti satisfacere ipsis assignatarijs, ex redditibus tamen prouenîendis tempore eius gubernij ab eodem arrendamento, vt sępè accidit, & obseruari videmus in Regia Camera.
17 Vndè fit quomodocumquè; dùm nūquam poterit dari casus, vt assignatarius debeat de iure, vel ex contractu exigere dictos Regiæ Curiæ directus, eidem super arrendamentis venditos: nec illorum arrendator, siuè gubernator teneatur eos soluere extrà districtum huius Ciuitatis; Subiacebunt idcircò, ex prædictis rationibus introitus, empri per Ciues Neapolitanos super istis Arrendamentis, omnimodò Censuræ nostrarum Consuetudinum.
18 Et hæc mihi videtur pura veritas; Quinimò sub meliùs sentientis correctione, ità semper in contigentijs iudicarem; Quemadmodùm etiam decreuit, anno 1639. Dom. Reg. D. Ferdinandus Brācia, tunc temporis celeberrimus causarum Patronus, moribus, & doctrina conspicuus, delegata sibi per Excellentissimum Dominum Proregem causa illa, vertente inter D. Ramundam Pucces Marchionissam Cirellæ, Legatariæ quondam Marchionis eius Viri, cum D. Catherina Manriquez Principissa Marani, Sorore, & hærede dicti Marchionis; vt scilicèt annui redditus, & introitus super functionibus fiscalibus, existentes in hereditate prędicta, haberentur, tanquam bona extrà districtum; illi autem super arrendamentis omninò iudicarentur, vti res intrà districtum, apud Anastasium à mandatis Scribam, prout refert *D.R. Donat. Ant. de Marin. d. cap. 70. suar. resol. sub. n. 33. circà fin.* cuius, & aliorum idem substinētium placito, libētèr nunc me subscribo.

CONTROVERSIA XXXIII.

Nomina Debitorum, Iura, & Actiones an loco circumscribantur; ità vt subiaceant municipalium Sanctionum censuræ?

SVMMARIVM.

1 *Appellatione bonorum, an veniant nomina debitorum, iura, & actiones, ità vt comprehendantur etiam sub censura* nostrarum Consuetudinū? *Quæsiti difficultas latè explicatur à nu. 10. cum omnibus seqq. Verùm distinctionis fœdere resoluitur, vt à n. 11. 13. & seq. vbi quamplures* Sacri Consilij *decisiones ad propositum ponderantur.*

2 *Annui introitus ex Pontificijs Constitutionibus emuntur, & venduntur super fructibus certæ rei stabilis.*

3 *Census personalis, qui dicatur? nùm differat à reali n. 4. & an in eo cadat petitorium, & possessorium; secundùm regulas Iuris ciuilis, n. 9.*

4 *Cēsus realis, & personalis definitio exharatur.*

5 *Cēsus merè personalis est licitus vbi non est recepta, prout in hoc Regno, Bulla* Pij V. *requirentis stabilia certa; Secùs alibi, vt n. 6.*

7 *Obligatio personalis in quolibet censuali contractu est principalis, & submissio posteà certi corporis fructiferi est ad certiorem solutionem.*

8 *Census personalis non venit nomine stabilium.*

9 *Debitoris nomen quid importet?*

22 *Nomina debitorum, iura, & actiones cùm sint nullius loci, & tanquàm incorpolaria iudicentur, creditorum personas sequuntur.*

24 *Nomina debitorum, censentur esse in loco; item iura, & actiones, propter destinatam illorum exactionem, vel contractus celebrationem in eodem loco?*

Idemq; nonnullis decisionibus ostenditur n.15. & 46.

Imò nostratum authoritatibus, rationibusq; fundatur n.26.27. & 28.

26 *Nomina debitorum loci statutis subiacent, vbi est destinata solutio, & n.18.*

Et hoc eò magis, si debitor, & creditor essent ciues eiusdem loci, vt n.17.

28 *Nomina debitorum, creditorumq; iura, & actiones, licèt non circumscribantur loco, censentur tamen esse in loco destinatæ solutionis, & n.26.*

Hinc debitum Florentinorum, & similium, in Italia soluẽdum, bonis Italicis esse annumerandũ, cũ alijs docet Lapus allegat. 19. *vt n.20.*

21 Tex. in l. Caius, ff. de leg. 2. & l. vxorem §. legauerat. ff. de leg. 3. *dispositio declaratur, & n.22.*

23 *Nomina debitorum in loco non possidentur, sed vbicumque existit creditor illa possidere dicitur.*

24 *Pecunia existens in area, excluditur à legato bonorum, quæ in loco aliquo defunctus possidebat.*

Sed quid dicendum in terminis iuris nostri munic[illegible]lis, habetur, n.34.

25 *Bonorum [illegible]tia infrà districtum qualitèr sit accipienda, vel intelligẽda, attentis* nostris Consuetudinibus.

28 *Consuetudines, loquentes in materia successionis, de vniuersalibus disponunt.*

29 *Bonorum appellatio cõtinet etiam nomina debitorum, iura, & actiones in materia successionis, & in vniuersalibus.*

Et hæc est verior inter DD. opinio vt n. 30. & 35.

31 *Nomina debitorum, non veniunt appellatione mobilium, aut stabilium, sed constituunt tertiã speciẽ ab his distinctam.*

32 Consuetud. Neapol. *simplicitèr loquuntur de bonis, nulla facta distinctione mobilium, aut immobilium.*

33 *Idem valet bonorum appellatio, quod & hæreditatis, iusq; successionis; nec singulas res demonstrat.*

34 *Pecunia, reperta in hæreditate Ciuis Neapolitani, Consuetudinibus etiam, prout alia bona, subiacet; Et ratione suadetur n.seq.*

35 *Appellatione bonorum, siuè hæreditatis quidnam comprehendatur?*

36 *Bona mobilia quo in loco existere intelligãtur: anuè Statutis, vel Consuetudinibus legentur?*

37 *Mobilia, relicta à Ciue Neapolitano, subiacent Consuetudinibus eiusdem Ciuitatis.*

38 *Mobilia respiciunt personam defuncti, immobilia verò loci districtum*

39 Lel. Caputi *opinio contrà* Molfes. *quò ad bona mobilia, expenditur.*

40 *Nomina debitorum super annuis redditibus constituta, an comprehendantur etiam sub censura* Neapol. Consuetud. *latè discutitur, vsq; ad n.46. & 47. vbi declaratur decisio tradita per* R. Rouit. *contrà* Consil. Minad. loc. *ibi cit.*

41 *Hypotheca, & alia, quæ reperiuntur apposita in censuali contractũ, pro maiori Creditoris cautela, dicuntur accessoria; nàm id, quod per debitorem debetur est tantùm annuus redditus.*

42 *Nomina debitorum non diuersificantur inter se, quamuis constituantur in annuis redditibus cũm speciali obligatione, & hypotheca; & propterea alibi existere non intelliguntur ex existentia bonorum specialitèr obligatorum, sed semper nominis ratio simpliciter est attendenda, & sic locus contractus, & destinatæ illorum solutionis, & n.seqq.*

43 *Bona, siuè specialiter, siuè generaliter hypothecata, non recedunt à dominio, & potestate ipsius debitoris, sed dicuntur cautelæ pro simplici securitate solutionis esse, siuè consequendæ, vt n.44.*

45 *Bonis peremptis, super quibus per debitorem fuit cẽsus ad maiorem cautelam constitutus, adhuc debetur idem census.*

AR-

ARGVMENTVM.

Notabi lis illa discutitur difficultas, eáquè distinctionis fœdere solui communitèr inter Nostrates, ostenditur: nûm scilicèt debitorū nomina, creditorumuè iura, & actiones appellatione bonorum veniant: anuè censeātur esse in loco destinatæ solutionis; sintquè idcircò iudicanda *Consuetudinum* dispositioni subiecta; quemadmodùm de cæteris bonis, in huius Vrbis districtu existētibus, sancitum reperitur?

Qua de causa, quid dici debeat circà mobilia, & quòad pecuniam repertā in hæreditate Ciuis Neapolitanī, laconicè etiam, nec iniucundè perpenditur.

Et in proprijs terminis variæ Sacri Cōsilij decisiones degustantur.

1 
Sque adhùc de annuis redditibus actum est, congruit modò, vt hìc famigeratissimam discutere aggrediamur quęstionem: an scilicèt Debitorū nomina, sicquè Iura, & Actiones circumscribantur loco: aut verò tanquam incorporalia minimè dicantur esse in loco, & propterea non veniant appellatione illorum bonorum, quæ in huius Ciuitatis districtu existentia eiusdem Consuetudinibus subiacent?

Sed principiò quid importent hæc nomina debitorū laconicè, quòad possum, examinare haud nefas existimo, vt deindè faciliùs propositum pertractemus articulum.

2 Sciendum idcircò est, quod inter cęteros census, siuè annuos introitus, quorum frequens est modus emendi, aut vendendi super fructibus certæ rei stabilis ad validitatem contractus ex decantatis Bullis Summorum Pōtificum *Nicolai V.* nimirùm, cuius Bulla repetitur inserta in *Pragm. 1. de censibus*, & *Pÿ V.* quam inseruit *Nouar. in suo manuali, cap. 17. sub n. 235.* explicatis ad id Constitutionibus *Martini V.* & *Calisti III.* de quibus in *Extrau. de empt. &*
3 *vendit.* habemus etiam alterum genus censuum, qui non sunt impositi super re aliqua immobili, sed debentur hìc Ciui Neapolitano, prout alicui alio habēti actionem personalem contra obligatum personaliter ad soluendum pecuniæ quantitatem aliquam, siuè debita sit illa pro vna tātùm vice, siuè aliquot in annis; & census quidem personalis à nonnullis rationabiliter appellatur, inter quos præsertim sunt *Gabriel. conf. 141. n. 11. lib. 2. Duard. de censib. §. 5. n. 7.* & *Cenc. de censib. quæst.* 4. Idq; paritèr colligitur ex *tex. in l. libertis*, §. *Lucius*, *ff. de annu. legat. l. si quis argentum*, §. 1. *de donat. cap. 1. §. sciendum, de feud. cogn.*
4 Qui census personalis, cum sit ius percipiendi à persona certam pensionem, differt ex hoc à reali; quoniam dicitur ille, ius percipiendi ex re aliqua stabili, vel quæ pro immobili reputatur, annuam quantitatē, vt tradit præter alios *Sotus lib. 6. de Iust. quæst. 5. art. 1.* quem sectatur *D. Francisc. Verde* meus eruditissimus Præceptor *in lib. 3. Instit. tit. de censib. nu. 2243. cum seqq.* vbi ex multis
5 probat, censum merè personalem esse omninò licitum in hoc Regno, & alibi, si nō sit ibidem recēpta Bulla *Pÿ V.* requirētis stabilia certa; quamuis hoc procedere non possit illis in locis, vbi
6 prædicti Pontificis Cōstitutio est publicata, vsuq; recepta inuenitur, sicuti cōmuniter notāt omnes præcitati Authores; Nàm in omni censuali contractu ista obligatio personalis est principalis,
7 & submissio postea certi corporis fructiferi est ad certiorem solutionem, vt ex *Couarr. lib. 3. var. cap. 7. & 11. nu. 5.* asseuerat *D. R. de Marin. tom. 1. var.*
8 *resol. cap. 28. n. 5.* Census autem personalis non venit nomine stabilium, *Alex. in l. si constante n. 9. ff. sol. matr. Gabriel. lib.*

*lib.2.conſ.*141.*n.* 15. & qui illum debet
9 nomen debitoris habet,iſquè,cui debetur,creditor eſſe dicitur;imò in eo verè, & propriè nõ cadit nec petitorium, nec poſſeſſorium ſecundùm regulas iuris ciuilis,vt vnanimitèr affirmãt *DD.*omnes in *l.vlt.ff.quorum bonorum*,& poſt *Bald. in d.cap.*1.*§.fin.col.vlt.de feud.cognit.& Abb.in cap.peruenit de cenſibus*,aduertit *D.Conſil.Prouezal.in obſeruat.*19. *ad* 2. *Conſuetud.Neapol.n.*2.Verùm diuerſitatem, quæ in iſtis nominibus verſatur, optimè perpendit *Lal. Caput. in proam. ad Conſuetud.noſtras,§.*6. *de bonis ſub n.* 2.&*D.R.Rouit.in pragm.*5.*de cenſibus* ſignantèr *à n.*24.*cum ſeqq.*

10 Quibus ergò exharatis,ac ad præſentis Controuerſiæ ornatum breuitèr præmiſſis,diſcutiendum nunc erit, vt anteà promiſimus, ſi prædicta debitorũ nomina, itèm iura,& actiones, quas iàm defunctus quæſierat,veniãt bonorum appellatione,quæ loco circumſcribuntur; ità vt in eorum ſucceſſione,ſiuè ab inteſtato,ſiuè ex teſtamento,attendi debeat diſpoſitio *Conſuetud.*exordientis,*ſi quis, vel ſi qua ſub tit. de ſucceſſ. ab inteſt.* & *Conſuet.ſi aliquis moriens cum ſequen.de ſucceſſ.ex tex.*Sicq;ſint illa iudicanda ex hoc,prout ibidem diſpoſitum reperitur de alijs bonis,in huius Ciuitatis diſtrictu exiſtentibus.

11 Et vidètur ex noſtratibus quidẽ omnes communitèr vti cõſueto diſtinctionis fœdere ad conciliandas opinionum ambiguitates,quę in hoc vigẽt articulo, nimirũ,vt præfata debitorũ nomina,iura,& actiones,cũ nullius ſint loci,& tã-
12 quàm incorporalia iudicẽtur,creditorũ perſonas,de quarum ſucceſſione agitur, meritò ſequantur,ità vt intrà huius Ciuitatis diſtrictum cenſeantur exiſtere,ſi creditor Ciuis ſit Neapolitanus, vel ſi per debitorẽ hic eſſet deſtinata ſolutio, extrà verò,ſi ſit exterus,alibiq;facienda eſſet exactio.

13 Ità antè alios diſtinctè hanc firmarunt concluſionem in terminis noſtrarũ municipalium Sãctionum, *Ant.de Alex. in cit.Conſuetud.ſi aliquis moriens, infrà de ſucceſſ.ex teſtam.in apoſt.incip.. Nota, quod poteſt accidere, verſ.quid autem in nominibus debitorum*, vbi ait, ſe ità iudicaſſe in propria materia *præcit. Conſuetudinis* ſimul cum Marcello Gazella, in cauſa mota inter filios quondam D. Cæſaris Pignatelli ſuper teſtamento D.Sigiſmundi Pignatelli, & *Conſil. de Bottis ibib.in addit.incip.Secundùm hanc opinionem in fin. fol. mihi* 162. vbi aſſe-
14runt,iudicari de nominibus debitorum, proùt de bonis ſitis Neapoli, ſi contractus tamen ſint hic celebrati, vel ſi alibi, & Neapoli ſit deſtinata ſolutio; Secus verò ſi extrà huius Vrbis diſtrictũ ſit facienda exactio,iuxtà ea, quæ ponderauit *Thom. Naucler. in addit. ad d. Conſuetud.ſi quis,vel ſi qua fol.* 9. *in penult.verſic.*Verùm in vtroquè caſu pluriès deciſum fuiſſe in S. C. teſtantur *D. R.Salernit.deciſ.* 1.*& D.Præſ.de Franch. deciſ.* 93. in cauſa nimirùm Ill. Ducis
† Montis Alti,& Comitis Burrelli ſuper
15 hæreditate Ill. D. Petri de Aragonia; vndè percipitur, nomina debitorum exiſtentia extrà Ciuitatem Neapolis haud eſſe ſubiecta diſpoſitioni Conſuetudinum : In cauſa etiam Io: Alphonſi
† Biſbal cum Comite eius nepote,& in cauſa aliquorum de Lembo, cum illis de Marcheſio. Ex quibus deciſionibus infertur,vt nomina debitorum, iura, &
16 actiones iudicentur eſſe in loco,in quo deſtinata eſt ſolutio,& ex hoc illius ſtatutis ſubijciãtur; eò fortiùs, quãdo debitor,& creditor eſſẽtCiues eiuſdẽ lo-
17ci,cuius Cõſuetudinibus expreſsè ſubiacere dicerentur, vt fatetur idem *Præſ. de Franch.loc.cit.n.* 10.& *in eius Add.incip.Aduerte quia, poſt Conſuetud. inſert. inter addit.Conſil. de Rubeis ad d. Conſuetud.ſi quis,vel ſi qua.*

18 Rursùs iſta debitorum nomina,iura,& actiones, licèt non circumſcribantur loco,vt multi vnico ore aſſeuerant ex *tex.in l.uxorẽ.§.legauerat, ff. de leg.* 3.& *in l.Caius,ff.de leg.*2. & repetitum eſt *præced. Controuer.*Tamen per effectũ ſolutionis,in eo loco cenſentur, in quo de iure, & de facto exigi poſſunt. Quæ

 opi-

opinio, vt nupèr demonstrauimus, pluribus ex decisionibus pro absoluta est hodie in Sacro Consilio recepta; Nàm
19 quamuis in loco circumscriptiuè illa non comprehendantur; in eo tamen videntur esse propter exactionem ibi destinatam, iuxtà *tex. in l. ex facto, §. rerū, ff. de hered. instit.* & *l. quaro, ff. de solut.*
20 Debitum enim Mercatorum Florentinorum in Italia soluendum, annumeratur bonis Italicis; item si in Anglia esset soluendum, patrimonio Anglicano connumeraretur, vt asserunt *Lapus in sua alleg. 91. vers. modo est quæstio, Alex. cons. 16. vol. 1. Beltran. cons. 74. n. 8. & 9. vol. 2. & consil. 105. n. 11. cum seq. Rub. cons. 136. n. 2. Rom. in l. si constante, §. fin. ff. sol. matr. Peregrin. de iur. fisci lib. 5. tit. 1. n. 142. Socc. cons. 101. n. 5. Tiraquell.* plures cumulans *in 1. retractu, §. 36. glos. 3. n. 16.* & *Præs. de Franc.* vbi suprà *n. 6. & 7.* quos præter *D. Reg. Rouit. in prag. 1. de censibus n. 61. & prag. 7. de de iurib. & exaction. fiscal. in 1. alleg. n. 74.* cum nonnullis alijs refert *D. Præs. Amat. cons. 77. n. 31. & cons. 78.* quod est *D. Cons. de Anna n. 2.* Idemq; perbellè obseruat *Lel. Caput in proœm. ad Consuetud. d. §. 6. n. 2. circà fin. & n. 6.* vbi plenè respondet his *tex.* scilicèt in *l.*
21 *Caius*, quæ cum loquatur de istis debitorū nominibus circumscriptiuè, optimè ergò ibi negatur, hæc nomina cōprehendi in domo, nisi sint relicta ex expressa testatoris dispositione; nihilominus ratione exactionis benè iudicā-
22 tur esse in loco: & *d. l. vxorem, §. legauerat*, quæ lex, si rectè ponderetur, minus obstat huic opinioni; nàm alia ibi existentia in loco consideratur, nempè id, quod in Gadibus patria testator possidebat; Et sic vbi non agitur de reali existentia, sed de possessione in loco, nō militat ratio præfatæ legis. Nomina nā-
23 què debitorum in loco nō possidentur, sed vbiquè existit creditor illa possidere videtur. Imò in *cit. § legauerat*, ità agitur de reali possessione in loco, quod etiam pecunia existēs in arca ab huiusmodi legato excludatur, vt legitur *in fin. eiusdem tex.* Et tamen in materia
24 Iuris nostri municipalis, & districtus huius Ciuitatis, hoc dubitare ridiculū esset, vt admonet *Caput. ibid. n. 7.* & hìc nos in fine breuitèr patefaciemus. In Consuetudinibus enim nostris non dis-
25 putatur, nisi de reali bonorum existentia in loci districtu; At quia in nominibus debitorum, vt diximus, licèt prædicta existentia realis in loco non conspiciatur, erit tamen quasi existentia attēdendenda. Nàm voluerunt Ciues prouidere de vniuersali bonorum successione; Quinimò ratione iurisdictionis, ab hac vniuersali dispositione fuerunt exempta bona, quæ non reperiuntur in districtu, & iurisdictione Ciuitatis, sed tantùm inclusa bona, existētia infrà districtum; quæ verò existentia non erit ità realiter intelligenda, vt verè existere, & claudi res ipsa dicatur; sufficit autem, vt possit illa subiacere iurisdictioni Statuentium. Qua de causa benè decreuit Sacrum Consilium decisionibus suprà allegatis, quod tantùm attendi debeat locus destinatæ solutionis.

26 Hinc igitur resolutiuè concludendum est, vt nomina debitorum, iura, & actiones iudicentur esse in eo loco, vbi destinata est solutio, atq; facienda illorū exactio. Et reuera indistinctè in hoc articulo ista non vtimur opinione in nostris Tribunalibus; nam non est simplicitèr dicendum, nomina debitorum, iura, & actiones minimè circumscribi in loco, & per consequens non comprehendi sub Statuto, aut Consuetudine loquente de bonis, in aliquo loco particulari existentibus; sed antè omnia vidēdum erit, quo in loco solui debeant, ac exigi possint; quemadmodùm destinata solutione in Ciuitate, & districtu Neapolis semper vniformitèr decisum fuit, quod subiaceāt Neapolitanis Cō-
27 suetudinibus, vt constat ex sepè *cit. decis. 1. R. Salern. & decis. 93. Præs. de Frāch.* qui *n. 10.* idē refert decisum, quoties pro illorum exactione fuisset mota lis intrà districtum; denegata solutione per debitorem; cuius decisionis vnà cū alijs

alijs anteà relatis meminerunt etiam *D.*
Conſil. Prouenzal.*d.obſer.* 19.vbi diffusè
hanc quæſtionem pertractat, *R.P. Molf.*
in ſuo comment. ad Conſuetud. *Neapol.*
tom. 1. *par.*2. *de bonis quæſt.* 11.*n.*2.*Io:*
Bapt.Thoro in addit.ad d. deciſ. R. Sa-
ler.& *in tom.*1.*ſui compend.verb.nomina*
debitorum,*D.R.de Marin.cap.*70. *n.*33.
ſuarum reſolut. nouiſſimè *Horat.Mont.*
*Contr.*8.*ſub.n.*3.*R. de* Pont.*in ſuo tract.*
de poteſt. Proreg. *tit.* 9.*de ſucceſſ.mulier.*
*n.*9. & ex multis idem probat etiam *D.*
*Conſil.de Ann.conſ.*92.*n.* 50.*lib.*2..

Quæ concluſio, nè peculiaribus ca-
reat rationibus, fundatur etiam ex eo
28 potiſſimùm,quia *præcit.* Conſuetud. lo-
quuntur in materia ſucceſſionis, & ſic
de vniuerſalibus diſponunt, vt cernitur
ex illis verbis, *in d.* Conſuetud. *ſi quis,*
vel ſi qua exiſtentibus, ibi:*Succedunt in*
bonis omnibus defuncti, & docet *Napod.*
in Conſuetud.*& ſi teſtator, verb. diſpo-*
nere,circà fin.& ſeq.verb.perueniat;Er-
29 gò hac dictione vniuerſali,*nēpè,in bonis*
omnibus,veniunt etiam debitorum no-
nomina,iura,& actiones,quæ in vniuer-
ſalibus comprehenduntur bonorum
appellatione, vt obſeruat *Ant. de Alex.*
in alleg. Conſuet.*ſi aliquis moriēs loc. cit.*
ex *tex. in l.nam quod,ibiquè Gloſſ.ff. ad*
30 *Trebell.* Et, licèt aliqui ſubſtinuerint,
quod appellatione bonorum non ve-
niant dicta debitorum nomina, iura, &
actiones,tamen ſemper contrarium ve-
rius eſſe exiſtimaui: & ex pluriū Iuriſ-
cōſultorum iudicio communior eſt sē-
tētia,vt veniant:Ità enim ſentiunt *Bart.*
in l.vlt.verſ.quæro,quid ſi legatur,iuncto
verſ.ſeq.ff. de vſufr.leg.& in l. quintus
la 2.§. *argento*, & ibi *Alber. ff. de auro,*
& arg. leg. Alijquè, quos longa ſerie
congerit *Tiraquell, in l.ſi vnquam,ver.*
31 *bona,n.*9.Imò quod nomina debitorum
iura,& actiones non veniāt appellatio-
ne bonorū mobiliū,aut ſtabilium,iuxtà
diſpoſita etiā per *tex.in cap.*1.*verſ.cōtra*
*natos,de ſchiſm.lib.*6.Sed cōſtituant ter-
tiam bonorum ſpeciem omninò ab his
diſtinctā,aduertit poſt *Gab.d.conſ.* 141.
*n.*22.*lib.*2.*D.R.Rouit.in d.prag.*5.*de cē-*
*ſibus n.*73.quèm refert *D.Prouenzal.lo c.*
*cit.n.*31.

32 Sed hæc omnia cōfirmātur deniquè;
nàm Ius noſtrum municipale, cum
ſimpliciter loquatur, vt diximus, de
bonis, nulla facta diſtinctione mobi-
liū,aut immobilium, ſimpliciter etiam,
vulgatis iuribus,eſt intelligendum; de-
betquè accipi, prout Iura communia
diſponunt, ex quibus bona ciuilitèr
accepta, aut prolata vniuerſitatem ſuc-
33 ceſſionis ſignificant; quia in omnibus
bonis demortui ſucceditur. Idem
enim valet bonorum appellatio, quod
& hæreditatis, ac ſucceſſionis ius; non
autem ſingulas res demonſtrat, *l.* 208.
ff.de verb.ſignif. & notat *Briſſon. lib.*2.
de verb.ſignif. in ver.bona; Ideoq; com-
prehenduntur ſub iſta generali bono-
rum appellatione per Conſuetudines
noſtras,nomina debitorū,iura,& actio-
nes, ſicut & res aliæ, ſiuè ſtabiles, ſiuè
mobiles,quæ reperiuntur in hæreditate
defuncti, vt inſinuauimus.

34 Quapropter iſta occaſione aduertere
haud deſinam,quod dicta circà debito-
rum nomina,iura,& actiones,æquè mi-
litant in pecunia reperta in domo Ci-
uis,cùm moreretur, vel in exiſtente pe-
nès publicum Bancum depoſitata;ea ſi-
quidem clauditur etiam ſub diſpoſitio-
ne Conſuetudinis, prout nulla difficul-
tate imminente iudicauit Doctiſſimus
Reg. Conſil. Io: Bapt. Melior, quem
allegat *Caput.loc. cit. n.*7. iuxtà decan-
tatam deciſionem,quam in cauſa illorū
de Lembo retulit *D. Præſ. de Franch.*
35 *cit. deciſ.*93.*in fin.* Eademq; hoc ſuade-
tur ratione, qua ſuprà; nàm Conſuetu-
dines loquuntur ſimplicitèr de bonis,
& appellatione bonorum veniunt, non
tantùm mobilia, ſed immobilia, pecu-
nia,iura, actiones, & quicquid in hære-
ditate inuenitur, ad *tex. in l.rem in bo-*
nis, ff.de acquir.rer. dom. l. bonorum, ff.
de verb. & rer. ſignif. quemadmodùm
vltrà relatos idem docent *Alex. conſil.*
136.*vol.*6.*Ioan.Philipp. conſ.* 37.*num.*2.
*Port.conſ.*178.*n.*2.*Mantic. lib.*9.*de con-*
*iect. vlt.volun.tit.*3.*n.*10.*Surd.deciſ.*11.

n.2.& Franc. Marc. quæst. 322.*n.*2. vt in *contr.*29. & alibi animaduertitur.

36 Quinimò respectù mobilium, vt illa nimirum vbicunq; sita reperiũtur, semper defuncti personam sequantur, iuxtà ponderata per *Gratian. discept. forens.* 120.*n.*87. cum alijs per *Farinac. cons.* 71.*n.*1.*&* 7.cumulatis: sicq; Consuetudinum dispositioni ligentur, si illorum Dominus infrà huius Ciuitatis districtum decederet, ex *Alex. in cons.* 19. *n.* 9. *lib.*6. admonet *D.Præs. de Franch. in addit. ad d. Consuetud. si quis, vel si qua sub n.*178. *in addit. incip. Adde in simi-*
37 *li*, ex eo, quia bona mobilia debent iudicari, ac si essent in loco, vbi adest morientis persona, cui succeditur ab intestato, vel ex testamento, vt affirmant etiam *Consil. Prouenzal. d. obseru.* 19. *circà fin.* & *Molfes. quæst.* 11. *tit. de bonis tom.*1. *sui comment. ad Consuetud.* Mo-
38 bilia namquè respiciũt personam, immobilia verò Ciuitatis districtum, in quo reperiuntur, secundùm *Baldi* doctrinam *in l. mercatores, C. de commerc.*
39 *& merc.* Et quamuis cõtrarium teneat *Caput. loc. hic sepè cit. n.*17. eius tamen opinionem contrà *Molfes. d. quæst.* 11. locum habere non posse, arbitror, nisi expressè appareret, quod bona ista mobilia ex destinatione defuncti essent perpetuò in aliquo alio loco permansura, vt post *Salyc. in l. cunctos populos, C. de Sum. Trin. & Fide Cathol.* docuit *Dom. Prouenzal. vbi suprà* per *tex. in d. l. vxorem, §. legauerat, ff. de leg.*3. *& d. l. ex facto, §. rerum de hæred. instit.* tunc enim rectè procederet, quod dicit *Caput.* aliter secùs, vt demonstrauimus.

Et ex his prorsùs absoluta, omniq; difficultatis scrupulo nùnc carens, proposita remaneat controuersia, præsertim circa debitorum nomina.

40 Verùm prædicta ità esse intelligenda semper existimaui, non solùm quando debitũ simpliciter in solo nomine existit, vel quotiès est temporaneum, & vnica tantùm vice exigi potest; sed etiã si esset annuale, & sic perpetuum, per venditionem census, siuè annuorum introituum; tũc enim quia id, quod principaliter debetur, est annuus ille reddi-
41 tus, omniaq; dicantur accessoria, scilicèt hypothecæ, & alia, quæ sunt in cõtractu apposita pro maiori Creditoris securitate, & cautela, illius ergò naturam sequantur; cum eadem tamen distinctione, prout supra annotauimus ex præallegatis decisionibus *D.Præs. de Franch.* ità vt de præfata vẽditione iu-
42 dicandum erit, sicut de puro debitoris nomine exharauimus; etiam dato, quod adsit in huiusmodi contractu specialis obligatio rerum stabilium infrà, vel extrà huius Ciuitatis districtũ existentium; Obligatio namquè illa spe-
43 cialis, etiam si, more solito, coniuncta non esset simul cum generali obligatione super cæteris bonis omnibus facta, non est per hoc apta ad diuersificandas res ipsas, vt ratione talis specialis obligationis alibi dici possint existere, quàm vbi ex natura nominis debitoris iudicandum esset, ratione celebrati contractus, & destinatæ solutionis, nempè in hac Ciuitate Neap. cuius Consuetudinibus tali casu debitorũ nomina, vt diximus, subiecta censentur. Idquè ex eo potissimùm suadetur, quia res ipsæ, siuè specialitèr, siuè generalitèr hypothecatę minimè recedũt à dominio, & potestate ipsius debitoris, nec respectù fructuum, nec quòad dominiũ, nec quòad possessionẽ; sed sunt cautelæ prędictę tantùm
44 positæ ad simplicẽ securitatẽ solutionis effectiuè consequendæ, quæ solum de propria pecunia per debitores in talibus nominibus, seù venditionibus annuorum redditunm promittitur, prout plenissimè comprobat Sapientissimus *D.Reg. Rouitus in d. prag.* 5. *de censibus n.*66.*&* 69. cum pluribus *seqq.* ea prin-
45 cipali ratione, quia peremptis bonis illis, super quibus reperitur census ad maiorem cautelam constitutus, adhuc debetur idem census; vt annuit ipse *R. Rouit.* nonnullos allegans *loc. cit. n.* 67.
46 secus verò hæc procederent, quando hìc non esset, vt insinuauimus, destinata prædictorum redditunm solutio; siquidem

quidem semper locus contractus, & destinatę solutionis in tali casu attedi deberet, vt ex *Zas. in l. contraxisse, ff. de act. & oblig.* ac alijs idem reperit *R. Rouit. super d. pragm. 1. de iur. & exact. fiscal. n. 78. & sub n. 80.* vbi ità per Sacrũ
47 Consilium fuisse in proprijs terminis decisum refert, respectũ venditionis annuorum introituum factę super Gabella Vniuersitatis Molæ, in causa vertente inter illos de Gesualdo ex vna, ac D. Isabellam Ferrellam, & Ducissam Grauinæ sorores, & hæredes Comitis Murri ex altera parte, aduersùs ea, quæ in contrarium scripsit *D. Consil. Minadous,* vt videre est in eius *cons. 12.* quem tradit *R. ouit. sub d. n. 80. in fin.* ibiq; prædictam sentẽtiam in causa reclamationis, facta relatione in Collaterali Consilio, fuisse cõfirmatam, testatur. Et hoc, quia in venditione facta super dicta Gabella Molæ non reperiebatur promissa solutio de propria pecunia in hac Ciuitate, vt fatentur *Caput. in cit. §. 6. de bonis, antè n. 12.* & *Consil. Prouenzal. loc. vbi sup. obseruat.* tamen *17. n. 27.* vbi punctualitèr de hac decisione mentionem faciunt, & nos in præcedenti *Controuers. 30. n. 31. & 56.* abundãtèr ponderauimus.

CONTROVERSIA XXXIV.

Onera per defunctum relicta, inspectis Consuetudinibus Neapolis, *num sint in satisfactionẽ Creditorum, & legatariorum omnium, deducenda ex toto patrimonio, aut tantùm ex libera illius portione, siuè antiquorum bonorum medietate, cum altera medietas descendentibus, vel proximioribus integra debeatur?*

SVMMARIVM.

1 *Debita per defunctum contracta, differitur, ân sint deducenda ex illa tantùm bonorum medietate, de qua liberè hic testari poterat: an verò etiam ex altera medietate nostris Cõsuetudinibus subiecta?*
Affertur quæstionis distinctio, & exindè determinatio n. 2. 3. & 4.
Adducitur contraria opinio, vt scilicèt indistinctè onera per quemlibet cõtracta, sint semper deducenda ex toto patrimonio in creditorum satisfactionẽ n. 5. & 6. cum seq.
Sed, vt omninò sedentur discordiæ, Author *hanc subdistinguit difficultatem à n. 9. & 33.*
7 *Medietas virtute Consuetudinis debetur agnatis, & cognatis veluti legitima, & sic deductis oneribus eius, cui succeditur.*
8 P*roximiores in bonorum antiquorum medietate non habent ius formatum, sed tantùm certam spem in casu, quo illa non fuerint alienata in vita possessoris.*
9 *Onera primi acquirentis bona antè omnia deducuntur, postmodum verò filiorum, vel aliorum proximiorum portio cõsuetudinaria ex eo, quod superest, detrahitur.*
Idemquè si onera essent contracta per alios eius successores ex venditione annuorum redditüum, vt n. 11. & 12.
Sed quid sit dicendum in dote, & antefato? n. 13. & seqq.
10 *Onera cõtracta ex vẽditione annuorum introituum, ab omnibus hæreditarijs corporibus sunt deducenda; Sicq; ètiã ex medietate consuetudinaria; & ratio traditur n. seq.*
At si per vltimũ morientem essent alio modo contracta, tali casu non minuerent hanc medietatem, ex qua in subsidium solùm deducerentur, vt n. 33. & 34. pluries decisum traditur, & nouitèr n. 37.

11 *Annui introitus cum promissione solutionis de propria pecunia, totum debitoris patrimonium concernũt, non autem bona tantùm designata in venditione.*

12 *Creditor habet electionem super omnibus bonis debitoris, etiam si essent antiqua, vt sibi possit satisfieri, & n. 16.*

14 *Vxor defuncti, si esset creditrix pro suis dotibus, quod liberè possit agere super toto patrimonio, in praeiudicium agnatorum, & cognatorum, quibus antiquorum bonorum medietas virtute cõsuetudinis eis debita, suppleretur tali casu ex aliis bonis superstitibus, hic substinetur, & decisum per S. C. fertur n.43. circà fin.*

Quae decisio est intelligenda tantùm fauore dotis, & antefati, vt n. 15.

Secus verò in iocalium restitutione, vt n.42.

16 *Agnatorum consuetudinaria medietas semper saluari debet in Creditorum cõcursu.*

17 *Adiudicatio pro dotibus, & antefato vxoris super omnibus bonis viri, fit etiam, si esset ipsius haeres.*

18 *Iura mulieris non confunduntur per aditionem haereditatis.*

At contrarium videtur dicendum, non confecto per ipsam inuentario n. 19. & quarè n. seq. vbi notabilis recensetur decisio.

20 *Beneficium separationis bonorum non datur, si quis simpliciter adierit haereditatem; quamuis defuncti haeres sit eius vxor.*

Aduersariorum oppositionibus n. 22 respondetur à n.26.

21 *Hypothecaria actio àn extinguatur haereditatis aditione?*

Affirmatiua opinio fuit semper visa verior, vt n.26.

Sed limitatur tantùm in haerede grauato, & quarè n.27.

22 *Mulier, etiam si adierit haereditatem, gaudet tamen beneficio Velleiani.*

Verùm illo non iuuatur quando solemne inuentarium non fecit, vt n.28.

23 *Mulier à defuncti Viri Creditoribus decepta, si adiisset haereditatem dãnosã, & exindè contrà eam illi agerent, rescinderetur talis aditio, & gauderet ipsa Velleiani beneficio.*

24 *Haeres adiens haereditatem absquè inuentario videtur bona sua alienare.*

25 *Aditio haereditatis inducit tantùm obligationem personalem ipsius haeredis.*

28 *Mulier haeres quando iuuetur Senat. Cons. Velleiano?*

29 *Mulier adiens haereditatem, in integrũ haud restituitur aduersùs omissionem inuentarii.*

Refertur contraria sententia, si mulier esset simplex, aut pauper n.30.

Et idem si reperiretur monialis, vel virgo in capillis n.32.

31 *Mulierẽ restitui aduersus inuẽtarium minus solemne, sepè decisum traditur.*

35 *Expẽditur germanus sensus* Napodan. in gloss. perueniat ad Consuetud. si testator *vt n.4.*

36 *Proximior agnatus, sicuti in vita potest bona antiqua, sine fraude, ad libitum alienare, ità paritèr, & obligare.*

38 *Legata, aut alia onera imposita per defunctum in testamento, nec minùs in subsidium detrahuntur ex filiorum, vel agnatorum, & cognatorum medietate consuetudinaria.*

Etiam si illi essent haeredes; sed cum solito beneficio inuentarii, vt n.39.

40 *Onus funeralium non est deducendum ex consuetudinaria, sed ex medietate libera.*

42 *Haeredes tenentur ex aliis bonis nouitèr acquisitis reficere agnatis, & cognatis totum id, quod creditores abstulerunt ex medietate antiquorũ bonorũ, eis vigore Consuetudinis debita.*

43 *Creditoris arbitrium non debet retorqueri in odium illorũ, quos vocat Consuetudo ad certam bonorum antiquorum portionem.*

ARGVMENTVM.

Vrgens adhùc ea proponitur quaestio, ac sigillatim discutitur: vtrùm medietas

dietas

dictas, quæ filijs, vel proximioribus agnatis, & cognatis pertinet, attenta *Consuetudinum* dispositione, cōsiderari debeat, omnibus deductis oneribus ex tota hereditatis substātia: an verò tantùm ab illa medietate, de qua liberè defunctus testari poterat?

At quia nostratum variæ sunt opiniones, inter se discrepantes nō parum, quòad debita vltimi morientis (Nàm respectù primi acquirentis bona, minimè cōtrouertitur, vt iuxtà creditoris placitū sint deducenda ex toto patrimonio.) Idcircò ad distinctionem recurritur, qua adhibita prorsùs hæc resoluitur altercatio, æquè ac cōcluditur, quando, & quę onera imposita, aut contracta sine fraude in vita, vel in morte per vltimum ex successionibus istorū bonorum, detrahantur saltem in subsidium, etiam ex medietate Consuetudinaria.

Itèm nonnulla breuitèr perpenduntur circà inuentarij beneficium, quo nō confecto, àn quælibet confundatur hęredis actio, quamuis hypotecaria, per simplicem aditionem; Multaq; de S.C. Velleiani, & restitutionis in integrum materia ponderantur.

1 IAmdudùm Forensi viget in Palestra, & apud patrij nostri Iuris, tàm neotericos, quàm antiquos Interpretes, & Glossatores, strenuè quidem inter eos decertantes, notabilis illa adhùc agitatur contentio: àn scilicèt debita, seù hæreditatis onera, per defunctum contracta, deduci debeant ex medietate tantùm, de qua ad libitū disponere vnicuique permittitur: vel de toto patrimonio, sicq; ex altera etiā medietate liberis, seù descendentibus debita virtute Consuetudinis, & in eorum deficientiam, proximioribus agnatis, vel cognatis? Quamuis prima facie iam communitèr resoluta distinctionis fœdere proposita censeatur difficultas.

2 Nàm quod onera prædicta, si sint cōtracta, & imposita à primo acquirente bona, deduci primùm debeant indistinctè ab omnibus bonis hæreditarijs, tanquam æs alienum *l. cogi*, §. *sedet, si quis*, *ff. ad Trebell.*, & id quod superest debeatur postmodū agnatis, & cognatis, ex eo, quia ille liberam habebat facultatem disponendi de dictis bonis, quæ non adhuc antiqua dici poterant, sed nouiter per ipsum acquisita; Si verò reperiantur ista onera contracta ab vltimo moriente, siuè imposita per alios descendētes, & successores in bonis antiquis, & cessèt fraudis præsumptio, tūc quod non sint deducenda, nisi solùm ab illa medietate, de qua liberè vltimus

3 moriens disponere potuit, pro indubitato animduertit *Sthepan. de Caiet. ad Consuetud. si aliquis moriēs sub Glos. in verbo tenetur in apostill. incipien. tenet hic Napodan. fol. mihi* 169. ibi: *Nam, aut loquimur de oneribus impositis à primo acquirēte bona, & tunc dico, quod debent illa onera, tanquam æs alienum in primis deduci, & postmodum diuiduntur bona; aut loquimur de oneribus impositis per alios descendentes, & successores in bonis patris, & antiquis, & tunc ista onera nō minuent hanc medietatem, de qua in ista Consuetud. Primo casu habebit locū Glos. in sequent. Consuetud. & si testator, in verb. perueniat; Secundo verò casu habebit locum hæc, & ità intelligas, quia sic fuit alias iudicatum.* Idq; habetur etiam in alia *Apostil. ad d. Consuetud. & si testator*, quę incipit, *Fuit indicatum in S.C.*

4 vbi ità pariter distinguitur, quod aut tractatur de oneribus impositis per eū, à quo bona obuenerunt, & in tali casu fit detractio de toto patrimonio, non autem à medietate tātùm, de qua testari potuit, & attēditur *Glos. in præd. verb.* per-

perueniat,versic.item hanc medietatem habebunt, deductis oneribus eius, à quo bona obuenerunt: aut agitur de oneribus contractis per vltimum morientem, & tunc fit onerum deductio à portione illa, de qua poterat ipse testator ad libitum disponere, & non à portione Cõsuetudinibus subiecta; quemadmodum pluriès decisum tradunt post *Caietam* quem sequutus est Io: *Angel.Pisanell. in sequent.apostill. ad d. Consuet. si aliquis moriens, incipien. Secundum istã. De Bottis in d. Consuet. & si testator in eius apostill: incipien. Quid si quis habet, vers. medietatem lit. H. Capyc. in ead. Consuet. sub Gloss. proximiores, apostil. incip. Item Sacrum Consilium in alia causa, & in eius decis.* 191. & 195. vbi *Addent. Præs. de Franch. decis.* 280. *Afflict. decis.* 347. *ibiq; Addent.* Alijquè recentiores Scribentes infrà citandi, qui ità distinctè semper iudicatum fuisse, testantur.

5 Attamen, cum ex præsenti distinctione, eadem eò magis insurgat dissentio, ex quò videtur indistinctè concludẽdũ, vt onera imposita, vel contracta, per quemlibet, tàm ex prædecessoribus, à quibus bona obuenerunt, quàm ex eorum successionibus vltimo defũctis, detrahantur ex tota massa, & hæreditatis substantia, sicq; etiam ab illa medietate, quæ descẽdentibus, vel proximioribus virtute Consuetudinis est addicta.

6 Principalitèr, quia nec in *tex.* nec in *Gloss. Consuetud. si aliquis moriens, Et si testator*, vbi loquitur de hac bonorum antiquorum medietate, fit mentio de primo, vel de secundo bonorum acquisitore, aut successore, Sed tantùm agitur ibi de præfatis bonis antiquis, nempè parentum, & ascendentium, obuentis non solùm à primo acquirente, sed etiã ab immediatis successoribus, postmodum defunctis. Vndè infertur, quod onera cuiuscumquè deduci meritò debeant à toto patrimonio defuncti, nulla habita ratione de agnatorum, vel

7 cognatorum portione, quæ eis licèt veluti legitima debeatur ex dispositione *præcit. Consuetud. in tit. de success. ex testam.* deductis tamen oneribus eius, cui succeditur, à bonis propterea in hæreditate remansis detrahi quidem debet.

8 Secundò, quia aliquo modo videntur isti proximiores, nõ habere ius formatum in hac medietate, sed tantùm certam spem in eo casu, quo bona antiqua non fuerint alienata, omni semota fraude, in vita possessoris, qui sicuti illa poterat ad libitum alienare, vel alicui absquè tamen dolo donare, vt dictum est suprà in *Contr.* 29. *à n.* 67. & alibi: ità paritèr, imò à fortiori poterit obligare, aut alijs oneribus grauare.

9 Subdistinguendum est igitur, vt penitùs hęc tollatur altercatio; Nàm quãuis simus in claris, quod onera nimirum primi acquirentis bona, omninò deducantur ab omnibus hæreditarijs corporibus ad electionem Creditoris, nec filij, aut eis deficientibus, proximiores agnati, vel cognati possint in hoc casu aliquid prætendere, vel conqueri respectu Consuetudinariæ eorum medie-

10 tatis; Tamen cum difficultas remaneat quòad onera contracta per successores, vel ab vltimo moriente, ea de causa sic illa resoluitur; nẽpè quod aut agitur de oneribus vltimi possessoris iàm defuncti, qui super omnibus, eius bonis, etiam antiquis venditiones annuorum introituum fecit, licèt cum solito pacto de retrouendendo, & promissione solutionis de propria pecunia; Et isto casu absolutè procedit suprà posita conclusio, vt deducenda sint onera predicta ex toto patrimonio, ea præcipua ratione, nàm sicut poterat iste possessor bona, etsi antiqua in vita alienare, ità illa etiã, obli-

11 gare; Et quia per hanc obligationem, tàm specialem, quàm generalem, quæ cadit in venditione annuorum introituum, totum patrimonium afficitur, nec considerantur tantùm bona, super quibus sunt factæ venditiones, vt habetur *ex decis.* 159. *D. Præs. de Franch.* Idcircò medietas proximioribus debita agnatis, vel cognatis, ex eo, quod superest,

12 deducitur. Creditor enim clarum est, quod

quòd habet electionem pro suo credito super omnibus bonis debitoris,sicq; sibi potest satisfieri etiam super bonis antiquis, quorum medietas spectat filijs,vel agnatis,& cognatis in illorum defectum. Creditum namquè iudicatur tanquam æs alienum, totum patrimonium respiciens,vt decisum fuit per Sa-
† crum Consilium in causa aliquorum de Anna,sub die 19. Aprilis åno 1583.
13 teste *D. Præs. de Franch. in alleg. decis.* 280. Et idem,si esset debitum contractum pro soluenda dote de paragio Sororibus, nam detraheretur de toto patrimonio fratris defuncti, vt asseuerat *D.Præs.ibidem*,circà *fin. decis.*prædictæ.
14 Hinc etiam refert *R.P. Molfes.* sectās *Præs.de Franch.*in eius *comment.ad Cõsuet. Neapol. par.3. de success. ex testam. quæst.1.à n.52.& 56.* quod,dum in an-
† no 1537. esset lis in Sacro Coosilio,inter hæredes Io: Baptistæ Cicinelli, & alios,vbi filij ex prima vxore petierunt dotes maternas,secunda verò vxor petijt dotes,& antefatum super omnibus bonis defuncti;& cum per filios prædictos fuisset obiectum, medietatem bonorum paternorum esse illis præcipuā, & solùm de altera medietate esse derrahendas ambas dotes,& antefatum;tandem,eodem anno per S.C. fuit præstita assistentia, tàm filijs primæ vxoris, pro dotibus maternis,quàm secundæ vxori pro eius dote, & antefato super omnibus bonis;& quod medietas bonorum antiquorum spectaret filijs primæ vxoris;& quatenus auocaretur aliqua quātitas de dicta medietate ex causa dotiū prædictarum, suppleretur ex bonis nouiter acquisitis per dictum Io:Baptistā. Verùm si non adessent alia bona, non impediretur tamen satisfactio ambarū dotium.Cuius decisionis meminit antè eum *Pisanell. in cit. Consuet. si aliquis moriens,in d.apostil.incipien.secundum istam,sub n.30.versic.Aduerte tamē*, vbi
15 asserit, decisionem hanc fuisse visam aliquantulùm duram,& contra mentem *Napodani*; & proindè procedere tantū fauore dotis cōcludit:nempè,quod dotes mulierum detrahi debeant:vnà cum antefato ex tota substantia bonorum, etsi antiquorū; ità vt si aliquid non remaneat, imputetur agnatis, siuè filijs. Et defenditur,quia,hæc decisio fundatur in iure communi, quo creditoris
16 arbitrio est concessum super quibus bonis agat. At quomodocumquè sit, patet,vt semper quod saluari potest ista AgnatorumConsuetudinaria medietas, semper eisdem debeatur. Imò quoties creditores auocant aliquam portionem ex dicta medietate, suppletur ex bonis nouiter quæsitis per eum, qui onera imposuit,ità *Molfes.loc.vbi suprà*, & *in addition.ad d.quæst. 1. tom. 2. circà fin.*
17 vbi etiam fatetur, quod adiudicatio, quæ fit pro dotibus,& antefato vxoris, super omnibus bonis viri,tam nouitèr acquisitis, quàm antiquis, procedat, quamuis vxor esset hæres instituta ab
18 eius viro;quia per aditionem hæreditatis non confunduntur iura ipsius mulieris,vt fundat magistraliter *D.Præs.de Franch.decis.*80.& decisum refert *n.22.* quē post *Capyc.Montan.*& alios,sequitur *Thor.in lib.1.sui compēd.decis. verb. adiudicatio.*
19 Oppositum autem videtur dicendum, quoties vxor simpliciter adijsset hæreditatē,non confecto inuentario; Cessaret namquè beneficium separationis bonorum tali casu, & propterea bona dotalia eiusdem vxoris vendi possent ad instātiam Creditorum viri,à quo ipsa fuit hæres instituta, & sinè beneficio
20 inuentarij hæreditatem adijt:vt reperitur decisum apud *Præs.de Franch.decis.* 518. *per tot.* vbi ex morte Dominici Cāmerlingo, relicta hærede eius vxore Aurelia de Lauro,quæ sine confectione inuentarij,cum prædictā viri hæreditatem adijsset, & post ipsius obitum sine filijs,comparuissent creditores viri, & petijssent, bona omnia illius vendi ad eorum instātiam;se opposuerunt ex aduerso proximiores vxoris, & petierunt dotes viro datas tempore contractus matrimonij,seù saltem eorum medietatem,producentes instrumentum dotale,

M cele-

celebratum iuxtà Conſuetudinē Neapolis in ſcriptis redactam, per quam mulieri decedenti ſine liberis permittitur, de medietate dumtaxat diſponere, reliquo agnatis, vel cognatis, vndè dotes prouenerunt, reſeruato; per quod inſtrumentum apparebant eſſe cæteris creditoribus anteriores. Quinimò licèt dixiſſent ipſis non obſtare, quod mulier adierit hæreditatem ſine inuẽtario; nam per aditionem iſtam actio perſonalis
21 quamquàm extinguatur, tamen actio hypothecaria eis competens, virtute inſtrumenti dotalis, non cenſetur extincta, vt docet ipſe *D. de Franch. d. deciſ.*
† 80. Nihilominus in Sacro Conſilio iudicatum fuit in hac cauſa fauore Creditorum, excluſis proximioribus, etiam à medietate, virtute Conſuetudinis eis debita, anno 1595. vt cernitur ex *d. deciſ.* 518. vbi *D. de Luca in obſeruat.* plenè reſpondet *D. R. de Pont. in conſ.* 143. *lib.* 2. contrarium ſentiēti *n.* 3. 11. & 12. cuius eſt aſſecla P. *Molfeſ. par. 2. tit. de bonis, in addit. ad eius quæſt.* 23. *n.* 9. *tom.* 2. *ſui comment. ſuper Conſuetud.* vnà ſimul cum *D. Conſ. Rocc. in reſpõſ.* 53 *lib.* 2. qui *à n.* 41. *cum ſeqq.* tradens, S. C. Velleia-
22 ni Pragmaticam comprehendere etiam contractum aditionis; adeò vt mulier, ſi aditione hæreditatis damnum patiatur, nulla ſit dubitatio, quin Senatus Conſulto locus ſit, ex *tex. in l. Tutor pupilli* 19. *verſ. deniquè, ff. ad Velleian.* & *Bald.*
23 *in l.* 1. *n.* 3. *C. ad Velleia.* vbi inquit, quod mulier adiens hæreditatem damnoſam ex induſtria, & dolo Creditorum defuncti, à quibus fuit decepta, & inducta ad adeũdum hanc hæreditatem, benè gaudeat *Velleiani* beneficio, & reſcindatur aditio, & confeſſio, quoties iſti creditores contrà eam agunt; nàm eſt caſus interceſſioni ſimilis *l. Mulier, ff. ad Velleian.* Licèt propterea ipſe *D. Rocc. n.* 44. dicat, non obſtare dictam deciſionem
24 *Praeſ. de Franch.* 158. vbi ſupponitur, per aditionem hæreditatis abſq; beneficio inuentarij inductam eſſe alienationem bonorum hæredis; ex quò reſpon-
25 detur, quod ad itio inducit tantùm obligationem perſonalem ipſius hęredis, cuius credita cum hypotheca contracta non extinguuntur per aditionem prædictam. Nihilominus eius dicta locum
26 habere non poſſunt; Non ſolùm, quia contraria fuit ſemper viſa verior opinio; vt ſcilicèt confundatur actio hypothecaria per aditionem hæreditatis, præſertim ſine inuentario, ex *tex. in l. debitori*, ibiq; *Gloſſ. C. de pactis*, *l. Vranius* 12. *l. hæres à debitore*, §. *quid. ſi fideiuſſor*, *ff. de fideiuſſ. l. ſticbum*, §. *aditio*, *ff. de ſolut. l.* 1. §. *debitor*, *ff. ad leg. Falcid. l. qui hominem* 34. §. *qui dam filium*, *ff. de ſulut. R. de Pont. conſil.* 8. *lib.* 1. *Theſaur. lib.* 3. *quaeſt. for.* 44. & *Merlin. de pignor. lib.* 5. *quaeſt.* 14. Quos cum alijs multis ſectatur *D. de Luca in obſer. ad d. deciſ.* 80. *D. Præſ. de Franch.* quibus addant Napodan. *in Conſuetud. ſi quis, vel ſi quæ n.* 236. *verſic. Sed videtur fol. mihi* 141. *Afflict. deciſ.* 237. *Capyc. deciſ.* 195. & ibi plenè *Maſull. in addit.* Qui nonnul-
27 lis hoc comprobans authoritatibus, limitat tantùm in hærede grauato aliqua ſubſtitutione, vel fideicommiſſo; Nam quod actio realis, ſeù hypothecaria per aditionem confundatur, eſt intelligendũ eo caſu, quo hæreditas obuenerit irreuocabiliter Creditori, vt declarat *Præſ. de Franch. deciſ.* 39. ſecus verò ſi eidem reuocabiliter obueniret, vt notat *Neguſant. de pignor. par.* 5. *mẽb.* 1. *n.* 56. *Surd. deciſ.* 266. & *D. Reg. Rouit. conſil.* 95. *lib.* 1. vbi ità iudicatum refert. Sed etiam
28 quia mulier, etſi gaudeat beneficio S. C. Velleiani, ſi adierit hęreditatem cum ſolita confectione inuentarij, vt habetur ex altera *deciſ. de Franch.* 623. etiam ſi obligauerit ſe proprio nomine, & in ſolidum, ſinè tamen Regio aſſenſu, renuncians beneficio inuentarij, & decreto quatuor Aularum; Verùm hoc non militat, quando mulier iſta adijt hæreditatem ſinè inuentario, quia minimè iuuatur tali caſu Velleiano. *tex.* eſt expreſſus in *d. l. mulier*, *ff. ad Vellean.* vbi antè alios diffusè idem clarius oſtẽdit *Paul. de Caſtr. n.* 2. *verſic. Aduerte.* Imò mulier
29 adiens hæreditatem, non confecto in-

inuen-

inuentario tenetur in ſolidum, nec ex-
cuſatur, aut reſtituitur in integrum ad-
uerſus inuẽtarium omiſſum, vt ait *Bald. in l. fin. quæſt. 2. C. de iur. delib. Roland.*
à Vall. de inuent. quæſt. 8. n. 12. D. R. Ca-
pyc. Latr. conſult. 57. n. 5. poſt *D. Præſ. de*
Franch. in deciſ. 229. n. 4. vbi fusè *D. de*
Luca, qui contrarium tenet cum *Pha-*
nuccio de inuent. par. 2. n. 21. & R. Latr.
30 *vbi ſup. à n. 17.* ſi mulier eſſet ſimplex,
aut pauper; nam etiam reſtitueretur in
integrum ad conficiẽdum inuentarium,
vt referunt deciſum *D. Rocc. reſponſ. 97.*
lib. 2. & Thor. in comp. ſupplem. ver. reſti-
tutio in integrum, fol. 564. col. 2. proba-
ta priùs paupertate, & mulieris igno-
rantia, poſt *Gratian. diſcept. forenſ.*
cap. 797. n. 11. & 16. vbi hoc ampliat in
31 inuentario minus ſolemniter confecto
per mulierem, quę tali caſu eſſet etiã in
integrum reſtituenda, ſicut iunctis Au-
lis per S.C. iudicatum tradit *D. R. de*
Marin. reſol. iur. cap. 111. n. 8. lib. 2. & vi-
de *Tuſc. in verb. mulier concluſ. 289. nu.*
81. qui loquitur in muliere, & ruſtico,
Cenſal. ad Peregrin. de fideicomm. art.
35. & *Thor. in par. 3. ſui compend. verb.*
mulier hæres inſtituta fol. 117. vbi idem
procedere aſſerit, ſi mulier eſſet repo-
ſita in Monaſterio, vel eſſet Virgo in ca-
pillis; & ità deciſum refert, vt annuere
videtur etiam *D. de Franch. in d. deciſ.*
229. dum veriorem eſſe dixit opinionẽ,
quod mulier ex iuſta cauſa ſemper re-
ſtituatur in integrum aduerſus inuen-
tarium omiſſum, ſequitur *Dom. Conſil.*
Staib. reſol. 95. n. 40. & 41. lib. 1. circà fin.
vbi varios ad propoſitum allegat.

32 Si verò (ad noſtræ quæſtionis diſtin-
ctionem redeũdo) onera, de quibus hic
agitur, nõ per vẽditionẽ ãnuorũ introi-
tuũ, ſed fuerint alio modo cõtracta, aut
impoſita ab vltimo moriente ſuper bo-
nis antiquis; & hoc caſu non minuere
conſuetudinariam medietatem, ſed eſſe
deducenda priùs ex altera medietate,
de qua ipſe teſtator liberè poterat diſ-
ponere, & in ſubſidium tantùm ab illa
portione Conſuetudinibus ſubiecta, aſ-
ſeuerant *Capyc. d. deciſ. 191. & 195. in*
fin. & Minad. in repet. conſt. in aliquibus
notab. 4. n. 15. vbi ſic iudicatum fuiſſe te-
33 ſtatur; quemadmodùm nonnullis alijs
deciſionibus idem comprobat *P. Molf.*
vbi ſuprà d. par. 3. quæſt. 1. ſub n. 52. & in
addit. n. 33. nam ità vniformitèr ibi plu-
riès deciſum refert; nimirum in cauſa
† Antonelli Baroni contrà hæredes quõ-
dam Matthæi de Campora: in cauſa ali-
quorum de Blaſio: & in cauſa Filiorum
34 Bartholomei de Loffredo. Imò in cauſa
Illorum de Anna, in qua *Dom. Præſ. de*
Franch. compilauit *deciſ. 280.* vt refert
Molfeſ. d. quæſt. 1. n. 52. & iterum *part. 4.*
quæſt. 60. n. 5. & 6. quamuis reperiatur
ſolùm deciſum, quod onera, quæ depen-
dent ab acquirente bona, detrahi debe-
rent à tota hæreditate, quia ſubdit *in*
fin. Dom. Præſ. quod in debitis alio mo-
do contractis, Sacrum Conſilium reſer-
uauit ſibi reſolutionem faciendam, ta-
† men die 6. Maij, eodẽ anno 1583. facto
verbo de prædictis in S.R.C. per Dom.
Io. Antonium Lanarium Reg. Coſil. &
cauſæ Comiſſarium, decreto ipſius S.C.
prouiſum fuit, quod onera, quæ remanſe-
rũt in hæreditate quondam Ioannis Be-
rardini de Anna deducerẽtur ex medie-
tate libera, penès Balſamum Act. Mag.
vt tradit *Io. Bapt. Thor. in ſuo ſupplem.*
compend. deciſ. verb. onera. fol. mihi 456.
col. 1. quem cum D. R. *de Marin.* tradit
D. de Luc. in addit. ad d. deciſ. 280. n. 3.
35 Et ità eſt intelligenda *Napodani Gloſſ.*
in cit. Conſuetud. Et ſi teſtator, verb. per-
ueniat, verſ. item, &c. Secùs alitèr, quòad
debita contracta in vita, omniq; remota
36 fraude; nàm ſicuti poterat quilibet pro-
ximior agnatus bona, etiam antiqua, in
vita alienare; ſic pariter, ac eò magis il-
la poterit obligare, vt in ſubſidium pro
ſoluendis iſtis oneribus, in vita contra-
ctis, deueniatur etiam ad portionem
37 Conſuetudinariam, alijs ſuperſtitibus
agnatis debitam; prout in S. C. nouiter
† fuit deciſum anno 1676. die 15. Menſis
Aprilis, ad relationem integerrimi Cõ-
ſil. D. Eraſmi de Põte Aulæ Præfecti, in
cauſa Caroli Baſile hæredis inſtituti à
quondam Dominico Cerillo, cum pro-

ximioribus dicti Dominici: vt scilicèt onera per ipsum morientem contracta essent tantùm in subsidium deducenda ex toto patrimonio.

38 Tamen aduertas, quod si onera prædicta essent imposita in vltima morientis voluntate, qui nimirum fecisset tot legata in eius testamento, pro quorum adimplemento non sufficeret medietas libera, tunc legatarij nec minùs in subsidium habebunt actionem aliquam super medietate consuetudinaria, prout inter alios aduertit *Vrsill. ad Afflict. d.*

39 *decis.* 347. Sicquè successores, tàm filij, quàm cæteri proximiores de linea defuncti erunt omninò tuti, cōfecto prius solemni inuentario, vt post *Frecc. in addit. ad Consuetud. Si aliquis moriens, sub glos. perueniat, ver. nota, quod potest. fol.* 181. inquit *Dom. Præs. de Franch. decis.* 89. *n.* 7. *&* 8. *circà fin.* quem dat, & sequitur *Dom. Carol. de Rosa in præcit. Consuet. si aliquis, &c. n.* 16. *& in sequēt. Consuetud. & si testator n.* 44. *&* 45.

40 Et quod nō solùm omne aliud onus hæreditariū vltimi decedentis, sed etiā funeralium impensæ deducantur ab illa medietate, de qua potuit testator disponere, siuè ex libera tantùm portione sint detrahēda, pro indubitato affirmant omnes supracitati Authores post *Capyc. decis.* 210. *Afflict. d. decis.* 347. vbi *addent. Præs. de Franch. in alleg. Cōsuetud. si aliquis moriens, in addit. incipien. Si bona paterna, vers. & adde*, ibiq; *Ant. de Alex. fol. mihi* 162. *in addit. quæ incip. de ista medietate*, & in *Apostill. ad Consuetud. & si testator incipien. fuit iudicatum sub. n.* 27. *Dec. consil.* 157. quē ad propositum tradit *Molfes. d. quæst.* 1 *par.* 3. *n.* 55. cū alijs cumulatis per *Præs. Amat. consil.* 43. *n.* 22. *& consil.* 47. *n.* 11.

41 Sed perpendere deniquè haud desinam, vt id, quod diximus suprà *nu.* 14. *cum seqq.* fauore vxoris vltimi morientis, illam scilicèt posse pro suis dotibus agere super tota hæreditate eius viri, procedat solùm quò ad dotem, atq; iuribus dotalibus; Secus verò, si vxor etiam ageret pro ornamentis, siuè iocalibus promissis conseruari in instrumēto dotali, vt obseruat, ac ità iudicatum refert *Capyc. in sæpè alleg. decis.* 191. *in*

42 *fin.* Quinimò tali casu licèt vxor ad libitum consequatur integram eius dotem super omnibus bonis hæreditarijs; tenentur tamen defuncti hæredes ex alijs bonis remansis, etsi essent nouiter acquisita, proximioribus agnatis, vel cognatis reficere totum id, quod vxor abstulit de medietate consuetudinaria, prout sæpè decisum fuisse, præter alios fatetur *Molfes. d. quæst.* 1. *n.* 56. *& in addit. n.* 36. Nam semper, quòd potest sal-

43 uari medietas agnatorum, semper tenetur hæres: tùm ad euitādam fraudem; tùm etiam, quia creditoris arbitrium nō debet retorqueri in odium illorum, quorum beneficio fuerunt introductæ Consuetudines, circà bonorum dispositionem. Vndè mirum non fit, si eis etiā debeatur æquiualens istius medietatis super bonis de nouo acquisitis, quoties defuncti creditores ex omnibus bonis, etiam antiqnis, satisfactionē receperūt.

Et hæc in materia Consuetudinum, circà deductionem hæreditariorū onerum, sic distinctè exposita, mihi videntur sufficere; cum cætera per allegatos *Authores* fusiùs dilucidentur.

CONTROVERSIA XXXV.

Fœmina nùm disponere diuersimodè teneatur, quàm testari debet Masculus secundùm nostras Consuetudines?

SVMMARIVM.

1 Consuetud. Si aliquis moriens, *&* Etsi testator, *an comprehendant etiam fœminas, licèt loqui videantur solùm de masculis.*

Resoluitur difficultas, reiectis prius obie-

obiectionbus, quæ fieri possent, à n. 9. 14.& 16.circà fin.

2 *Masculinum vt dignius, regularitèr fæmininum concipit; sed non è contrà, vt num.7.*

3 *Verbum* si quis, *tàm masculum, quàm fæminam complectitur.*

4 *Appellatione hominis, masculum,& fæminam contineri, non dubitatur.*

5 *Sermo de sexu masculino, generaliter ad vtrumq; sexum porrigitur.*

6 *Soror semper continetur appellatione fratris, nisi contrarium constet de mēte Statutorum.*

8 *Fæmineus sexus vtùm comprehendatur sub dispositione Consuetudinum, masculino tantùm vocato?*

10 *Mulier habens filios, quomodo de suis dotibus, ac de cæteris bonis, tàm antiquis, quàm nouiter acquisitis disponere teneatur, secundùm* nostras Consuetud. *Quomodoq; si filijs careat? n. 16.*

11 *Disparitas assignatur, quæ est inter* Consuetud. si aliquis moriens, *&* si qua moriens.

Et in quo solùm concordari videantur ipsæ Consuetud. *describitur n.15.*

12 *Fæminarum magis, quàm masculorum testandi arbitrium refrenatur per* Cōsuetud. Neapol.

13 *Ad Ius commune non est recurrendum, quoties contrarium ex verbis Statutorum constat.*

16 Consuetud. & si testator, *fæmineum sexum etiam comprehendit, licèt masculinus ibi vocetur. Et quare? n. seq.*

ARGVMENTVM.

Recens dispungitur quæstio: vtrùm nostrarum Consuetudinum *de succeff. ex testam.* loquentium dispositio, quemadmodùm masculinum, ità paritèr fęmineum sexū amplecti, vel differenter de vtroq; loqui videatur?

Quarè masculinum, vt dignius, àn fæmininum concipiat; quandoq; soror fratris appellatione cōtineatur, cum similibus, breuiter expenditur.



1 Vàm peregrina, ità pōderationis digna, ęquè ac notabilis profectò videtur difficultas: vtrùm sub censura Consuetudinum huius Ciuitatis, exordientium, *si aliquis moriens*, & *Et si testator, sub tit. de succeff. ex testam.* comprehendantur tàm masculi, quàm fœminæ quòad eorum testamentarias dispositiones?

2 Masculinū etenim, quantum ad Legislatorum mentem, non quantum ad verba, vt dignius, regulariter fœminum concipit, ex *tex. in l.1.ff. de verb.signif.*

3 ibi: *Verbum hoc si quis, tam masculos, quàm fæminas complectitur*, vbi *gloff. l. 3. versic. hac verba*, ibi: *Hac verba, si quis, accipienda sic sunt, siuè quanam, ff. de neg.gest.* vbi etiam *gloff.in verb.siuè, l.*

4 *Hominis*, ibi: *Hominis appellatione, tam fæminam, quàm masculum contineri non dubitatur, ff. de verb. signif. l. qui duos, ff.de leg.2.* Quamobrèm generaliter sermonis pronūciationem in sexu masculino, ad vtrumq; sexum pleruṁq; por-

5 rigi, nobis indicant Legislatores in *l. Pronunciatio, 195. ff. cit. tit. de verbor. signif.* Et sic liberti appellatione, etiam libertam contineri placuit *Vulpiano in l. liberti, 172.ff.eod.tit.* prout in casu simili respōdet *Iulianus in l.qui duos mulos, 60.ff.de iur.fisc. & l.1.§.1. ff.de const. pecun.* Ità pariter eadem ratione

6 fratris appellatione soror continetur (nisi contrarium tamen constet de mēte Statutorum) iuxtà *tex. in l. Lucius, §. quæritur, ff. de leg.3.l.tres fratres, ff. de pact. l.Lucius, ff.famil.ercisc.& §.si verò intestatus, auth.de nō elig.secund. nub. Præf.de Franch. decis.652.n.3.Mart.de success. leg.par.3.quæst.6.art.5.Reg.de Marin.tom.2.resol.cap. 216. n. 18. cap. 217.n.11.& 219.n.3.Cors. Prouenzal. ad Consuetud.si moriatur obser.29.nu.7.* quos congerit *Groff.ann.33.ad Consuetud.*

tud. si quis, vel si qua à n. 3. cum seqq. Et hoc, tam in istis Imperatorum legibus, quàm in Constitutionibus Pontificum, vel Episcoporum sancitũ reperiri, ostẽdit idem *Mart. d. par. 3. quæst. 4. art. 1. n.*

7 5. Quamuis, vt alibi etiã annotauimus, fœmininum nullo modo masculinum concipiat, vti habetur ex *l. seruis legatis, 79. ff. de leg. & fideicomm. 3. & in l. si ità scriptum, ff. de leg. 2.* cum similibus.

8 Idcircò his breuiter premissis, ac præuiso iam, vndè oriri posset quæstionis propositæ dubietas, congruum est, nunc breuiter obseruare, dùm Compilatores Consuetudinum vsi fuere hoc verbo *si aliquis, &c.* an comprehendatur etiam fœmineus sexus, masculino tantùm vocato; & ità tam masculus, quàm fœmina, quoties testatur, huius Consuetudinis *si aliquis moriens, & seq. & si testator*, dispositioni ligetur? Quemadmodùm per transitum perpendit etiam *Napodan. ibid. sub n. 1. versic. Vndè cùm dicit si aliquis, subaudi, vel aliqua, fol. mihi 160.*

9 Obstarent re vera, vt diximus, negatiuæ opinioni Iura desuper allegata, eademq; regula secundùm Consuetudines videretur seruanda, nisi contrarium nobis suaderet peculiaris Consuetudo, quæ incipit, *si qua moriens, sub tit. de mul. hab. fil. qual. disp.* vbi aliter in mu-

10 liere testante sancitur, & sub diuersa censura fœmina astringitur, iuxtà dispositionem Consuetudinis prædictę, quàm masculus secũdùm *Consuetud. si aliquis moriens*, testari tenetur. Ibi namq; fœmina, quoties filijs, seù liberis non caret, os clausum, manus ligatas, & arbitrium refrenatum habet; & non tantũ de dotibus suis, verùm etiam de alijs bonis, sibi obuenientibus ab agnatis, vel cognatis, iure successionis, vel titulo lucratiuo, in vltima eius voluntate non potest disponere, nisi de decẽ partibus vnam: tàm de dotibus, quàm de præfatis bonis, vt copiosè ibidèm legitur, &

11 nos alibi annotauimus. Hìc verò masculus, quando filios, seù liberos habet, de bonis, per eum nouitèr quæsitis, reseruato tantummmodo ipsis filijs debito bonorum subsidio, liberè disponit, & de cæteris paternis, maternisuè bonis ipsius defuncti, alijsq; bonis, sibi à consanguineis ex quocumq; latere obuentis, medietatem solùm tenetur liberis æqualiter relinquere, de reliqua autem medietate potest pro suæ voluntatis arbitrio disponere, vt sonat *text. in præcit. Consuetudinibus*, quæ de vtroq; modo testandi sic distinctè loquuntur.

12 Ità quod, dùm expressè fœminarum testantium voluntas ligatur *d. Consuet. si qua moriens* magis quàm masculorũ nõ fuit antea refrenatũ disponẽdi arbitrium de bonis antiqnis per *d. Consuet. si aliquis*: & alitèr quoàd ipsas, decre-

13 uerunt ibidèm compilatores; hac de causa, cum distinguant Consuetudinum Conditiores, nos pariter distinguere debemus; nec ad Ius commune est recurrendum, quando contrarium de mente, verbisquè Statuentium apertè constat; Quemadmodùm sic in puncto decidit *Napod. d. n. 1. in fin. versic. sed dic contra*, ibi: *Sed dic contrà, nam aliud est in muliere, vt in Consuetud. si qua moriens, & sic masculinum hic non concipit fœmininum propter diuersitatem Statutorum.*

14 Et prædictis quamuis posset iterum contrarium opponi ex verbis expressis huius *Consuetudinis si aliquis moriens*, quæ dum *in fin.* subdit verba illa; *Verũ potest pater, & mater cum seqq.* per consequens, tàm masculus ibi, quàm fœmina comprehendantur. Patet nihilominùs, hoc non obstante, euidenter respõsio; nàm postquam *text.* de masculo testante tantùm loquutus fuit, nullitèr fœminam exprimendo, in casu iustæ exhæredationis, vult tantùm, patrem, & matrem in totum ab eorum successione filios excludere posse, sicquè in tali casu, nec in alio de fœmina fieri videtur mẽtio in *d. Consuetudine si aliquis moriens*, quæ in hoc solùm conformatur *d. Consuetudini, si qua moriens*, nempè, vt eodẽ modo, quo pater, de bonis per ipsum quæsitis, non tenetur liberis relinquère, nisi tantùm debitum bonorum subsidium,

dium, siuè legitimam, simili etiam modo, mater de paratis, & donatis ad ipsius vsum à marito tempore contractus matrimonij, & de quarta, si quam habuit ab aliquo viro defuncto, cum quo liberos nō susceperit, potest ad libitum disponere, saluo eius liberis vtriusquè matrimonij, & parentibus, debito bonorum subsidio, vt enixè obseruatur in *d. Cosuetd. si qua moriens*, & exponit Auriga noster *loc. cit. vers. in bonis autem*, ibi: *In bonis autem per mulierem acquisitis, idem quod hic statuitur, vt infrà in Consuetud. si qua moriens, in fin.* vbi *loquitur de quarta, acquisita per eam ab alio viro præmortuo.*

16 Verùm, est deniquè aduertendum, hæc esse procul dubio intelligenda, si loquamur simpliciter de *præd. Consuetud. si aliquis*, cum in subsequenti *Consuetud. & si testator*, benè comprehendatur fœmineus sexus, etsi masculinus

17 tantùm videatur vocatus; non solùm quia dispar ratio ibi assignari nō potest, vt nimis consideratè perpendit *Napodan. ibid. n. 1.* ibi: *Et si testator. Subaudi, vel si testatrix, cum eadem sit ratio, ff. de verb. signif. l. 1. & de neg. gest. l. ait prætor §. 1.* Sed etiam quia contrarium non decernitur per aliam Consuetudinem, quemadmodum suprà ponderauimus quòad dispositionē *Consuetud. si aliquis*, quæ corrigitur per *d. Consuetud. si qua moriens*, diuersimodè loquētē de fœmineo sexu; Quod minimè obseruari potest aduersus disposita per *Consuetud. si testator*, vbi indistinctè vocatur moriens, qui liberis, & descendentibus carens, siuè sit masculus, siuè femina, iuxtà eius dogmata testari tenetur, nec aliter, prout passim alibi annuimus.

CONTROVERSIA XXXVI.

Naturales filij per subsequens matrimonium, vel Principis rescripto legitimati, nùm excludantur à Consuetudinariæ medietatis successione, dùm ad illam, nostro municipali Iure attento, vocantur tantùm legitimi successores?

SVMMARIVM.

1 *Naturalis filius, postmodum legitimatus per subsequens matrimonium, aut Principis authoritate, controuertitur, si Patri, vel Matri succedat in bonis omnibus, exclusis agnatis, & cognatis, etiam ab antiquorum bonorum medietate, vigore Consuetudinis eis debita?*

2 Author *in præsenti controuersia nonnullas I.C. opiniones cōciliare conatur.*

3 *Matrimonij vis describitur.*

4 *Legitimati per subsequens matrimoniū omninò succedunt* Parētibus, *veluti filij legitimi, & naturales, à quibus minimè differre censentur.*

Secus verò si essent per rescriptum Principis legitimati, n. 5.

6 *Legitimatio per oblationē Curiæ non est amplius in vsu.*

7 *Consuetudines huius Ciuitatis admittunt ad bona defuncti legitimos successores, & n. 78.*

Idemq; sancitum reperitur de Iure Regni, vt n. 8.

9 *Naturales filij, cùm sint valdè apud Canones exosi, nemini eorum permittitur, succedere ab intestato.*

10 *Paternum vitium esse refrenandum, existimarunt Legislatores.*

11 *Naturalium nomen, tanquam alienigenum à Republica, Romana Legislatio putauit.*

12 *Filius naturalis propriè filius dici non debet.*

13 *Naturalis filius patri, vel proximiori ex linea paterna ab intestato non succedit.*

Eiquè, vt æqualitas seruetur, nemo ex agnatis succedere potest, n. 14.

15

15 *Successio, vulgatis nimis iuribus, reciproca debet esse.*

16 *Naturali ab intestato defuncto Regius Fiscus succedit.*

17 *Filius naturalis succedit patri ab intestato morienti in duas uncias, deficientibus legitimis successoribus; quibus existentibus, ad unam tantùm unciam admittitur.*

18 *Pater quamuis habeat filios legitimos, & naturales, potest tamē filijs naturalibus unam solùm unciam relinquere. Quemadmodum, si vellet ipse pater, iustis carens liberis, & legitima uxore, omnia bona sua eisdem filijs naturalibus relinquere potest, reseruato solùm debito bonorum subsidio parentibus. n. 19. Quod ampliatur, etiam si adessent filij legitimi, & naturales, qui cum iuramento renunciassent paternæ successioni, vel essent iustè exhæredati n. 20. & ità pluries decisum fertur n. 21.*

22 *Filijs naturalibus præteritis non competit querela inofficiosi testamenti, vel illud contratabulare. Secus quòad alimenta, vt n. 24.*

23 *Pater filio naturali legatum aliquod relinquens, potest etiam fideicommisso grauare.*

25 *Naturales filij, etsi succedant uti patris hæredes, non admittuntur tamen, nisi ad bona nouiter per eorum patrem acquisita; non verò in bonis subiectis Consuetudini, in præiudicium proximiorum, prout decernitur, & decisum fertur n. 26. & 27.*

28 *Filius, quoties ex legis, vel Statutorum dispositione vocatur, semper intelligitur de vero, & legitimo, non autem de naturali & n. 29.*

30 *Naturalis non excludit fœminas, stante statuto illas excludente.*

31 *Naturales frui non possunt beneficio* l. si vnquam; *nam ad illos non extenditur.*

32 *Naturales, quòad matrem habentur pro legitimis; cum omnes indifferenter ad maternas successiones concurrant, & n. 40.*

33 *Filius naturalis, etiam stante legitima sobole, debet à matre institui, aliàs testamentum annullat; quia legitima ei competit titulo institutionis in bonis maternis n. 34.*

35 *Spurius succedit matri, tam ab intestato, quàm ex testamento, simulq; eum legitimis liberis concurrere etiam potest, quoties non est natus ex damnato, & punibili coitu, vt n. 36.*

37 *Filij spurij, nati ex viro, aut ex muliere coniugata, sunt insuccessibiles, tam patri, quàm matri, etiam ex testamento; quando saltem non probatur bona fides ex parte eorum: nempè, quod unus ignorabat, alterum esse coniugatum, & n. 38.*

39 *Mater habens filium naturalem tantū, quod disponere ad libitum non possit de bonis antiquis, ac si ille legitimus, & naturalis esset, licèt decreuisset S.C. ex rationibus, appositis n. 40. & 41. Nihilominus, cum de hoc reclamatum esset, contrarium postmodum fuit determinatum, vt scilicèt naturales filij, etiam respectu matris, minimè comprehendi possint sub dispositione nostrarum Consuetudinum, vt habetur n. 42. & quarè n. 43. cum seq.*

44 *Filius naturalis ad bona paterna non admittitur de iure cōsnetudinario, sed de iure communi tantùm.*

45 *Dos soli matrimonio, & non concubinatui conuenit.*

46 *Verbum*, filij, *à lege, vel Statuto prolatū, sēper pro legitimis, & naturalibus accipi debet; nec illorum nomine comprehendi possunt naturales tantùm.*

47 *Statutum excludens fœminas, masculis existentibus, non comprehendit naturales.*

48 *Legitimati per subsequens matrimoniū, quia re vera habentur pro legitimis, & naturalibus, succedunt itaquè secundum nostras Consuetudines, exclusis cæteris agnatis, & cognatis, vnà simul cū filijs verè legitimis, & naturalibus, si illi adsint, & non constet, quod ista legitimatio sit in eorum fraudem facta, vel aliorum proximiorum, vt n. 48. & 49.*

Quem-

Quemadmodum, si de hac fraude constaret, à legitimatis per subsequēs matrimonium nequaquam excluderetur substitutus, vel fideicommissarius, qui aliter exclusus remaneret, cessante nimirum omni fraudis scrupulo; vel nisi cōtrarium ex testatoris voluntate argui posset, vt n.50.& 51.

52 *Legitimati per subsequens matrimoniū regulariter succedunt, exclusis agnatis & cognatis, ad parentum successiones.*

Comprehenduntur etiam sub dispositione Statuti, vel Consuetudinis, vocantis legitimos, ac fœminas excludentis propter masculorum existentiam, vt nu. 53.54.& 57.

Et ad mittuntur ad feudorum successiones, etiam dignitatum; licèt cōtrarium aliqui substinuerint, vt declaratur n. 62.& 63.cum seqq.

55 *Legitimum totaliter est, quod lege adiuuatur, & confirmatur.*

56 *Legitimatus per subsequens matrimonium existimatur, ac si ab initio natus esset legitimus, & naturalis, ex quadā retrotractione ad tempus natiuitatis, & n.60.*

57 *Matrimonij vis facit illegitimos, legitimos.*

58 *Matrimonium omnia præcedentia ex causa turpitudinis purgat.*

61 *Nepotes ex filio naturali præmortuo, per subsequens matrimonium num efficiantur legitimi; itàut etiam in feudis Auo succedere valeant?*

63 Episcopus, *licèt debeat esse natus ex legitimo matrimonio; posset tamen promoueri ad hanc dignitatem, si reperiretur legitimatus ex subsequenti matrimonio.*

64 *Legitimati per subsequens matrimoniū verè legitimi fiunt, nec per fictionem,*

65 *Legitimati per rescriptum Principis, quamuis adsit clausula, quod habeantur, ac si ex legitimo matrimonio essent nati, non per hoc fiunt tales, nisi per fictionem.*

66 *Filius naturalis, legitimatus per subsequens matrimonium, præferatur nè in successione feudi filio legitimè nato medio tempore, antè suam legitimationem?*

Negatiuè resoluitur quæstio, contrà legitimatum, et si primogenitum, fauore secundogeniti, & ex legitimo matrimonio nati antè legitimationem naturalis à nu.67.vsq.ad nu.71 per tot. licèt nonnulli contrariam substinuerint opinionem, vt nu. 69. nàm nunquam fuit recepta; Sed verior fuit semper visa prior sententia pro filio, ex legitimo matrimonio antè legitimationem naturalis nato; tam in feudo hæreditario, quàm in feudo ex pacto, & prouidentia; & quarè, n.seq.

68 *Primogenituræ priuilegium, quod attenditur in viuentibus iure Francorum, statim per natiuitatem acquiritur.*

72 *Legitimati ex Principis rescripto, quod admittantur, etiam ad bona antiqua vigore Consuetudinis, tanquam filij legitimi, & naturales, exclusis prorsus agnatis, & cognatis, substinent* Mōtan. & D.Rodoer. *inter recentiores.*

Contraria opinio, vti magis recepta, veritatiq; consona refertur à num. 77. 89. & 90. fauore proximiorum, quos haud excludi posse per istos legitimatos à bonis Consuetudinibus subiectis, sed tantum à bonis nouiter ab eorum patre acquisitis, à n.80.demonstratur, cū omnibus seqq.

Et sic pluries decisum in contingētijs traditur n.91.92.93.94.& 98.

Sed distinctionis fœdere conciliantur istæ contrariæ opiniones à n.100.vsq.ad n 115.

73 Horat.Montan.& D.Leonard.Rodoer. *iuxtà eorum merita Commendantur.*

74 *Filius per rescriptum Principis legitimatus excludit à successione patris legitimam eius sororem, stante statuto fœminarum exclusiuo, masculis existentibus.*

Imò comprehenditur sub statuto de filijs legitimis, & naturalibus disponente.

Sed contrarium esse verius ostenditur n.147.148.149.& 150.

75 *Naturales filij, legitimati per rescriptū*

 Prin-

Principis, conseruant agnationem, & familiam.

Et consequuntur ex ista legitimatione plenum ius succedendi parentibus, & agnatis, etiam secundùm nostras Consuetudines, n.76. Sed contrà n. seqq.

78 *Successores legitimi tantùm vocantur ad bona antiqua de iure municipali.*

79 Napodani *intellectus* sub verb. legitimis, in Consuetud. Si quis, vel si qua *exbaratur, ac dilucidè expenditur.*

81 *Legitimatus efficitur legitimus, sed quoad filiationem, & patrem sic volentem; non verò quoad agnatos, & alios non consentientes, & n.124.*

82 *Naturales per legitimationem Principis non fiunt verè legitimi, sed fictè.*

83 *Veritas imagine naturæ obumbrari nõ debet.*

84 Consuetudo Neapolit. *dum expressè vocat legitimos liberos ad successionẽ, & in eorum defectũ proximiores, non est idcircò extendenda ad legitimatos per accidens; nam de legitimis ex natura videtur simpliciter loqui, vt nu. seq. & 86. ostenditur.*

85 *Legitimatus pro legitimo reputatur, quia dicitur habilis ad ea, quæ sunt Iuris ciuilis.*

86 Consuetudinũ *verba sunt magis vsualia, & propterea debent accipi secundum communem vsum loquendi in ciuilibus.*

87 *Legitimus communiter dicitur ille, qui ex legitimo viro, & vxore susceptus est & n.88.*

90 Doctores *nonnulli sustinentes, filios legitimatos Principis rescripto non succedere ad exclusionem proximiorum ex parte patris, vigore Consuetudinis, in bonis scilicet antiquis; etsi omninò illi excludantur per istos filios à successione bonorum defuncti genitoris, recensentur, & n. seqq.*

Quorum opinio per similia statuta alibi practicatur, vt n.95. & 96.

Et de Stylo Sacri Consilij, & Regiæ Cancellariæ *in legitimationibus prædictis semper obseruatur; vt habetur n.97. & 98.*

99 *Legitimationes in Regia Cancellaria cõceduntur regulariter quoad bona paterna tantùm, demptis verò bonis feudalibus, & antiquis.*

101 *Filij legitimati Principis rescripto, quãuis fuerint ab eorum patre hæredes instituti, non poterunt tamen concurrere, nisi ad bona paterna, & ad medietatem aliorum bonorum antiquorum, de quibus poterat testator ad libitum disponere; Nam altera medietas spectat cæteris agnatis, & cognatis conditione ex moribus, vt n. 102.*

103 *Princeps nõ potest diminuere bona alijs spectantia, vel illis sinè vlla causa eos priuare.*

104 *Pro legitimato in præiudiciũ verè legitimorum nunquam est pronunciandum.*

105 *Naturales filij, vt agnatos, & cognatos excludant, etiam in bonis subiectis Cõsuetudini, qualiter debeant legitimari? & præc. n.102.*

Et vt ad feuda succedere possint, n.106.

107 *Filius naturalis, quamuis legitimatus ad feuda, nunquam admittitur, nisi in specie sit ad hunc actum legitimatus à Principe.*

Nec succedit in emphyteusi ecclesiastica, aut concurrere potest ad alias ecclesiasticas dignitates; nisi ab Ecclesiastico fuerit legitimatus, vt n.108.

109 *Legitimatio, facta ad petitionem tenẽtis feudũ, nocet alijs successoribus, si feudum sit hæreditarium: non autem antiquũ ex pacto, & prouidentia, quia non posset fieri tali casu in illorum præiudicium, cum eis iam sit ius quæsitum in hoc feudo.*

110 *Princeps non potest legitimè tollere ius alteri quæsitum.*

111 *Agnatis dicitur ius quæsitum in feudis ex tenore inuestituræ, non solùm spe, sed etiam re; ideoq; ab eis nullo modo auferri potest, sine facto ipsorum.*

112 *Legitimatus expressè ad feuda, non admittitur ad feuda titulata.*

113 *Dignitas tituli requirit homines dignos vtero, non autem priuilegio, & impetrato beneficio.*

114 *Potestas legitimandi ad feuda non censetur*

stetur data in generali facultate legitimandi, nisi expressè concedatur.

115 *Legitimati àn admittantur ad bonores* Sedilium, *an verò gaudeant eadem nobilitate parentum?*

116 *Legitimationes ex consueto stylo fiunt hodiè citrà agnatorum praeiudicium, & eorum, qui de Sedilibus sunt.*

117 *Filius naturalis, per rescriptum Principis legitimatus, non succedit in bonis antiquis, iuxtà dispositionem* Consuetudin. *nisi consentientibus proximioribus agnatis, & cognatis, prout ità sẽper fuisse decisum fertur à n.91. ad n. 99.*

Idq; nonnullis Napodani *authoritatibus tandem comprobatur à n.118. ad n. 124. cui licèt se opponat cũ* Montan. D.Rodoer.consil.20. *vbi illius solidissimas rationes reprobare conatur, vt à n.125.& 126. ostenditur;* Author *tamen non recedens à* Napodani, *& eius sequacium sententia ,* Rodoerij *ponderationes non posse procedere, patefacit ; nisi supposita plena legitimatione, non autem si simpliciter filius fuerit legitimatus à Principe ad petitionem patris, proximioribus inauditis , vt à nu. 134. 136. & 140. Imò argumentis ex aduerso propositis plenè respondet à n. 141. & 147. vsq. ad n.152.*

119 *Filius naturalis per legitimationem quòad patrem tantùm efficitur legitimus, secus verò quòad agnatos , & cognatos non consentientes.*

Ideóq; ad bona acquisita per patrem legitimatum tantummodò admittitur, non verò ad bona, quae ex Consuetud. Neapolit. *filijs legitimis non existentibus, alijs proximioribus deferuntur, vt n.121.*

120 Tex.in §.Filium, auth.quib.mod. natur.effic.sui, *de qua filiorum legitimatione loquatur, expenditur.*

122 Consuetud.Si quis, vel si qua *agnationem, & cognationem considerat, prout in* Consuetud.Et si testator.

123 *Pater non potest tribuere agnationem filio naturali in praeiudicium proximiorum, sed tantùm filiationem, qua dependet ex eius arbitrio, & sub num. 142.*

127 *Filij naturalis legitimatio non potest fieri ad exclusionẽ iuris alteri quaesiti, & n.128.*

129 *Substitutus sub conditione , si sine filijs legitimis, & naturalibus decesserit, àn per filium legitimatum rescripto Principis excludatur?*

130 *Haereditas, & bona purè fideicommisso supposita , distrahi à grauato non possunt, nec per contractus inter viuos, nec in vltimis voluntatibus.*

Quod secùs procedit in bonis subiectis Consuetudin. *nam inter viuos, semota fraude, vnusquisque potest de illis disponere, vt n.131. 132. & 140.*

133 *Filios legitimos habere, omnes ex naturali impulsu imitamur.*

135 *Statutorum, & Consuetudinum finis dirigitur ad Iuris communis correctionem.*

137 *Ius commune per nostras Consuetudines corrigitur, non quòad successionem bonorum Parentum, sed quòad bona antiqua , nempe à maioribus eis obuenta.*

138 Montan. & Rodoer. *dicentes, quod potest Pater per filiorum naturalium legitimationem praeiudicare successioni debitae agnatis , tanquam si dispuisset citrà fraudem inter viuos de istis bonis antiquis, refelluntur, & quarẽ? nu. seqq.*

142 *Filiorum naturalium legitimatio pendet ex patris voluntate , & Principis potestate.*

143 *Principis potestas lex animata dicitur.*

Et propterea , iustè agens, nunquam tertio voluisse praeiudicare intelligitur, vt.n.144.

145 *Legitimatus per rescriptum Principis non excludit consanguineum in bonis, de quibus testator disponere non poterat.*

146 *Filius naturalis Regis non potest legitimari in praeiudicium consanguinei, qui ex Statuto, vel Consuetudine ad Regni successionem vocatur.*

150 *Legitimatus Principis rescripto non comprehenditur sub Statutis, loquentibus de legitimis, ac fœminas propter masculos excludentibus.*
151 *Quod adhuc est in controuersiâ non potest pro paritate adduci.*
152 *Filius naturalis, à patre institutus hæres, censetur legitimatus.*
Ratione suadetur à n. 153.
Et ità pluries traditur decisum n. 154. *& nouissimè n.*156.
155 *Legitimationis stylus recensetur.*
156 Dom. Reg. Capyc. Galeota Ill. Dux S. Angeli ad Phasanellam *laudatur.*

ARGVMENTVM.

De famigerabili quidem articulo nobis contingit dubitare: vtrùm legitimati ad Parentum successiones admittantur, tanquàm filij legitimi, & naturales, cum ijsdem nimirùm iuribus, & actionibus, tàm in bonis feudalibus, vbi iure Francorum viuitur, quàm in bonis subiectis dispositioni Consuetudinis, vbi defertur saltem illorum medietas, dato testamẽto, legitimis liberis, loco legitimæ portionis, & ob eorum defectum proximioribus ex eo latere, vndè præfata bona prouenerunt?

At quia non mediocris conditionis adesse cernitur disparitatẽ inter filios legitimatos ex subsequẽti matrimonio, & legitimatos Principis rescripto; Relicta idcircò legitimatione per oblationẽ Curiæ, cum amplius non sit vsu recepta, distinctè concluditur, ac efficacissimè comprobatur, legitimatos per subsequens matrimonium succedere in omnibus, vti filios legitimos, & naturales, exclusis prorsus agnatis, & cognatis, etiam à consuetudinaria bonorum antiquorum medietate, ad differentiam legitimatorum Principis rescripto, qui haud posse præferri, apertè ostẽditur, legitimis proximioribus successoribus, tàm in bonis feudalibus quàm debitis vigore Consuetudinis, nec non pacto Ciuium obnoxijs, iuxtà plurium I.C. placitum, rerũq; iudicatarum authoritatem, & rationum pondus; Quamuis contrarium vnà simul cum *Horat. Montano, in Controuer.*6. nouissimè tueri, conetur *D. Rodoer. in consil.* 2c. cum quo præsertim est per *Authorem* capessenda pugna, vt dispunctis eius subtilissimis argumentis, firma omninò remaneat nostratum communis sẽtentia in præsenti Iuris Certamine.

1 PRincipis rescripto, vel per subsequẽs matrimonium legitimati, possint an succedere eorum Parentibus, tàm ab intestato, quàm ex testamento, in bonis feudalibus, & burgensaticis, exclusis etiam proximioribus agnatis, & cognatis à Consuetudinaria bonorum antiquorum medietate, tanquam cæteri descendentes legitimi, & naturales? Cum frequens, ac celeberrima sit disceptatio, præsertim
2 de Iure municipali huius Vrbis; Veritatem propterea in re præsenti, quòad vires sufficient, exactissimè indagare curabimus; vt cunctis exindè placida ista reddatur quæstio, atq; difficultatum tenebris ità inspiciatur denudata, vt pristinum hoc dissentionis, aut Controuersiæ nomen amplius nõ mereatur, sed illud, conciliatis prius opinionibus, quæ videntur in discrimen versari, ad præsens prorsùs amittat.
3 Qua de causa, sigillatim loquendo, propositam

positam disputationē esse distinguēdam,
arbitror, inter filios legitimatos per
subsequens matrimonium: *cap. tanta est
vis; qui fil. sint legit. l. si quis, C. de natu-
ralib. liber.* à legitimatis per rescriptum
Principis: *§. illud autem, auth. quib. mod.
nat. effic. sui, cap. per venerabilem 13.*
4 *qui fil. sint legit.* Cumq; magna apud eos
assignari possit disparitas; Quoniam tā-
ta est vis matrimonij, vt qui anteà erant
illegitimè geniti, post contractum ma-
trimonium legitimi dicantur, iuxtà dis-
positionem *d. cap. tanta*; sicq; succedant
illi in omnibus bonis paternis, veluti fi-
lij legitimi, & naturales, à quibus in ni-
hilum differre censentur, *l. Diui Constā-
tini 5. l. iubemus 6. l. cum quis, C. de natu-
ral. liber. §. fin. instit. de nupt.* Quod mini-
5 mè considerari potest in legitimatis
Principis rescripto, ad petitionem na-
turalis patris; Illi namquè, deficientibus
tantùm legitimis, & naturalibus succe-
dunt; vt perbellè hanc, & similes diffe-
6 rentias, quæ inter legitimatos conside-
rari possunt, fusiùs enumerat post alios
per ipsum allegatos *Molfes. in suo com-
ment. ad Consuetud. Neapol. par. 2. de per-
sonis, quæst. 10. per tot.* cum nonnullis ex
recentioribus infrà citandis, hicq; ex
breuitate prætermissis. Idcircò, relictis
legitimatis per oblationem Curiæ, cum
huiusmodi legitimatio non sit ampliùs
in vsu, quibus ex his alijs potiùs faue-
at nostrarum Consuetudinum sanctio,
enixè ostendamus oportet.
7 Clarè nimis constat ex verbis Con-
suetudinum, & præsertim *Consuetud.*
exordientis, *Si quis, vel si qua*, vbi *Gloss.
in verb. legitimis*, Compilatores nempè
illarum, siuè huius Ciuitatis Antistites,
probatissimos quidem viros, ad motiē-
tis bona tantùm vocasse legitimos suc-
8 cessores; Idemq; dispositum etiam repe-
riri de Iure Regni, habetur in *Constitut.
incip. Sancimus, sub tit. de matrim. con-
trah.* Et meritò, quia in naturalibus fi-
lijs nulla legitima consequentia custo-
9 ditur, *l. fin. C. de natur. liber.* eapropter,
cum sint valdè apud Canones exosi,
nemini eorum iura ab intestato aperiri,
ait *Iustinianus* in *d. l. §. Iura*, ex quò pa
ternum vitiū ità refrænandum esse, cū-
10 cti existimarunt Legislatores *in præcit.
l. fin.* ità vt tantùm ille, qui ex legitimis
nuptijs nascitur, ab intestato succedat,
§. si aduersus, instit. de legit. agn. success. §.
11 *& hoc, vers. quapropter: in auth. quib.
mod. nat. effic. sui*; namnomē hoc natu-
ralium, vti alienigenum à Republica,
12 Legislatio Romana putauit. Vndè filiū
naturalem propriè filium non dici, cum
alijs pluribus fatetur *Rip. in l. si vnquā,
C. de reuocan. donat. n. 73.* cum ad inte-
13 statas Patris, vel ipsius proximiorum
successiones non admittatur, *l. si spurius,*
14 *ff. vnde cogn.* eiq; pariter, vt solita ser-
uetur æqualitas, ab intestato decedenti,
nemo ex agnatis, & consanguineis pa-
15 ternis succedere potest, *d. l. spurius, &
§. filium, auth. quib. mod. nat.* (Qui enim
nobis nō succedunt, vulgarū est axioma,
vt ipsis nec etiam nos succedere possi-
mus, *l. nam, & si parentibus, ff. de inoffic.*
16 *testam.*) Sed ad illius bona, tanquam
vacantia Regius Fiscus admittitur tali
casu ex *l. 1. C. de bon. vacan.* Licèt indè,
17 filios naturales, ne daretur locus inui-
diæ, posse quoàd duas tātùm vncias pa-
tri succedere ab intestato, deficientibus
legitimis successoribus, & vxore, qui-
bus existentibus, vnam vnicam eis de-
beri ex paterno patrimonio, ipse *Iu-
stinianus* iussisset, vt *in auth. licèt, C. de
nat. liber. & §. si quis autem defunctus,
& §. nos igitur, auth. quib. mod. nat. eff. sui
Surd. in tract. de aliment. tit. 7. quæst. 10.
n. 3. Morot. consil. 94. Crass. §. successio ab
intest. quæst. 18. Præs. de Franch. decis.
605. n. 7. decis. 640. n. 3. & decis. 720. n. 1.*
18 Ideòq; pater habens filios legitimos, &
naturales, potest etiam relinquere filijs
naturalibus tantùm vnam vnciam ex
tota eius hæreditate, *Cancer. lib. 1. resol.
cap. 5. n. 46. Consil. Pascal. de vir. patr. po-
test. par. 2. cap. 4. n. 48. Fontanell. decis.*
19 415. quemadmodùm si vellet, ex testa-
mento etiam posset idem pater, iustis ca-
rens liberis, & legitima vxore, omnes
eius facultates filijs naturalibus re-
linquere, reseruato solùm debito bono-
rum

rum fubfidio parentibus, vt exprefsè fancitur in *d.auth.licèt.*& *l.humanitatis,* nunc ampliata per *auth. C.de nat.liber. Gratian.difcept.foren.cap.*958.*& Iacob. Cancer. lib. 3. var. refol.cap. 15.n. 2.&* 10.vbi pro indubitato idem affeuerant,
20 etiam fi adeffent filij legitimi, & naturales,qui eum iuramento renunciaffent paternæ fucceffioni, vel effent iuftè exhæredati, vt adhuc poffit hoc cafu pater inftituere in totum eius filios naturales per vltimæ voluntatis difpofitionem,vel maiorem bonorum partem eifdem inter viuos donare,dũmodo afcendentibus legitima relinquatur, prout
21 pariter decifum tradit per fuumSenatũ *Cutell.de donat.trac.1.difc.2.p.14.n.66.* & in S.R.Confilio *D.Confil.Staiban. refol.56.Thor.in compẽd.decif.tom. 1.verb. filij nati ex concubinatu.fol. mihi* 232.*D. Reg.de Marin.tom. 2.refol. 40.& tom.1. cap.244.n.9.cap.255.n.8.& cap. 270.n.* 4. cum alijs eumulatis per *Vifcont. ad Præf.de Franch.decif.*291. Sed fi noluc-
22 rit, & naturales filios prætereat pater, tunc eis querela inofficiofi teftamenti, fiuè illud contratabulare, minimè permittitur,fecundùm *gloff.in l.1.verb. naturales* , *ff.de bon. poffeff. cont. tab.*vbi *Bart.* cum nonnullis, quos congerunt *Gomef.in l.9.Tauri n.11. Merlin. de legitim.lib.1.tit.2.queft.4.Gafp.Thef.lib.2. quæft.for.26.n.10.Mart. in fum.fucceff. legal.par.1.quæft.16.art.1.n.4.Bottilier. de fucceff.ab inteft.theor.6.n.7.Conf. Pafcal.de vir.patr.poteft. d.par.2. cap.4.n. 57.Dom.Altimar.ad D.Reg.Rouit.conf. 54.lib.3.*& antè prædictos *Ant. Fab·defin.* 13. *tit.* C.*de natur.liber.*vbi etiam
23 afferit,patrem poffe fideicommiffo grauare legatum, fi quod naturali filio relinquat:*Surd.confil.*177.*vol.*2.*& confil.* 355.*n.*54.*vol.*3. Quamuis in quantum
24 ad alimenta benè impugnare poffint naturales filij teftamentum parernum, ex allegatis per eundem *Surd.de alimẽt. tit.8.priuil.*81.quẽ refert*Molfef. in par. 4.fui comment.tit. de fucceff. ab inteftato quæft.43.n.4.5.& 6.*poft *Præf.de Frãch. d.decif.605.n. 10. 665.n.9. & 720.n.4. Ricc.collect.decif.29.circà med.*& *Confil: Hodier.in l.hac edictali,quæft.* 17.*n.* 11.
25 Verùm aduertas,quod etfi ifti naturales filij fuccederent vti patris hæredes, non admitterentur tamen, nifi ad bona nouiter per eorum patrem acquifita;Secus verò in bonis fubiectis Confuetudini, in præiudicium proximiorũ agnatorum,& cognatorum, vt perbellè admonet nofter Auriga *Napodan. in d. Confuetud. fi quis, vel fi qua,n.* 169.*&* 177.vbi naturales folùm ad fucceffionẽ vocãtur,fecundùm terminos iuris communis,dato quod hæredes fuerint infti-
26 tuti à patre.Et hoc idem expreffis verbis docent *Præf.deFranch.cit.decif.*640. *n.70.*vbi *de Luc.*& *decif.*720.cum cæteris *Addent.Ant.de Alex.* in proximè *cit. Confuetud.fub n.169.in apoftill.incip.vide,*ibi: *fi ergò naturales tantùm iure ifto non vocantur:Molfef.d.quæft.43.nu. 16. Hodier.vbi fuprà , & Thor. in fupplem. eius compend.decif.verb.filius naturalis, fol.*239.quibus adijcitur *D.Reg.de Marin.lib. 1. refol.d.cap. 270. n.7.circà fin.*
27 vbi de anno 1639.ità nouiter iudicatũ refert,refpectu hæreditatis cuiufdam militis,qui non habens filios legitimos, & naturales,neque vxorem,eius filium naturalem tantùm hęredem inftituit,cuius fauore fuit delata hæreditas prædicta,dempta tamen medietate bonorum antiquorum,intrà diftrictum huius Ciuitatis exiftẽtium,ea potiffimũ ratione, quia de confuetudinaria ifta medietate quilibet eft inteftabilis,nec filio natura-
28 li,vt diximus,in ea ab inteftato fuccedere permittitur. Quinimò,quod naturales excludere haud poffint legitimos agnatos,vel cognatos à medietate antiquorum bonorum, eis vigore Confuetudinis debita,fuadetur etiam; quia filius ex legis difpofitione quoties vocatur,femper intelligitur de vero, & legitimo,non autem de naturali, vt inquit I.C.*in.l.filium,ff.de his , qui funt fui,uel*
29 *alien.iur.*prout idem pocedit,tam in Legibus,quàm in Statutis,& Confuetudinibus,refpicientibus fauorem filiorum, quorum nomine non veniunt naturales

l.

l. Iulia, §. *hoc capite*, *ff. de rit. nupt. Brun. in tract. de statut. exclud. fæmin. art.* 12.
30 *quæst.* 3. *n.* 43. vbi ait, quod stãte statuto fæminas excludente propter masculorum existentiam, naturalis illam non excludat: ità *Tiraquell. in l. si vnquam, verb. susceperit liberos n.* 61. vbi demon-
31 strare conatur, *dictæ legis* beneficio naturales filios nequaquam frui posse, nam ad illos non extenditur.
32 Difficultas tantummodò videtur esse respectu Matris; cum naturales quòad matrem habeantur omninò pro legitimis, & naturalibus, simulq; omnes indifferenter concurrant ad eius hæreditatem, vt legitur in *l.* 1. §. 1. *ff. ad Tertull. l. si qua illustris, & l. fin. C. ad Orfician.* Quod eatenus est verum, vt etiam
33 stante legitima sobole, teneatur mater filium naturalem etiam hæredem instituere; & si illum prætereat, contrà matris testamentum venire potest, ex *tex. in l. si suscepta*, §. 1. *ff. de inoff. testam.* vbi naturales debent habere legitimam titulo institutionis, aliàs datur eis que-
34 rela de inofficioso testamẽto. Sic etiam ratiocinatur *Napodan. in cit. Consuetud. Si quis, vel si qua d. n.* 169. *in fin.* & post *Cagnol. Gomes. & Peregr. Præs. de Frãch. d. decis.* 640. *n.* 4. *Morot. d. consil.* 94. *n.* 4. *& seqq. Surd. in tra. de alimẽt. d. priuileg.* 81. *n.* 4. *& cons.* 337. *vol.* 3. *Thesaur. filius lib.* 2. *quæst. forẽ. cap.* 26. *Merlin. de legiti. lib.* 5. *tit.* 2. *quæst.* 13. *Barri. de success. lib.*
35 18. *tit.* 1. *n.* 18. vbi de spurijs etiã loquitur, qui succedũt matri, tàm ab intestato, quàm ex testamẽto, & cõcurrũt pariter vnà simul cum legitimis, & naturalibus §. *nouissimè, Instit. ad Orfician. Froster. de success. lib.* 6. *conclus.* 46. *Fab. defin.* 7. *C. de*
36 *legit. hæred.* nisi filij spurij essent nati ex damnato, & punibili coitu; nam illi, etiã si mater non habeat filios legitimos, & naturales, minimè ei succedunt, *Crass.* §. *successio ab intest. quæst.* 20. *Surd. decis.*
37 249. vbi mentionem facit de filijs spurijs, natis ex muliere coniugata, vel è contrà, qui sunt insuccessibiles, tam patri, quã matri, etiam ex testamento, vt post nonnullos probat *Dom. Consil. Hodiern. ad Surd. in d. decis.* 249. Quamuis
38 posse ex testamento succedere, quoties probatur bona fides ex parte eorum parentum, ex eo quia vnus ignorabat alterum esse coniugatum, dixerunt *Mart. de success. leg. par.* 1. *quæst.* 16. *art.* 1. *num.* 32. *Surd. consil.* 303. *n.* 20. *Gratian. discep. forens. cap.* 468. *Consil. Staiban. in obser. ad eius resol.* 56. *Ann. singu.* 535. ac vltrà prædictos vide *Molfes. vbi suprà d. par.* 4. *quæst.* 43 *à n.* 9. *D. Reg. de Marin. lib.* 1. *resol. cap.* 322. *n.* 14. *& lib.* 2. *cap.* 101. *D. R. Galeot. Contr.* 36. *n.* 33. *lib.* 1. *D. Reg. Capyc. Latr. decis.* 14. *D. Reg. Marcian. disput.* 29. & *D. R. Rouit. consil.* 59. vbi plenè *Dom. Altimar. in obseruat. lib.* 3.
39 Sed in materia nostrarum Consuetudinum circà propositum articulum: nũm scilicèt mater habens filium naturalem tantùm, disponere ad libitum minimè possit de bonis antiquis, ac si ille legitimus, & naturalis esset? Licèt ità
† negatiuè iudicatum fuisset per Sacrum Consilium in causa Io: Alphõsi Campanilis cum Venerabili Monasterio Sancti Spiritus huius Ciuitatis, teste *D. Præs. de Franch. in alleg. decis.* 640. *sub n.* 6. ea
40 præcipua ratione, quia respectu matris naturales habentur ad instar legitimorum, & naturalium, tàm quòad successionem ab intestato, cum concurrant simul cũ legitimis, & naturalibus: quàm etiam ex testamento, nàm debent ab eorum matre institui, vt dictum est; Ergò queadmodum filij legitimi, & naturales faciunt matrem intestabilem quòad nouem partes bonorum antiquorum, ità paritèr filij naturales, iuxtà dispositionem *tex. in d. Consuetud. si qua moriens*, vbi haud colligi potest, eius verba esse intelligenda de legitimis, & naturalibus tantùm, quoniam generalitèr de liberis loquuntur, sicq; comprehen-
41 dere videntur naturales; eò magis, quia Ius Consuetudinarium, tanquam singulare, & contrà Iuris communis dogmata, non est propterea extendendum de casu ad casum, sed sicut loquitur, est absolutè intelligendum, quod pluries alibi repetitum est, signanter *Napodani* au-

tud. si quis, vel si qua à n. 3. cum seqq. Et hoc, tam in istis Imperatorum legibus, quàm in Constitutionibus Pontificum, vel Episcoporum sancitũ reperiri, ostẽdit idem *Mart. d. par. 3. quæst. 4. art. 1. n.*

7 5. Quamuis, vt alibi etiã annotauimus, fœmininum nullo modo masculinum concipiat, vti habetur ex *l. seruis legatis, 79. ff. de leg. & fideicomm. 3. & in l. si ità scriptum, ff. de leg. 2.* cum similibus.

8 Idcircò his breuiter premissis, ac præuiso iam, vndè oriri posset quæstionis propositæ dubietas, congruum est, nunc breuirer obseruare, dùm Compilatores Consuetudinum vsi fuere hoc verbo *si aliquis, &c.* an comprehendatur etiam fœmineus sexus, masculino tantùm vocato; & ità tam masculus, quàm fœmina, quoties testatur, huius Consuetudinis *si aliquis moriens, & seq. & si testator*, dispositioni ligetur? Quemadmodùm per transitum perpendit etiam *Napodan. ibid. sub n. 1. versic. Vndè cùm dicit si aliquis, subaudi, vel aliqua, fol. mihi 160.*

9 Obstarent re vera, vt diximus, negatiuæ opinioni Iura desuper allegata, eademq; regula secundùm Consuetudines videretur seruanda; nisi contrarium nobis suaderet peculiaris Consuetudo, quæ incipit, *si qua moriens, sub tit. de mul. hab. fil. qual. disp.* vbi aliter in mu-

10 liere testante sancitur, & sub diuersa censura fœmina astringitur, iuxtà dispositionem Consuetudinis prædictę, quàm masculus secũdùm *Consuetud. si aliquis moriens*, testari tenetur. Ibi namq; fœmina, quoties filijs, seù liberis non caret, os clausum, manus ligatas, & arbitrium refrenatum habet; & non tantũ, de dotibus suis, verùm etiam de alijs bonis, sibi obuenientibus ab agnatis, vel cognatis, iure successionis, vel titulo lucratiuo, in vltima eius voluntate non potest disponere, nisi de decẽ partibus vnam: tàm de dotibus, quàm de præfatis bonis, vt copiosè ibidèm legitur, &

11 nos alibi annotauimus. Hic verò masculus, quando filios, seù liberos habet, de bonis, per eum nouitèr quæsitis, reseruato tantummodo ipsis filijs debito bonorum subsidio, liberè disponit, & de cæteris paternis, maternisuè bonis ipsius defuncti, alijsq; bonis, sibi à consanguineis ex quocumq; latere obuentis, medietatem solùm tenetur liberis æqualiter relinquere, de reliqua autem medietate potest pro suæ voluntatis arbitrio disponere, vt sonat *text. in præcit. Consuetudinibus*, quæ de vtroq; modo testandi sic distinctè loquuntur.

12 Ità quod, dùm expressè fœminarum testantium voluntas ligatur *d. Consuet. si qua moriens* magis quàm masculorũ nõ fuit antea refrenatũ disponẽdi arbitrium de bonis antiquis per *d. Consuet. si aliquis*: & alitèr quòad ipsas; decre-

13 uerunt ibidèm compilatores; hac de causa, cum distinguant Consuetudinum Conditiores, nos pariter distinguere debemus; nec ad Ius commune est recurrendum, quando contrarium de mente, verbisquè Statuentium apertè constat; Quemadmodùm sic in puncto decidit *Napod. d. n. 1. in fin. versic. sed dic contra*, ibi: *Sed dic contrà, nam aliud est in muliere, vt in Consuetud. si qua moriens, & sic masculinum hic non concipit fœmininum propter diuersitatem Statutorum.*

14 Et prædictis quamuis posset iterum contrarium opponi ex verbis expressis huius *Consuetudinis si aliquis moriens*, quæ dum *in fin.* subdit verba illa; *Verũ potest pater, & mater cum seqq.* per consequens, tàm masculus ibi, quàm fœmina comprehendantur. Patet nihilominùs, hoc non obstante, euidenter respõsio; nàm postquam *text.* de masculo testante tantùm loquutus fuit, nulliter fœminam exprimendo, in casu iustæ exhæredationis, vult tantùm, patrem, & matrem in totum ab eorum successione filios excludere posse, sicquè in tali casu, nec in alio de fœmina fieri videtur mẽtio in *d. Consuetudine si aliquis moriens*, quæ in hoc solùm conformatur *d. Consuetudini, si qua moriens*, nempè, vt eodẽ modo, quo pater, de bonis per ipsum quæsitis, non tenetur liberis relinquere, nisi tantùm debitum bonorum subsidium,

dium,siuè legitimam, simili etiam modo, mater de paratis, & donatis ad ipsius vsum à marito tempore contractus matrimonij, & de quarta, si quam habuit ab aliquo viro defuncto, cum quo liberos nō susceperit, potest ad libitum disponere, saluo eius liberis vtriusquè matrimonij, & parentibus, debito bonorum subsidio, vt enixè obseruatur in *d. Cōsuetd. si qua moriens*, & exponit Auriga noster *loc. cit. vers. in bonis autem*, ibi: *In bonis autem per mulierem acquisitis, idem quod hic statuitur, vt infrà in Consuetud. si qua moriens, in fin.* vbi *loquitur de quarta, acquisita per eam ab alio viro præmortuo.*

16 Verùm, est deniquè aduertendum, hæc esse procul dubio intelligenda, si loquamur simpliciter de *præd. Consuetud. si aliquis*, cum in subsequenti *Consuetud. & si testator*, benè comprehendatur fœmineus sexus, etsi masculinus

17 tantùm videatur vocatus; non solùm quia dispar ratio ibi assignari nō potest, vt nimis consideratè perpendit *Napodan. ibid. n. 1.* ibi: *Et si testator. Subaudi, vel si testatrix, cum eadem sit ratio, ff. de verb. signif. l. 1. & de neg. gest. l. ait prætor* §. 1. Sed etiam quia contrarium non decernitur per aliam Consuetudinem, quemadmodum suprà ponderauimus quòad dispositionē *Consuetud. si aliquis*, quæ corrigitur per *d. Consuetud. si qua moriens*, diuersimodè loquētē de fœmineo sexu; Quod minimè obseruari potest aduersus disposita per *Consuetud. si testator*, vbi indistinctè vocatur moriens, qui liberis, & descendentibus carens, siuè sit masculus, siuè fœmina, iuxtà eius dogmata testari tenetur, nec aliter, prout passim alibi annuimus.

CONTROVERSIA XXXVI.

Naturales filij per subsequens matrimonium, vel Principis rescripto legitimati, nùm excludantur à Consuetudinariæ medietatis successione; dùm ad illam, nostro municipali Iure attento, vocantur tantùm legitimi successores?

SVMMARIVM.

1 *Naturalis filius, postmodum legitimatus per subsequens matrimonium, aut Principis authoritate, controuertitur, si Patri, vel Matri succedat in bonis omnibus, exclusis agnatis, & cognatis, etiam ab antiquorum bonorum medietate, vigore Consuetudinis eis debita?*

2 Author *in præsenti controuersia nonnullas I.C. opiniones cōciliare conatur.*

3 *Matrimonij vis describitur.*

4 *Legitimati per subsequens matrimoniū omninò succedunt Parētibus, veluti filij legitimi, & naturales, à quibus minimè differre censentur.*
Secus verò si essent per rescriptum Principis legitimati, n. 5.

6 *Legitimatio per oblationē Curiæ non est amplius in usu.*

7 *Consuetudines huius Ciuitatis admittunt ad bona defuncti legitimos successores. & n. 78.*
Idemq; sancitum reperitur de Iure Regni, vt n. 8.

9 *Naturales filij, cùm sint valdè apud Canones exosi, nemini eorum permittitur, succedere ab intestato.*

10 *Paternum vitium esse refrenandum, existimarunt Legislatores.*

11 *Naturalium nomen, tanquam alienigenum à Republica, Romana Legislatio putauit.*

12 *Filius naturalis propriè filius dici non debet.*

13 *Naturalis filius patri, vel proximiori ex linea paterna ab intestato non succedit.*
Eiquè, vt æqualitas seruetur, nemo ex agnatis succedere potest, n. 14.

15

15 *Successio, vulgatis nimis iuribus, reciproca debet esse.*

16 *Naturali ab intestato defuncto Regius Fiscus succedit.*

17 *Filius naturalis succedit patri ab intestato morienti in duas vncias, deficientibus legitimis successoribus; quibus existentibus, ad vnam tantùm vnciam admittitur.*

18 *Pater quamuis habeat filios legitimos, & naturales, potest tamē filijs naturalibus vnam solùm vnciam relinquere. Quemadmodum, si vellet ipse pater, iustis carens liberis, & legitima vxore, omnia bona sua eisdem filijs naturalibus relinquere potest, reseruato solùm debito bonorum subsidio parentibus. n. 19. Quod ampliatur, etiam si adessent filij legitimi, & naturales, qui cum iuramento renunciassent paternæ successioni, vel essent iustè exhæredati n. 20. & ità pluries decisum fertur n. 21.*

22 *Filijs naturalibus præteritis non competit querela inofficiosi testamenti, vel illud contratabulare. Secus quòad alimenta, vt n. 24.*

23 *Pater filio naturali legatum aliquod relinquens, potest etiam fideicommisso grauare.*

25 *Naturales filij, etsi succedant vti patris hæredes, non admittuntur tamen, nisi ad bona nouiter per eorum patrem acquisita; non verò in bonis subiectis Consuetudini, in præiudicium proximiorum, prout decernitur, & decisum fertur n. 26. & 27.*

28 *Filius, quoties ex legis, vel Statutorum dispositione vocatur, semper intelligitur de vero, & legitimo, non autem de naturali & n. 29.*

30 *Naturalis non excludit fæminas, stante statuto illas excludente.*

31 *Naturales frui non possunt beneficio* l. si vnquam; *nam ad illos non extenditur.*

32 *Naturales, quòad matrem habentur pro legitimis; cum omnes indifferenter ad maternas successiones concurrant, & n. 40.*

33 *Filius naturalis, etiam stante legitima sobole, debet à matre institui, aliàs testamentum annullat; quia legitima ei competit titulo institutionis in bonis maternis n. 34.*

35 *Spurius succedit matri, tàm ab intestato, quàm ex testamento, simulq; cum legitimis liberis concurrere etiam potest, quoties non est natus ex damnato, & punibili coitu, vt n. 36.*

37 *Filij spurij, nati ex viro, aut ex muliere coniugata, sunt insuccessibiles, tam patri, quàm matri, etiam ex testamento; quando saltem non probatur bona fides ex parte eorum: nempè, quod vnus ignorabat, alterum esse coniugatum, & n. 38.*

39 *Mater habens filium naturalem tantū, quod disponere ad libitum non possit de bonis antiquis, ac si ille legitimus, & naturalis esset, licèt decreuisset S.C. ex rationibus appositis n. 40. & 41. Nihilominus, cum de hoc reclamatum esset, contrarium postmodum fuit determinatum, vt scilicèt naturales filij, etiam respectu matris, minimè comprehendi possint sub dispositione nostrarum Consuetudinum, vt habetur n. 42. & quarè n. 43. cum seq.*

44 *Filius naturalis ad bona paterna non admittitur de iure cōsuetudinario, sed de iure communi tantùm.*

45 *Dos soli matrimonio, & non concubinatui conuenit.*

46 *Verbum,* filij, *à lege, vel Statuto prolatū, sēper pro legitimis, & naturalibus accipi debet; nec illorum nomine comprehendi possunt naturales tantùm.*

47 *Statutum excludens fæminas, masculis existentibus, non comprehendit naturales.*

48 *Legitimati per subsequens matrimoniū, quia re vera habentur pro legitimis, & naturalibus, succedunt itaquè secundum nostras Consuetudines, exclusis cæteris agnatis, & cognatis, vnà simul cū filijs verè legitimis, & naturalibus, si illi adsint, & non constet, quod ista legitimatio fit in eorum fraudem facta, vel aliorum proximiorum, vt n. 48. & 49.*

Quem-

Quemadmodum, si de hac fraude constaret, à legitimatis per subsequẽs matrimonium nequaquam excluderetur substitutus, vel fideicommissarius, qui aliter exclusus remaneret, cessante nimirum omni fraudis scrupulo; vel nisi cõtrarium ex testatoris voluntate argui posset, vt n.50.& 51.

52 Legitimati per subsequens matrimoniũ regulariter succedunt, exclusis agnatis & cognatis, ad parentum successiones.

Comprehenduntur etiam sub dispositione Statuti, vel Consuetudinis, vocantis legitimos, ac fœminas excludentis propter masculorum existentiam, vt nu. 53.54.& 57.

Et admittuntur ad feudorum successiones, etiam dignitatum; licèt cõtrarium aliqui substinuerint, vt declaratur n. 62.& 63.cum seqq.

55 Legitimum totaliter est, quod lege adiuuatur, & confirmatur.

56 Legitimatus per subsequens matrimonium existimatur, ac si ab initio natus esset legitimus, & naturalis, ex quadã retrotractione ad tempus natiuitatis, & n.60.

57 Matrimonij vis facit illegitimos legitimos.

58 Matrimonium omnia praecedentia ex causa turpitudinis purgat.

61 Nepotes ex filio naturali præmortuo, per subsequens matrimonium num efficiantur legitimi; itàut etiam in feudis Auo succedere valeant?

63 Episcopus, licèt debeat esse natus ex legitimo matrimonio; posset tamen promoueri ad hanc dignitatem, si reperiretur legitimatus ex subsequenti matrimonio.

64 Legitimati per subsequens matrimoniũ verè legitimi fiunt, nec per fictionem,

65 Legitimati per rescriptum Principis, quamuis adsit clausula, quod habeantur, ac si ex legitimo matrimonio essent nati, non per hoc fiunt tales, nisi per fictionem.

66 Filius naturalis, legitimatus per subsequens matrimonium, præferatur nè in successione feudi filio legitimè nato medio tempore, antè suam legitimationem?

Negatiuè resoluitur quæstio, contrà legitimatum, et si primogenitum, fauore secundogeniti, & ex legitimo matrimonio nati antè legitimationem naturalis à nu.67.vsq.ad nu.71 per tot. licèt nonnulli contrariam substinuerint opinionem, vt nu. 69. nàm nunquam fuit recepta; Sed verior fuit semper visa prior sententia pro filio, ex legitimo matrimonio antè legitimationem naturalis nato; tam in feudo hæreditario, quàm in feudo ex pacto, & prouidentia; & quarè, n.seq.

68 Primogenituræ priuilegium, quod attenditur in viuentibus iure Francorum, statim per natiuitatem acquiritur.

72 Legitimati ex Principis rescripto, quod admittantur, etiam ad bona antiqua vigore Consuetudinis, tanquam filij legitimi, & naturales, exclusis prorsus agnatis, & cognatis, substinent Mõtan. & D.Rodoer. inter recentiores.

Contraria opinio, vti magis recepta, veritatiq; consona refertur à num. 77. 89. & 90. fauore proximiorum, quos haud excludi posse per istos legitimatos à bonis Consuetudinibus subiectis, sed tantum à bonis nouiter ab eorum patre acquisitis, à n.80.demonstratur, cũ omnibus seqq.

Et sic pluries decisum in contingẽtijs traditur n.91.92.93.94.& 98.

Sed distinctionis fœdere conciliantur istæ contrariæ opiniones à n.100.vsq.ad n 115.

73 Horat.Montan.& D.Leonard.Rodoer. iuxtà eorum merita Commendantur.

74 Filius per rescriptum Principis legitimatus excludit à successione patris legitimam eius sororem, stante statuto fœminarum exclusiuo, masculis existentibus.

Imò comprehenditur sub statuto de filijs legitimis, & naturalibus disponente.

Sed contrarium esse verius ostenditur n.147.148.149.& 150.

75 Naturales filij, legitimati per rescriptũ Prin-

Principis, conseruant agnationem, & familiam.

Et consequuntur ex ista legitimatione plenum ius succedendi parentibus, & agnatis, etiam secundùm nostras Consuetudines, n.76. Sed contrà n. seqq.

78 *Successores legitimi tantùm vocantur ad bona antiqua de iure municipali.*

79 Napodani *intellectus* sub verb. legitimis, in Consuetud. Si quis, vel si qua *exharatur, ac dilucidè expenditur.*

81 *Legitimatus efficitur legitimus, sea quòad filiationem, & patrem sic volentem; non verò quòad agnatos, & alios non consentientes, & n.124.*

82 *Naturales per legitimationem Principis non fiunt verè legitimi, sed fictè.*

83 *Veritas imagine naturæ obumbrari nō debet.*

84 Consuetudo Neapolit. *dum expressè vocat legitimos liberos ad successionē, & in eorum defectū proximiores, non est idcircò extendenda ad legitimatos per accidens; nam de legitimis ex natura videtur simpliciter loqui, vt nu. seq. & 86. ostenditur.*

85 *Legitimatus pro legitimo reputatur, quia dicitur habilis ad ea, quæ sunt Iuris ciuilis.*

86 Consuetudinū *verba sunt magis vsualia, & propterea debent accipi secundum communem vsum loquendi in ciuilibus.*

87 *Legitimus communiter dicitur ille, qui ex legitimo viro, & vxore susceptus est & n.88.*

90 Doctores *nonnulli substinentes, filios legitimatos Principis rescripto non succedere ad exclusionem proximiorum ex parte patris, vigore Consuetudinis, in bonis scilicèt antiquis; etsi omninò illi excludantur per istos filios à successione bonorum defunctis genitoris, recensentur, & n.seqq.*

Quorum opinio per similia statuta alibi practicatur, vt n.95. & 96.

Et de Stylo Sacri Consilij, & Regiæ Cancellariæ *in legitimationibus prædictis semper obseruatur; vt habetur n.97. & 98.*

99 *Legitimationes in Regia Cancellaria cōceduntur regulariter quòad bona paterna tantùm, demptis verò bonis feudalibus, & antiquis.*

101 *Filij legitimati Principis rescripto, quāuis fuerint ab eorum patre hæredes instituti, non poterunt tamen concurrere, nisi ad bona paterna, & ad medietatem aliorum bonorum antiquorum, de quibus poterat testator ad libitum disponere; Nam altera medietas spectat cæteris agnatis, & cognatis conditione ex moribus, vt n. 102.*

103 *Princeps nō potest diminuere bona alijs spectantia, vel illis sinè vlla causa eos priuare.*

104 *Pro legitimato in præiudiciū verè legitimorum nunquam est pronunciandum.*

105 *Naturales filij, vt agnatos, & cognatos excludant, etiam in bonis subiectis Cōsuetudini, qualiter debeant legitimari & præc. n.102.*

Et vt ad feuda succedere possint, n.106.

107 *Filius naturalis, quamuis legitimatus ad feuda, nunquam admittitur, nisi in specie sit ad hunc actum legitimatus à Principe.*

Nec succedit in emphyteusi ecclesiastica, aut concurrere potest ad alias ecclesiasticas dignitates; nisi ab Ecclesiastico fuerit legitimatus, vt n.108.

109 *Legitimatio, facta ad petitionem tenētis feudū, nocet alijs successoribus, si feudum sit hæreditarium: non autem antiquū ex pacto, & prouidentia, quia non posset fieri tali casu in illorum præiudicium, cum eis iam sit ius quæsitum in hoc feudo.*

110 *Princeps non potest legitimè tollere ius alteri quæsitum.*

111 *Agnatis dicitur ius quæsitum in feudis ex tenore inuestituræ, non solùm spe, sed etiam re; ideoq; ab èis nullo modo auferri potest, sine facto ipsorum.*

112 *Legitimatus expressè ad feuda, non admittitur ad feuda titulata.*

113 *Dignitas tituli requirit homines dignos vtero, non autem priuilegio, & impetrato beneficio.*

114 *Potestas legitimandi ad feuda non censetur*

stitur data in generali facultate legitimandi, nisi expressè concedatur.

115 *Legitimati àn admittantur ad honores Sedilium, an verò gaudeant eadem nobilitate parentum?*

116 *Legitimationes ex consueto stylo fiunt hodiè citrà agnatorum praeiudicium, & eorum, qui de Sedilibus sunt.*

117 *Filius naturalis, per rescriptum Principis legitimatus, non succedit in bonis antiquis, iuxtà dispositionem* Consuetudin. *nisi consentientibus proximioribus agnatis, & cognatis, prout ità sëper fuisse decisum fertur à n.* 91. *ad n.* 99.

Idq; nonnullis Napodani *authoritatibus tandem comprobatur à n.* 118. *ad n.* 124. *cui licèt se opponat cũ* Montan. D. Rodoer. cons. 20. *vbi illius solidissimas rationes reprobare cona tur, vt à n.* 125. *&* 126. *ostenditur;* Author *tamen non recedens à* Napodani, *& eius sequacium sententia*, Rodoerij *ponderationes non posse procedere, patefacit; nisi supposita plena legitimatione, non autem si simpliciter filius fuerit legitimatus à Principe ad petitionem patris, proximioribus inauditis, vt à nu.* 134. 136. *&* 140. *Imò argumentis ex aduerso propositis plenè respondet à n.* 141. *&* 147. *vsq. ad n.* 152.

119 *Filius naturalis per legitimationem quòad patrem tantùm efficitur legitimus, secus verò quòad agnatos, & cognatos non consentientes.*

Ideòq; ad bona acquisita per patrem legitimatum tantummodò admittitur, non verò ad bona, quae ex Consuetud. Neapolit. *filijs legitimis non existentibus, alijs proximioribus deferuntur, vt n.* 121.

120 Tex. in §. Filium, auth. quib. mod. natur. effic. sui, *de qua filiorum legitimatione loquatur, expenditur.*

122 Consuetud. Si quis, vel si qua *agnationem, & cognationem considerat, prout in* Consuetud. Et si testator.

123 *Pater non potest tribuere agnationem filio naturali in praeiudicium proximiorum, sed tantùm filiationem, quae dependet ex eius arbitrio, & sub num.* 142.

127 *Filij naturalis legitimatio non potest fieri ad exclusionẽ iuris alteri quaesiti, & n.* 128.

129 *Substitutus sub conditione, si sine filijs legitimis, & naturalibus decesserit, àn per filium legitimatum rescripto Principis excludatur?*

130 *Haereditas, & bona purè fideicommisso supposita, distrahi à grauato non possunt, nec per contractus inter viuos, nec in vltimis voluntatibus.*

Quod secùs procedit in bonis subiectis Consuetudin. *nam inter viuos, semota fraude, vnusquisque potest de illis disponere, vt n.* 131. 132. *&* 140.

133 *Filios legitimos habere, omnes ex naturali impulsu imitamur.*

135 *Statutorum, & Consuetudinum finis dirigitur ad Iuris communis correctionem.*

137 *Ius commune per nostras Consuetudines corrigitur, non quòad successionem bonorum Parentum, sed quòad bona antiqua, nempe à maioribus eis obuenta.*

138 Montan. & Rodoer. *dicentes, quod potest Pater per filiorum naturalium legitimationem praeiudicare successioni debitae agnatis, tanquam si dispuisset citrà fraudem inter viuos de istis bonis antiquis, refelluntur, & quarè? nu. seqq.*

142 *Filiorum naturalium legitimatio pendet ex patris voluntate, & Principis potestate.*

143 *Principis potestas lex animata dicitur.*

Et propterea, iustè agens, nunquam tertio voluisse praeiudicare intelligitur, vt. n. 144.

145 *Legitimatus per rescriptum Principis non excludit consanguineum in bonis, de quibus testator disponere non poterat.*

146 *Filius naturalis Regis non potest legitimari in praeiudicium consanguinei, qui ex Statuto, vel Consuetudine ad Regni successionem vocatur.*

150 *Legitimatus Principis rescripto non comprehenditur sub Statutis, loquentibus de legitimis, ac fæminas propter masculos excludentibus.*

151 *Quod adhuc est in controuersiā non potest pro paritate adduci.*

152 *Filius naturalis, à patre institutus hæres, censetur legitimatus.*
Ratione suadetur à n. 153.
Et ità pluries traditur decisum n. 154. & nouissimè n. 156.

155 *Legitimationis stylus recensetur.*

156 Dom. Reg. Capyc. Galeota Ill. Dux S. Angeli ad Phasanellam *laudatur.*

ARGVMENTVM.

De famigerabili quidem articulo nobis contingit dubitare: vtrùm legitimati ad Parentum successiones admittantur, tanquàm filij legitimi, & naturales, cum ijsdem nimirùm iuribus, & actionibus, tàm in bonis feudalibus, vbi iure Francorum viuitur, quàm in bonis subiectis dispositioni Consuetudinis, vbi defertur saltem illorum medietas, dato testamẽto, legitimis liberis, loco legitimæ portionis, & ob eorum defectum proximioribus ex eo latere, vndè præfata bona prouenerunt?

At quia non mediocris conditionis adesse cernitur disparitatẽ inter filios legtimatos ex subsequẽti matrimonio, & legitimatos Principis rescripto; Relicta idcircò legitimatione per oblationẽ Curiæ, cum amplius non sit vsu recepta, distinctè concluditur, ac efficacissimè comprobatur, legitimatos per subsequens matrimonium succedere in omnibus, vti filios legitimos, & naturales, exclusis prorsus agnatis, & cognatis, etiam à consuetudinaria bonorum antiquorum medietate, ad differentiam legitimatorum Principis rescripto, qui haud posse præferri, apertè ostẽditur, legitimis proximioribus successoribus, tàm in bonis feudalibus quàm debitis vigore Consuetudinis, nec non pacto Ciuium obnoxijs, iuxtà plurium I.C. placitum, rerũq; iudicatarum authoritatem, & rationum pondus; Quamuis contrarium vnà simul cum *Horat. Montano, in Controuer. 6.* nouissimè tueri, conetur *D. Rodoer. in consil. 20.* cum quo præsertim est per *Authorem* capessenda pugna, vt dispunctis eius subtilissimis argumentis, firma omninò remaneat nostratum communis sẽtentia in præsenti Iuris Certamine.

1 PRrincipis rescripto, vel per subsequẽs matrimonium legitimati, possint an succedere eorum Parentibus, tàm ab intestato, quàm ex testamento, in bonis feudalibus, & burgensaticis, exclusis etiam proximioribus agnatis, & cognatis à Consuetudinaria bonorum antiquorum medietate, tanquam cæteri descendentes legitimi, & naturales? Cum frequens, ac celeberrima sit disceptatio, præsertim
2 de Iure municipali huius Vrbis; Veritatem proptercà in re præsenti, quòad vires sufficient, exactissimè indagare curabimus; vt cuntis exindè placida ista reddatur quæstio, atq; difficultatum tenebris ità inspiciatur denudata, vt pristinum hoc dissenrionis, aut Controuersiæ nomen amplius nõ mereatur, sed illud, conciliatis prius opinionibus, quæ videntur in discrimen versari, ad præsens prorsùs amittat.
3 Qua de causa, sigillatim loquendo, pro-

positam

poſitam diſputationẽ eſſe diſtinguẽdam,
arbitror , inter filios legitimatos per
ſubſequens matrimonium:*cap.tanta eſt*
vis;qui fil.ſint legit.l.ſi quis , C.de natu-
ralib.liber. à legitimatis per reſcriptum
Principis:§.*illud autem,auth.quib. mod.*
nat. effic.ſui , cap. per venerabilem 13.
4 *qui fil.ſint legit.*Cumq;magna apud eos
aſſignari poſſit diſparitas; Quoniam tã-
ta eſt vis matrimonij,vt qui anteà erant
illegitimè geniti, poſt contractum ma-
trimonium legitimi dicantur, iuxtà diſ-
poſitionem *d.cap.tanta;* ſicq;ſuccedant
illi in omnibus bonis paternis,veluti fi-
lij legitimi,& naturales,à quibus in ni-
hilum differre cenſentur,*l. Diui Conſtã-*
tini 5.*l.iubemus* 6.*l.cum quis, C.de natu-*
*ral.liber.§.fin.inſtit.de nupt.*Quod mini-
5 mè conſiderari poteſt in legitimatis
Principis reſcripto , ad petitionem na-
turalis patris;Illi namquè,deficientibus
tantùm legitimis, & naturalibus ſucce-
dunt;vt perbellè hanc , & ſimiles diffe-
6 rentias,quæ inter legitimatos conſide-
rari poſſunt,fuſiùs enumerat poſt alios
per ipſum allegatos *Molfeſ. in ſuo com-*
ment.ad Conſuetud.Neapol.par.2.de per-
*ſonis, quæſt.*10.*per tot.*cum nonnullis ex
recentioribus infrà citandis , hicq; ex
breuitate prætermiſſis . Idcircò, relictis
legitimatis per oblationem Curiæ,cum
huiuſmodi legitimatio non ſit ampliùs
in vſu, quibus ex his alijs potiùs faue-
at noſtrarum Conſuetudinum ſanctio,
enixè oſtendamus oportet.
7 - Clarè nimis conſtat ex verbis Con-
ſuetudinum , & præſertim *Conſuetud.*
exordientis,*Si quis, vel ſi qua*,vbi *Gloſſ.*
in verb.legitimis , Compilatores nempè
illarum,ſiuè huius Ciuitatis Antiſtites,
probatiſſimos quidem viros, ad moriẽ-
tis bona tantùm vocaſſe legitimos ſuc-
8 ceſſores;Idemq;diſpoſitum etiam repe-
riri de Iure Regni,habetur in *Conſtitut.*
incip. Sancimus ,ſub tit.de matrim. con-
*trah.*Et meritò , quia in naturalibus fi-
lijs nulla legitima conſequentia cuſto-
9 ditur, *l. fin. C. de natur.liber.*eapropter,
cum ſint valdè apud Canones exoſi,
nemini eorum iura ab inteſtato aperiri,
ait *Iuſtinianus* in *d.l.§.Iura*,ex quò pa
ternum vitiũ ità refrenandum eſſe,cũ-
10 cti exiſtimarunt Legislatores *in præcit.*
*l.fin.*ità vt tantùm ille,qui ex legitimis
nuptijs naſcitur,ab inteſtato ſuccedat,
§.*ſi aduerſus, inſtit.de legit.agn.ſucceſſ.*§.
11 *& hoc, verſ. quapropter : in auth.quib.*
mod.nat. effic.ſui;namnomẽ hoc natu-
ralium,vti alienigenum à Republica,
12 Legislatio Romana putauit.Vndè filiũ
naturalem propriè filium non dici,cum
alijs pluribus fatetur *Rip.in l.ſi vnquã,*
C.de reuocan.donat.n. 73. cum ad inte-
13 ſtatas Patris , vel ipſius proximiorum
ſucceſſiones non admittatur,*l.ſi ſpurius,*
14 *ff.vnde cogn.* eiq; pariter, vt ſolita ſer-
uetur æqualitas,ab inteſtato decedenti,
nemo ex agnatis, & conſanguineis pa-
15 ternis ſuccedere poteſt,*d. l.ſpurius , &*
§.*filium, auth.quib.mod.nat.* (Qui enim
nobis nõ ſuccedunt,vulgarũ eſt axiomà,
vt ipſis nec etiam nos ſuccedere poſſi-
mus,*l.nam , & ſi parentibus,ff.de inoffic.*
16 *teſtam.*)Sed ad illius bona, tanquam
vacantia Regius Fiſcus admittitur tali
caſu ex *l.1.C.de bon. vacan.* Licèt indè,
17 filios naturales, ne daretur locus inui-
diæ,poſſe quòad duas tãtùm vncias pa-
tri ſuccedere ab inteſtato,deficientibus
legitimis ſucceſſoribus, & vxore , qui-
bus exiſtentibus,vnam vnicam eis de-
beri ex paterno patrimonio , ipſe *Iu-*
ſtinianus iuſſiſſet,vt *in auth.licèt, C.de*
nat.liber. & §.ſi quis autem defunctus,
& §.nos igitur,auth.quib.mod.nat.eff.ſui
Surd.in tract.de aliment.tit.7.quæſt. 10.
n.3.Morot.conſil.94.Craſſ. §.ſucceſſio ab
inteſt. quæſt. 18. *Præſ. de Franch. deciſ.*
605.*n.7.deciſ.*640.*n.3.& deciſ.*720.*n.1.*
18 Ideòq;pater habens filios legitimos,&
naturales,poteſt etiam relinquere filijs
naturalibus tantùm vnam vnciam ex
tota eius hæreditate,*Cancer.lib. 1. reſol.*
cap.5.n.46.Conſil.Paſcal. de vir.patr.po-
teſt. par. 2. cap.4.n.48. Fontanell. deciſ.
19 415.quemadmodùm ſi vellet, ex teſta-
mento etiam poſſet idem pater,iuſtis ca-
rens liberis,& legitima vxore , omnes
eius facultates filijs naturalibus re-
linquere,reſeruato ſolùm debito bono-
rum

rum subsidio parentibus, vt expresè
sancitur in *d.auth.licèt.* & *l.humanitatis*,
nunc ampliata per *auth. C.de nat.liber.*
*Gratian.discept.foren.cap.*958.*& Iacob.*
Cancer. lib. 3. var. resol.cap. 15.n. 2.&
10.vbi pro indubitato idem asseuerant,
20 etiam si adessent filij legitimi, & natu-
rales, qui cum iuramento renunciassent
paternæ successioni, vel essent iustè ex-
hæredati, vt adhuc possit hoc casu pa-
ter instituere in totum eius filios natu-
rales per vltimæ voluntatis dispositio-
nem, vel maiorem bonorum partem eis-
dem inter viuos donare, dũmodo ascen-
dentibus legitima relinquatur, prout
21 pariter decisum tradit per suumSenatũ
Cutell.de donat.trac.1.disc.2.p.14.n.66.
& in S.R.Consilio *D.Consil.Staiban. re-*
sol.56.Thor.in compẽd.decis.tom. 1.verb.
filij nati ex concubinatu, sol. mihi 232.*D.*
Reg.de Marin.tom. 2.resol. 40.*& tom.1.*
cap.244.n.9.cap.255.n.8.& cap. 270.n.
4. cum alijs cumulatis per *Viscont. ad*
*Præs.de Franch.decis.*291. Sed si nolue-
22 rit, & naturales filios prætereat pater,
tunc eis querela inofficiosi testamenti,
siuè illud contratabulare, minimè per-
mittitur, secundùm *gloss.in l.1.verb. na-*
turales, ff.de bon. possess. cont. tab. vbi
Bart. cum nonnullis, quos congerunt
Gomes.in l.9.Tauri n.11. Merlin. de le-
gitim.lib.1.tit.2.quæst.4.Gasp.Thes.lib.2.
quæst.for.26.n.10.Mart. in sum.success.
legal.par.1.quæst.16.art.1.n.4.Bottilier.
de success.ab intest.theor.6.n.7.Cons. Pa-
scal.de vir.patr.potest. d.par.2. cap.4.n.
57.*Dom.Altimar.ad D.Reg.Rouit.cons.*
54.*lib.3.* & antè prædictos *Ant. Fab. de-*
fin. 13. tit. C.de natur.liber. vbi etiam
23 asserit, patrem posse fideicommisso gra-
uare legatum, si quod naturali filio re-
linquat: *Surd.consil.* 177.*vol.2. & consil.*
355.*n.54.vol.3.* Quamuis in quantum
24 ad alimenta benè impugnare possint
naturales filij testamentum paternum,
ex allegatis per eundem *Surd.de alimẽt.*
*tit.8.priuil.*81. quẽ refert *Molfes. in par.*
4.sui comment.tit. de success. ab intestato
quæst.43.n.4.5.& 6. post *Præs.de Frãch.*
d.decis.605.n. 10. 665.n.9. & 720.n.4.
Ricc.collect.decis.29.circà med. & *Consil:*
Hodier.in l.hac edictali, quæst. 17.n. 11.
25 Verùm aduertas, quod etsi isti natu-
rales filij succederent vti patris hære-
des, non admitterentur tamen, nisi ad
bona nouiter per eorum patrem acqui-
sita; Secus verò in bonis subiectis Con-
suetudini, in præiudicium proximiorũ
agnatorum, & cognatorum, vt perbellè
admonet noster Auriga *Napodan. in d.*
Consuetud. si quis, vel si qua, n. 169.&
177. vbi naturales solùm ad successionẽ
vocãtur, secundùm terminos iuris com-
munis, dato quod hæredes fuerint insti-
26 tuti à patre. Et hoc idem expressis ver-
bis docent *Præs.deFranch.cit.decis.640.*
n.70. vbi *de Luc.* & *decis.*720. cum cæte-
ris *Addent.Ant.de Alex.* in proximè *cit.*
Consuetud.sub n.169.in apostill.incip.vi-
de, ibi: *si ergò naturales tantùm iure isto*
non vocantur: Molfes.d.quæst.43.nu. 16.
Hodier.vbi suprà, & Thor. in supplem.
eius compend.decis.verb.filius naturalis,
*fol.*239. quibus adijcitur *D.Reg.de Ma-*
rin.lib. 1. resol.d.cap. 270. n.7.circà fin.
27 vbi de anno 1639. ità nouiter iudicatũ
refert, respectu hæreditatis cuiusdam
militis, qui non habens filios legitimos,
& naturales, nequè vxorem, eius filium
naturalem tantùm hęredem instituit, cu-
ius fauore fuit delata hæreditas prædi-
cta, dempta tamen medietate bonorum
antiquorum, intrà districtum huius Ci-
uitatis existẽtium, ea potissimũ ratione,
quia de consuetudinaria ista medietate
quilibet est intestabilis, nec filio natura-
28 li, vt diximus, in ea ab intestato succe-
dere permittitur. Quinimò, quod natu-
rales excludere haud possint legitimos
agnatos, vel cognatos à medietate anti-
quorum bonorum, eis vigore Consue-
tudinis debita, suadetur etiam; quia fi-
lius ex legis dispositione quoties voca-
tur, semper intelligitur de vero, & legi-
timo, non autem de naturali, vt inquit
I.C. *in.l.filium, ff.de his, qui sunt sui, uel*
29 *alien.iur.* prout idem pocedit, tam in Le-
gibus, quàm in Statutis, & Consuetudi-
nibus, respicientibus fauorem filiorum,
quorum nomine non veniunt naturales

l.

l.Iulia,§.hoc capite,ff.de rit. nupt. Brun. in tract.de statut. exclud.femin.art.12.
30 *quaest.3.n.43.*vbi ait, quod stãte statuto fœminas excludente propter masculorum existentiam, naturalis illam non excludat:ità *Tiraquell. in l. si vnquam, verb.susceperit liberos n.61.*vbi demon-
31 strare conatur,*dictæ legis* beneficio naturales filios nequaquam frui posse, nam ad illos non extenditur.
32 Difficultas tantummodò videtur esse respectu Matris;cum naturales quòad matrem habeantur omninò pro legitimis,& naturalibus, simulq; omnes indifferenter concurrant ad eius hæreditatem,vt legitur in *l.1.§.1.ff. ad Tertull.l.si qua illustris,& l.fin. C. ad Orfician.* Quod eatenus est verum, vt etiam
33 stante legitima sobole, teneatur mater filium naturalem etiam hæredem instituere;& si illum prætereat, contrà matris testamentum venire potest, ex *tex. in l.si suscepta,*§.1.*ff.de inoff. testam.* vbi naturales debent habere legitimam titulo institutionis,aliàs datur eis que-
34 rela de inofficioso testamẽto.Sic etiam ratiocinatur *Napodan.in cit.Consuetud. Si quis,vel si qua d.n. 169. in fin.* & post *Cagnol.Gomes.& Peregr.Praes.de Frãch. d. decis.* 640. *n.4.Morot.d.consil.94.n.4.& seqq.Surd.in tra.de alimẽt.d.priuileg. 81.n.4.& cons.337.vol.3.Thesaur.filius lib.2.quaest.forẽ.cap.26.Merlin. de legiti. lib.5.tit.2.quaest. 13.Barri. de success.lib.*
35 *18.tit.1.n.18.*vbi de spurijs etiã loquitur,qui succedũt matri,tàm ab intestato, quàm ex testamẽto,& cõcurrũt pariter vnà simul cum legitimis,& naturalibus *§.nouissimè,Instit.ad Orfician. Froster.de success.lib.6.conclus.46.Fab.defin.7.C.de*
36 *legit.hæred.*nisi filij spurij essent nati ex damnato,& punibili coitu;nam illi,etiã si mater non habeat filios legitimos,& naturales,minimè ei succedunt, *Crass. §.successio ab intest.quaest.20.Surd. decis.*
37 249.vbi mentionem facit de filijs spurijs,natis ex muliere coniugata, vel è contrà,qui sunt insuccessibiles,tam patri,quã matri,etiam ex testamento, vt post nonnullos probat *Dom. Consil.Hodiern.ad.Surd.in d.decis.*249. Quamuis
38 posse ex testamento succedere,quoties probatur bona fides ex parte eorum parentum, ex eo quia vnus ignorabat alterum esse coniugatum,dixerunt *Mart. de success.leg.par.1.quaest.16.art.1.num. 32.Surd.consil.303.n.20.Gratian.discep. forens.cap.468.Consil. Staiban. in obser. ad eius resol.56.Ann.singu.535.* ac vltrà prædictos vide *Molfes. vbi suprà d.par. 4.quaest.43.à n. 9. D. Reg.de Marin.lib. 1.resol. cap. 322.n.14. & lib.2.cap.101. D.R.Galeot.Contr.36.n.33.lib.1. D.Reg. Capyc. Latr. decis. 14.D.Reg. Marcian. disput.29. & D. R. Rouit. consil.59.*vbi plenè *Dom.Altimar.in obseruat. lib.3.*
39 Sed in materia nostrarum Consuetudinum circà propositum articulum: nũm scilicèt mater habens filium naturalem tantùm,disponere ad libitum minimè possit de bonis antiquis,ac si ille legitimus,& naturalis esset? Licèt ità
† negatiuè iudicatum fuisset per Sacrum Consilium in causa Io:Alphõsi Campanilis cum Venerabili Monasterio Sancti Spiritus huius Ciuitatis, reste *D.Praes. de Franch. in alleg. decis.* 640.*sub n.6.*ea
40 præcipua ratione, quia respectu matris naturales habentur ad instar legitimorum,& naturalium, tàm quòad successionem ab intestato, cum concurrant simul cũ legitimis,& naturalibus:quàm etiam ex testamento, nàm debent ab eorum matre institui,vt dictum est;Ergò quẽadmodum filij legitimi, & naturales faciunt matrem intestabilem quòad nouem partes bonorum antiquorum, ità paritèr filij naturales, iuxtà dispositionem *tex.in d. Consuetud. si qua moriens,* vbi haud colligi potest, eius verba esse intelligenda de legitimis, & naturalibus tantùm, quoniam generalitèr de liberis loquuntur,sicq; comprehen-
41 dere videntur naturales;eò magis,quia Ius Consuetudinarium, tanquam singulare, & contrà Iuris communis dogmata, non est propterea extendendum de casu ad casum,sed sicut loquitur,est absolutè intelligendum, quod pluries alibi repetitum est,signanter *Napodani*

au-

authotitate, qua ponderat etiam *Præs. de Franch.loc.cit.n.*5.quod,dum generaliter Consuetudines vocant alios proximiores ad matris successionem in defectũ filiorum;agnati itàquè,& cognati naturalibus filijs non præferantur in bonis maternis; quia speciali Statuto non corrigitur in hoc casu Iuris communis dispositio.

42 Nihilominus,cum de sententia prædicta esset reclamatum ad idem Sacrũ Consilium,valdè fuit exindè dubitatum de iustitia huius causæ; vndè inter partes fuit quæstio per transactionem decisa,vt refert *in fin.decis.præd.ipse Præs. de Franch.*contrariam sententiam prorsus amplectẽs, aduersus naturales filios, etiam respectù matris; cum nullo modo comprehendi possint sub dispositione istarum Consuetudinum,èx quarum

43 verbis dilucidè apparet, legitimos tãtùm vocatos esse,& ipsis non existentibus,proximiores agnatos, & cognatos, vt docet noster Auriga *Napodan. in d. Consuetud. si quis, vel si qua,cit. n.*169.

44 dicens,filium naturalem etiam ad bona materna non admitti de Iure Consuetudinario,sed ex beneficio Prætoris de Iure communi tantùm; et idem annotat *ibid.n.*177.nec non ponderat ad hoc propositum eius dicta *Præs. de Franch. d.dec is.*640. Vltrà quod præfatæ Consuetudines,per quas dispositũ reperitur, vt mulieres habentes liberos, nẽdum de dotibus,imò de cæteris bonis, eisdẽ obuentis ab agnatis, & cognatis non possint disponere, nisi tantùm de deci-

45 ma illorum parte, non verificantur in prædictis filijs naturalibus;non solùm, quia dos soli matrimonio, & non concubinatui conuenit, vt ex regula *tex.in l.3.ff.de iur.dot.*aduertit *Napodan. in Consuetud.si quis habet,in ver.filios; tit. de alimẽt.præstan.n.*48.quem pariter sectatur *de Franch. loc.*nuper *cit. n.*7. vbi alia nonnulla perpẽdit ad exclusionem

46 naturalium propter existentiam proximiorum;Sed etiam quia verbum *filij* à Lege,vel Statuto prolatum,semper pro legitimis, at naturalibus accipi debet, nec illorum nomine comprehendi possunt naturales tãtùm,*l.Iulia,§.hoc capite,ff.de rit.nupt.*Hinc etiã Statutum ex-

47 cludens fœminas,masculis existentibus, non comprehendit naturales, vt post *Bald.in l.cum acutissimi col.2.C. de fideicom.*docet *Brun.de stat.art.*12. *quæst.* 3. *n.*43.ob quas rationes firmiter eandem substinuerunt opinionem *P. Molfes. d. par.4.sui comment.quæst.*43.*à n.*16. *cum seqq.*vbi contrarijs plenius satisfacit, & nouissimè *D.Consil.Hodiern.in l.hac edictali,d.quæst.*17.*n.*29.

Qua de re cum dubio procul ex prędictis sit omninò concludendum,vt vigore Consuetudinis succedant, cæteris alijs exclusis, filij tantùm legitimi, & naturales;Non immerito hìc quæritur, àn legitimati veniant etiam exclusi:aut verò per eorũ legitimationem comprehensi sub nostri municipalis Iuris Sanctionibus.

48 Et quod legitimati per subsequens matrimonium,qui re vera habentur pro legitimis,& naturalibus,ex *d.l.Diui Cõstantini,C.de nat. liber. Instit. de hæred. ab intest.ven. §. quibus, versic. necnon,* vt post alios scripsit *Menoch.in tract. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 81. *Couarr.in tract.de sponsal.par.* 2. *cap.*8.§. 2.*Mantic.de coniect.vlt. vol. lib.* 11.*tit.* 12.quos cumulat *Facchin.lib.*5.*Controuer.iur.cap.*54.eosq; sectatur in eadem materia *Molfes. d. par.* 2. *de personis, quæst.*10.*n.*6. *&* 7. succedant itaq;iuxtà dogmata nostrarum Consuetudinum, in præiudicium agnatorum, & cognatorum,vnà simul cum alijs filijs(si adessent)verè legitimis,& naturalibus, pro absoluto inter recentiores affirmant *Molfes. loc.proximè cit à n.*30. *vsquè ad* 39.*& Consil.Prouenzal.in obseru.* 10.*a d Consuetud.Si quis,vel si qua,n.*6.*cũ seqq.*

49 nisi constaret,legitimationem istam,siuè matrimoniũ processisse in fraudem legitimorum,aut aliorum proximiorum, vel in mortis articulo;nam venientes ab intestato tunc non excluderentur, quãuis matrimoniũ esset validum,vt post alios, quos recensent *Fusar. de substit. quæst.*

409.

409.*n.*37.*Menoch.conſ.*226.*n.*21.& *Sãchez,de matrim.diſput.*105.*n.*7.de communi teſtatur *D. Reg.Capyc.Latr. deciſ.* 134.*n.*8.*lib.*2.& *in conſul.*123.*lib.*2. vbi
de huius fraudis præſumptione latiùs
50 diſcurrit.Quemadmodum ſimili modo,
ſi conſtaret de eadem fraude; à legitimatis per ſubſequẽs matrimonium nequaquàm excluderetur ſubſtitutus, vel
51 fideicommiſſarius, qui omni ceſſante
fraudis ſcrupulo, aut niſi contrarium præſumi poſſet ex teſtatoris voluntate, relinquentis fideicommiſſum, nempè quia dixerit(ſi ſine filijs legitimis,& naturalibus ex legitimo matrimonio procreatis deceſſerit) excluſus omninò remaneret per iſtos legitimatos, vt plenè poſt innumeros probat *D.R. de Marin. lib.* 1.*reſol.iur.cap.*226.*n.*4 vbi *D. Rodoer.in addit.n.*6. *Peregrin. in tract. de fideicom.art.*24.*n.*14.vbi *Cenſal.in obſer.* & *Surd.deciſ.*319.*n.*5. vbi *D. Hodiern.* cum cæteris ſuprà relatis.
52 Præſens autem confirmatur conclu-
ſio,quià regulariter legitimati per ſubſequens matrimonium ſemper ſuccedunt,excluſis alijs agnatis; & cognatis, vt patet ex traditis per *Roland. in conſ.* 67.*n.*20.*vol.*3.& præter alios latiùs idẽ legitur apud *Mantic. lib.* 11. *de coniect. vlt.volunt.tit.*10 *n.* 9.*verſic. contrariam*
53 *igitur.*Idquè eſt adeò verum;nam filios
ex ſubſequenti matrimonio legitimatos comprehendi etiam ſub diſpoſitione Statuti,vel Conſuetudinis vocantis legitimos,ac fæminas excludentis propter maſculorum exiſtentiam,vt eſt Cõſtitutio Regni in aliquibus,& *Conſuetudo Neapolit.*, vnico ore tuentur omnes ex noſtratibus poſt nonnullos, quos cõgerit *Tiraquell. de iur. primog. quæſt.* 34. *nu.* 59. & *in l.ſi vnquam, verb.ſuſceperit liberos n.*82.*cum ſeqq. Michalor. de fratribus par.*3.*cap.*24.*n.*5.*Paul.de Caſtro, conſ.*180.*lib.*1.*Ancher.conſ.*242.*Dec.cõſ.* 155.*Boer.deciſ.* 150.*Iaſ.in l.cum acutiſſimi.n.*2.*C. de fideic.* quorum eſt aſſecla *D.Franc.Verde tom.*3.*inſtit.ciuil. n.*38. Sed vltrà DD.cumulatos, alia priuilegia, quæ habet legitimatus per ſubſequens matrimonium, enumerant *Gabr. tom.opin.tit. de legitimat.concluſ.*1.*n.* 35. *Couarr.in d.tract.de ſponſal.par.*2. *cap.* 8.§.2.*per tot.*ſignanter *n.*25.*Menoch. de præſumpt.lib.*4.*d.præſumpt.* 81. Et vt fi-
54 lius taliter legitimatus,conſequenter fę-
minas excludat, quamquàm eſſent legitimæ,& naturales,quoties per Statutum excluduntur à maſculis, nouiſſimè ſubſtinent etiam *Surd.conſil.*337.*per tot.* & in ſpecie *n.*11.*vol.*3. *Molfeſ.d.quæſt.* 10.*ſub tit.de perſon.à num.* 14.*cum ſeqq. Conſil.Prouenz.vt ſuprà Ricc.collect.deciſ.*107.*Conſil.Rocc.reſponſ.*33.*n.*9.*tom.* 2.& *D.R.Rouit.conſ.*63.*n.*6.*tom.*1. quos ſequitur *Groſſi.annot.* 4. *ad Conſuetud.*
55 *Si quis,vel ſi qua n.*19. Legitimum nãq;
totaliter eſt,quod per legem adiuuatur, & confirmatur,*l. legitima,ff.de pact.l.lege obuenire,ff.de verb.ſignif.*Filius igitur
56 ſic legitimatus,quia vocatur verè legi-
timus, cum legitimum ius habeat, ac easdemmet ſucceſſiones conſequatur, quas haberet,ſi ab initio natus eſſet legitimus,& naturalis,per quãdam retrotractionem ad tempus natiuitatis, vt ad litterã colligitur ex *tex. in* §.*reliqui,*& §.*adoptiones,Auth.quib.mod.natur. effic. ſui*, cum DD. relatis per *Rodoer.in addit. ad.Reg.de Marin. d.cap.*226.*n.*7. Sicut
57 legitimus & naturalis à principio ſuæ
natiuitatis excludit fæminas, alioſq; remotiores agnatos vigore Statuti; ſic etiam ipſe per ſubſequens matrimoniũ, cuius vis facit illegitimos legitimos ac omnia præcedẽtia purgat, vt ſancitũ eſt in *d.cap.tanta,extrà,qui filij ſint legit mi* vbi *Gloſſ.in verb.legitimi*. Et ſic præce-
58 dẽs cauſa turpitudinis ex hoc ſublata vi-
detur,*l.ob turpẽ,ff.de cõdit.ob turp. cauſ.*
59 Eiſdẽ rationibus eſſe pariter admit-
tendos legitimatos per ſubſequẽs matrimonium ad feudorum ſucceſſiones, etiam dignitatum, omnes communiter aſſeuerant;non ſolùm quando feudum fuit conceſſum pro ſe, & filijs legitimis, & naturalibus,ſed etiam pro ſe,& filijs
60 ex legitimo matrimonio procreatis.
Quoniam legis interpretatione exiſtimantur illi, ac ſi protsùs ex legitimo

matrimonio procreati essent, vt scripsit *Andr.de Isern.in cap.1.§.naturales nu.8.* & *9.si de feud.defunct.milit.fuer.cõtrouer.* & ibidem *Afflict.in 5.notab.n.25.* & *in decis.195.* vbi *Vrsill.* cum cæteris *Addét.* Sed post *Cast.Rip.Alciat.Dec.Syluan.Couarr.* & *Bursat.* idem tenuetunt *Facch. lib.7.Cõtr.iur.cap.51.Menoch. cons.799. vol.8.Molfes.cit.par.2.d.quæst. 10.n.12. Camill.de Curte in eius resol.feudal.cap. 1.n.52.* impressis in calce *resol.iur.D. R.*
61 *de Marin.* vbi *num.54.* ex communi, & æquiori aliorum sententia idem ampliat in nepotibus ex filio præmortuo natis, vt scilicèt ipsi per subsequens matrimonium efficiantur legitimi, & etiam in feudis auo succedere possint; quamuis mortuo filio sit sequutum matrimoniũ, prout pariter inter Hispanos hanc tuetur opinionem *Molin. in suo tract. de primog.lib.3.cap.1.* & vide *D.Præs.Vrsin. in tract.de success. feud. par. 1. quæst.4. art.2.* & *D. R.de Pont.in suo opere feud. lect.1.n.108.* & *109.* Et licèt quamplu-
62 res contrarium substinuerint, vt refert *Menoch.cons.16.vol.1.* ea ratione moti, quia feuda præsertim dignitatum requirunt legitimationem ex ipso vtero matris; Tamen prædicta eorum ratio confutatur argumento *tex. in cap. cum in cunctis,* & *cap.innotuit,* vbi *gloss.de*
63 *election.* ex quibus statuitur, Episcopum esse natum ex legitimo matrimonio oportere; & nihilominus legitimatus ex subsequẽti matrimonio ad istam Ecclesiasticam dignitatem promoueri potest; sicq; eò magis admittitur ad dignitates seculares; nam legitimati modo prædicto verè, ac propriè legitimi sunt,
64 nec per fictionem, vt habetur ex *tex.in §.1.auth.quib.mod.natur.effic.leg.* & cõprobant *Paul.de Castr.in l.fin. C.de his qui ven.etat.impetr.Ias.in l. generaliter, §.cum autem, C. de instit.* & *substit.Rip. in l.si vnquam, C.de reuoc. donat. Aquilon.in l.Gallus, §.* & *quid, par.2. n.170. ff.de lib.* & *post.* & *in l.si is, qui pro ẽptore, n.145.* & *seqq.ff.de vsucap.* ad differentiã
65 legitimatorũ per Principis rescriptum, in quo etiam si adsit clausula, quod habeantur, ac si essent ex legitimo matrimonio nati, non per hoc sunt tales, nisi per fictionem, & per accidens, vt aiunt *Socc.in consil.65. vol.2.* & latissimè *Gabriel.in suo tract.comm.opin. d.tit.de legitimat.conclus.1.nu.22.* & *conclus.2.* & *3. per tot.* vbi quòad istam legitimationis materiam plura notabilia inuenies, quæ prætermitto, cum penès eum videri possint.

66 Verùm est tantummodo aduertendũ ista occasione, quod dicta circà feudorum successiones vbi iure Francorum viuitur (vt scilicèt legitimati per subsequens matrimonium ad illas admittantur) procul dubio procedũt, quoties tamen alteri filio legitimo, & naturali nõ esset ius anteà per natiuitatem quæsitũ in his bonis feudalibus; tali etenim casu, quamquàm filius posteà legitimatus ex subsequenti matrimonio reperiretur primogenitus, non per hoc excluderetur ab eo hic secundogenitus legitimè natus, qui statim post eius legitimã natiuitatem acquisiuit ius in feudis, & in
67 reliquis bonis, quæ ad primogenitum pertinent. Et idcircò, quando filius primò natus ex concubina domi retenta, per subsequens matrimonium legitimatur non immediatè; sed mediatè nempè alio intermedio existente matrimonio defunctæ primæ vxoris, tunc incipit esse verè legitimus, & ad succedendum ius acquirit, quod nequaquàm potest retrotrahi in præiudiciũ primò nati ex legitimo matrimonio, licèt secundogeniti, cui ex iuris dispositione verè
68 competit priuilegium primogenituræ, statim per natiuitatẽ acquisitum, ideoq; semper præfertur naturali, postmodum legitimato per subsequẽs matrimoniũ, etsi ille naturalis primò natus fuerit. Ità doctissimè nonnullis hoc comprobant rationibus *Ioan. Andr.in cap.fine culpa col.10. de regul. iur. in 6.Couarr. d.§.2. cap.8.par.2.de sponsal.n.28.Abb. consil. 83.vol.1.Oltrad.consil.94. Tiraquell. in tract.de primogen.quæst. 34. n. 3.* & *43. Peregrin.de fideicom.art.24.n. 35. Surd. consil.369.n.24.vol.3.D.R.de Pont. in d.*

suo

ſuo oper.feud.lect. 10.*n.* 32.quos cũ alijs
multis congerunt *Afflict.in cap.* 1.§. *naturales,ſi de feud.defunct.milit.* & *Molf.*
*loc.hic ſępè cit.n.*29. *&* 36. ſed antè eos
Intrigliol.in ſua 2.*centur. art.* 1.*n.* 419.
vbi decem,& ſeptem notabilia argumẽ-
69 ta refert pro legitimè nato contrà naturalem poſteà legitimatũ; Quamquam
non deſint quamplures Doctores, qui
contrariũ tenent, ac quidecim ſimilitèr
argumentis eorum ſubſtinent opinionẽ
pro filio naturali primo nato, ſed poſtà
legitimato, vt fatetur ipſe *Intrigliol. loc.*
70 *cit.* Nam ęquior,& verior ſemper prima
fuit viſa opinio, tam in feudo hæreditario, quàm in feudo ex pacto,& prouidẽtia; cum in hoc caſu nulla prorſus conſiderari poſſit ratio differentię inter feudum hæreditarium& feudum ex pacto,
prout aduersùs alios, qui diſtinctione
hanc quæſtionem ſic determinauerunt,
enixè perpendit *D.Camill. de Cur.in d.*
cap. 1.*reſol.feud.n.* 55. *per tot.* idem con-
71 firmans ea potiſſimùm ratione, quia vtiquè primum matrimonium non fuiſſet
cõtractum ex parte matris iſtius filij legitimi, & naturalis, quæ à principio
contraxiſſe videtur illa certa, & indubitabili ſpe, quod naſcituri ex hoc matrimonio fuiſſent ſucceſſuri in feudo, nã
illo tempore naturalis non erat in conſideratione, nec ad huiuſmodi ſucceſſionem habilis reputabatur; vndè legitimè natus non debet priuari hac ſucceſſione per fraudulẽtem legitimationẽ
naturalis primògeniti ex cocubina,
quam pater poſt obitum legitimæ vxoris ſibi deſponſauit. Et hæc in materia
iſta naturalis filij, per ſubſequens matrimonium legitimati, annotaſſe fas ſit.

72 Remanet ergò, imò reſtringitur propoſitæ difficultatis cardo quòad legitimatos Principis reſcripto; quos ad
bonorũ antiquorũ medietatẽ admitti,
tanquàm filios legitimos,& naturales,
excluſis omninò agnatis,& cognatis, attentis Cõſuetudinibus Neapolis, contrà
communem, probabilioremq; noſtratum
73 ſententiam, varijs rationibus tueri, conantur ſubtiliſſimus *Montan. in Contr.*
6.*per tot.* & nouiſſimè, ac perbellè *D.Io:*
Leonard.Rodoer. meus in Forenſi Paleſtra eruditiſſimus Præceptor, *conſil.* 20.
etiam *per tot.vol.* 1. qno loco etiam ſubſtinet contrà placitum aliorum Docto-
74 rum maximæ authoritatis, vt Filius
Principis reſcripto legitimatus excludere quidem poſſit à ſucceſſione patris
eius legitimam ſororem, ſtante Statuto
fœminarum excluſiuo, maſculis exiſtentibus, ex eo quia huiuſmodi Statutum,
vel Conſuetudo, decernens ſucceſſionẽ
ad fauorẽ proximioris agnati, habet reſpectum ad conſeruationem bonorum
in familia, vndè egreſſa ſunt; Quarè cum
75 per filios naturales, legitimatos per reſcriptum Principis cõſeruetur agnatio,
& familia, prout admonẽt *Angel.conſ.* 17.
*n.*6.*Tiraquell.in d.l.ſi vnquam verb. ſuſceperit liberos n.*68.*Decian.conſil.* 42.*n.*
15.*vol.* 1.*Roland.à Valle conſil.*67.*n.* 24.
*vol.*3.*Molin.de Hiſpan.primog.lib.*1.*cap.*
4.*n.*44.*&* *Intrigliol.deciſ.*4.*n.*21. *&* 22.
76 Nam conſequuntur illi ex prædicta
legitimatione plenum ius ſuccedendi
parentibus in eorum bonis, perindè ſi
ab initio legitimi extitiſſent, iuxtà *tex.*
in §.*reliqui,in princip. &* §. *generaliter,*
verſic.quapropter,auth.quib.mod.nat.effic.ſui ſequitur ex hoc, eos fore admittendos ad omnes ſucceſſiones paternas,
eo modo, quòad illas concurrerent filij
legitimi,& naturales, ſicq; etiam ſeruata
forma Conſuetudinum.

77 Oppoſitum autem, reiectis Aduerſariorum argumentis, firmiter ſubſtinendum eſſe iudico, fauore proximiorum
agnatorum,& cognatorum: vt non excludãtur ab antiquorum bonorum medietate per filium defuncti, tali modo legitimatum; quam opinionem crebriùs
apud Conſuetudiniſtas præualuiſſe, reperitur, inſpecto noſtro Iure municipali,
78 cuius diſpoſitione, vt dictum eſt, legitimi ſucceſſores tantùm vocantur ad bona prędicta, quemadmodum apertè colligitur ex verbis *præcit.Cõſuetud.ſi quis,*
vel ſi qua,de ſucceſſ. ab inteſt. vbi habetur, quod ſi agnatus deceſſerit filijs, ſeù
liberis legitimis non extantibus, tunc

proximiores ex illa linea, vndè bona
79 obuenerunt, succedant: *ibiq; Napodan.*
id meliùs explicat *in verb. legitimis*, sub-
iungens, quod semper sint verba istius
Consuetudinis intelligenda quòad le-
gitimos, & naturales, ad exclusionem
naturalium tantùm, vel legitimatorum
simpliciter, idest adoptiuorum, qui aliàs
appellatione liberorum continētur, nec
proximiores secundùm hanc Consuetu-
80 dinem excludere valent. Et specialiter
ibidem, circà filios naturales ex gratia
legitimatos, concludit *Napodan.* istos
quidem prçferri cæteris alijs proximio-
ribus, quantum ad bona nouiter acqui-
sita per patrem, & sic quòad successionē
ipsius genitoris, qui illorum legitima-
tionem impetrauit; non verò respectu
aliorum bonorum, eidem patri obuen-
torum, ex successione agnatorum, in qui-
bus per legitimationem prædictam mi-
nimè prçiudicare potuit proximioribus,
à Consuetudiue vocatis post filios ve-
81 rè legitimos, vt expressè *idem Na-
pod.* perpendit, tam in *subseq. verb. ex
parte patris n. 169.* ea ratione, quia quò-
ad filiationem solùm censentur legiti-
mati ex voluntate parentum, iuxtà dis-
posita in *auth. quib. mod. nat. effic. legit.
circà princ. collat. 6.* non tamen efficiun-
tur tali casu legitimi, veluti proximio-
res ex parte patris in præiudicium alio-
rum propinquorum, ipsis ignoranti-
bus, seù non consentientibus; cum per
82 hanc legitimationem non fiant verè
agnati, quia agnati propriè dicuntur le-
gitimi, vt modò diximus, sicq; tantùm
nati ex legitimo matrimonio, non autē
legitimati per rescriptum Principis,
qui nequaquam legitimi dici debent;
nam imagine naturç veritas obum-
83 brari non potest, *l. filiu quem pater, ff. de
lib. & posthum.* quàm *n. 170. & 171.*
84 Si igitur præfata Cōsuetudo expres-
sè vocat legitimos liberos ad succes-
sionē, & in eorum defectū proximiores
agnatos, & cognatos, non est itaq; exten-
denda ad legitimatos per accidēs, nem-
pè per Principis rescriptum; quoniam
de legitimis ex natura simpliciter lo-
quens, ità pariter est intelligenda, nè de
85 casu ad casum extendatur, vulgatis ni-
mis iuribus; prout etiam in proprijs ter-
minis docuerūt *Salycet. in l. vlt. C. de his,
qui ven. ætat. impetr. n. 1. & Paul. de Cast.
ibid. n. 5.* ex quibus infertur, vt licèt legi-
timatus pro legitimo reputetur, quia di-
citur habilis ad ea, quæ sunt Iuris ciui-
lis, vt ratiocinatur *Consil. de Ann. in eius
consil. 106.* pro legitimatis sententiam
substinens; tamen attenta mente Dispo-
nentium, sub istis verbis, *legitimis liberis
non extantibus*, appositis *in præd. Con-
suetud. si quis, vel si qua*, nō potest com-
86 prehendi legitimatus per accidens, non
contracto nimirum matrimonio in faciē
Ecclesiæ, iuxtà Sacrosātos Ritus, quibus
viuimus. Verba enim in Consuetudini-
bus sunt magis vsualia, vt inquit *Præs.
de Franch. decis. 640. n. 12.* & propterea
debent accipi secundùm communem
vsum loquendi in ciuilibus, *l. liberorum
§. quod tamen Cassius, ff. de leg. 3. l. habeo,
ff. de suppellect. legat.* at iuxtà vsum lo-
87 quendi, communiter ille dicitur legiti-
mus, qui, & legitimus simul, & naturalis
est, nempè qui ex legitimo viro, & vxo-
re susceptus est: Ergò vt talis non debet
intelligi legitimatus, attento Iure no-
strarum Consuetudinum, quæ de legi-
timis solùm loquuntur; nam legitima-
tus, secundùm communem vsum loquē-
88 di in nostris semper remanet cum suo
nomine, eumq; solemus etiam appellare
naturalē, quamuis esse legitimatū scia-
mus, vt *argum. tex. in d. l. fin. C. de his, qui
ven. ætat. impetr.* ibi, *non quæ ab Impe-
riali beneficio suppletur*, notat *de Franch.
loc. cit.* quem sequitur *Prouenzal. d. ob-
seru. 10. sub. n. 15. fol. mihi 83.*
89 Et hinc habetur, quod semper se-
cundùm *Napodani* interpretationem
fuit Consuetudo ista intellecta, ac iux-
tà eiusdem explicationem apud Prudē-
tes huius Regni obseruatum inuenitur,
filios nimirū legitimatos non succede-
re ad exclusionē proximiorum ex par-
te patris in bonis antiquis, licèt illi om-
ninò excludantur per istos filios à suc-
cessione bonorum defuncti genitoris.

Ità

Ità ex eiſdem rationibus tenuerunt poſt
90 *Lucam de Pen.in l.eos,C.de his qui ſpontè*
munera ſubeunt,n.22.& 34.lib.10. Mo-
lin.de primog.Hiſpan.lib.3.cap.3.n. 4.cũ
ſeqq. Præſ.Vrſin.de ſucceſſ. feud. par.1.
quæſt.3.art.1. n. 14. in fin. Capyc.deciſ.
194.n.5.Io:Angel.Piſanell.in addit.inci-
pien.nota quod legitimatus circà fin. lit.
B.fol. mihi 122. ad d. Conſuetud. ſi quis,
vel ſi qua, vbi etiam eſt videndus *Pro-*
*uenzal.in d.obſeruat.*10. cum *Groſſi. in*
*d.annot.4.n.23.*latiùs hanc ſententiam
amplectuntur *Molfeſ.in cit.quæſt. 10. n.*
40.cum ſeqq.& Bottilier.de ſucceſſ.theor.
*8.n.14.*vbi acerrimè impugnat *Montan.*
loc. cit. cui etiam plenè reſpondet *Dom.*
Carolus Brãcac. in vna ex eius allegatio-
nibus,quam imprimi curauit idem ſub-
ſtinens *Cenſal.ad Peregrin. de fideicom.*
*art.23.*cum alia conſimili allegatione
91 *Dom.Reg.Reuert.* vbi in cauſa illorum
† de Galiardo anno 1641.iudicatum fuiſ-
ſe per S.C.fatetur, iunctis duarum Au-
larũ Dominis, inbeneficium proximio-
rum agnatorum de Galiardo, aduersùs
Iulium Cęſarem legitimatum ex preci-
bus patris per Principis reſcriptum,
92 Actuario Sollatio;Prout dupliciter an-
† teà fuerat deciſum,tàm in cauſa Ioan-
nis Antonij Ferrarij,cum Marcello eius
nepote,teſte *Vrſill.ad Afflict.deciſ.195.*
ſub n. 5. qua deciſione anno 1564. de-
clarauit S.C.Ioan.Anton. defuncti fra-
trem debere ſuccedere ad bona paterna
vti proximiorem,vigore Conſuetudinis
huius Ciuitatis,legitimatione Marcelli
filij Io:Antonij non obſtante: quàm in
93 cauſa Deliæ de Ianuario cum Princi-
† piſſa Scillæ, anno 1599.relata per *Dom.*
Conſil. de Ann. d.conſil.106.vol.2.n.25.
etſi ipſe contrarium ibi conſuluiſſet.
Aliam ſimilem deciſionem,editam anno
† 1632.referente Dom.Conſil.D. Flami-
nio Conſtantino ad excluſionem filij le-
gitimati,refert *Io:Bapt.Thor.in compẽd.*
*deciſ.par.3.verb.agnati,fol.16.in fin.*ſed
94 nouiſſimè poſt alios ſic deciſum tradit
hunc articulum pro agnatis *Dom. Præſ.*
*Merlin.*doctiſſimus ſanè vir *cent.2.Cõtr.*
*forenſ.cap.89.*vbi contrarijs abundè ſa-
tisfacit,& *cap.90.in fin.*vbi S.C.deciſio-
95 nem iunctis Aulis reſcribit,Et ità per ſi-
milia ſtatuta alibi practicatur,vt in Du-
catu Burgundiæ, vbi adeſt Conſuetudo
legitimæ agnationi pariter, & cogna-
tioni fauẽs,ex qua proximiores pro ſuis,
& legitimis habentur, defuncto ſine li-
beris agnato,prout notat *Caſſane.in.Cõ-*
ſuetud Burg.rub.8. tit.de ſucceſſ.baſtard.
n. 23. & 26.ibi;*vndè etſi aliquis legiti-*
maretur per Principem, præiudicium eis
in hoc non fieret,quoniam non eſt dubium,
quin tali legitimationi debeãt conſentire;
96 &.in Comitatu Burdegalenſi alius re-
peritur mos,quo diſponitur,decedẽtem
ſine liberis de tertia tantùm hæredita-
tis parte diſponere poſſe,&.reliquas du-
as partes inter proximiores agnatos eſ-
ſe diuidendas, vt cõſtat ex verbis eiuſ-
dem Conſuetudinis, relatis ab *Arnal.*
*do Ferron.lib.2.comm.tit.5.de teſtam.*S.8.
quem cum *Caſſan.*ad noſtrum propoſitũ
allegat *D.Præſ.Merlin.d.cap.89. nu.23.*
97 *& 24.* At hodie de Stylo Regiæ Can-
cellariæ in legitimationibus prædictis
ſemper hoc obſeruatur, vt inquit *Dom.*
Reg.Capyc.Latr.deciſ.166.lib.2. n. 170.
& 171. cum ſeqq. vbi anno 1646. per
† Collater.Conſil.fuiſſe reſolutum refert,
priuilegium legitimationis expedien-
dum eſſe in perſonam Scipionis Fazzali,
tàm quòad honores, quàm quòad ſuc-
ceſſionem,demptis tamen bonis feuda-
libus,& antiquis, obuentis Io: Thomæ
eius patri ab agnatis,& cognatis. Idẽq;
etiam refert *Altimar. ad R.Rouit.conſ.*
*63.tom.1.*poſt *Gizz.in obſeruat.ad deciſ.*
*3.eiusdem R.Capyc.Latr.n.11.lib.1.*Imò
98 in S. C. filios legitimatos tantùm ad
bona quæſita per patrem legitimantem
admitti, vltra præallegatas deciſiones,
quia pluries inuenitur determinatum,
hac de cauſa ad maiorem cautelam,ac
ad tollẽda penitus diſſidia,in Regia Cã-
cellaria legitimationes nunc concedũ-
tur regulariter quòad bona paterna tã-
99 tùm,his nimirum verbis;*Ità quod ſuc-*
cedere poſſint in bonis omnibus burgenſa-
ticis paternis tantũm,acquiſitis,& acqui-
rendis per ipſum exponentem, & non in
bo-

bonis aliorum agnatorum, & cognatorum ab intestato: vt annotant *Praes. Vrsin. de succeff. feud. par. 1. quaest. 3. art. 6. sub nu. 17. Montan. d. Contr. 6. Rocc. de offic. tit. de Pror. rubr. 8. n. 182.* quos cũ alijs sectatur. *D. de Luc. in tract. de lin. legali, lib. 2. art. 100. n. 12.*

100 Quibus sic stantibus, cum in variarũ opinionum discrimine, semper distinctionis foedere, pro eis conciliãdis, vsus fuerim, idem pariter nunc seruandum videtur. Eò magis, quia si rectè perpendantur, tàm Authores, qui pro legitimatis, quàm qui è contra pro agnatis, & cognatis sententiam tuentur, omnes profectò conueniunt, vt comprehendi debeant sub Consuetudinibus, & Statutis naturales filij legitimati Principis rescripto, supposita plena, & ampla legitimatione; Non autem restricta, & aliquantulum limitata, siuè quòad successionem paternam dumtaxat concessa, vt praeter DD. nupèr allegatos, affirmant etiam *Montan. in d. eius contr. n. 7. vers. sed intrinseco cordis*, & *Rodoer. in in d. cons. 20. n. 22.* etsi contrà proximiores opinionem anteà substinuissent. Hoc siquidem casu benè excluderentur filij talitèr legitimati à fauorabilium Statutorum beneficio, praesertim in hac Ciuitate, vbi propter familiarum decus, & splendorem fauore legitimorum, & naturalium Consuetudines fuerunt tantũ introductae, sicut hìc, & alibi sępè repetitum est.

101 Vndè ipsorum lumine, hanc controuersiam fore dilucidandam, iudico: nimirùm, vt legitimati, quamuis per eorũ patrem naturalem fuerint haeredes instituti, non possint tamen concurrere, nisi ad bona paterna nouiter acquisita, vel ad medietatem aliorum antiquorũ bonorum, de qnibus vigore Consuetudinis ipse parẽs, cuius ex precibus fuerunt à Principe legitimati, liberè dispo-

102 nere poterat; nec ex aduersò excludere debeant ab altera medietate istos proximiores agnatos, & cognatos, eis spectante condictione ex moribus; nisi Princeps nominatim expresserit in legitimationis priuilegio, vt filius legitimatus censeatur, & habeatur vti proximior ex parte patris ex certa scientia, e itatis priùs ipsis agnatis, & cognatis, aliàs argueretur eorum praeiudicium, quod permitti non debet; Nàm Prin-

103 ceps non potest diminuere bona alijs spectantia, vel de illis eos sine vlla causa priuare: §. *quoniam variè, auth. quib. mod. nat. effic. sui coll. 7.* Pro legitimato

104 enim in praeiudicium verè legitimorũ nunquam est pronunciandum, *Facchin. lib. 7. contr. 50. Frecc. de subfeud. lib. 2. n. 5. pag. mihi 131. Molin. de primog. Hysp. lib. 3. cap. 3. n. 10. Rolan. à Valle cons. 98. vol. 1.* Et proindè semper est attenden-

105 da forma huiusmodi legitimationis, nec non paternae supplicationis Principi, aut Proregi porrectae, vt ex verbis clarè argui possit ipsius legitimationis species, vt magistraliter admonet *Molfes. in d. quaest. 10. à n. 40. cũ seqq.* à quo *ibid.* plenè recensentur vnà simul cum *D. Reg. Rouit. cons. 45. à n. 14. lib. 1.* istius

106 legitimationis per rescriptum Principis omnes formulae, ex quibus etiam colligitur, quando filius ità legitimatus succedat in feudis; nam ad feuda nun-

107 quam admittitur, nisi in specie sit ad hunc actum legitimatus, vt in *d. cap. 1. §. naturales*, vbi *gloss.* cum alijs, *si de feudis defunct. milit. fuer. controu.* prout

108 neq; etiam succederet in emphyteusi Ecclesiastica, nec ad alias Ecclesiasticas dignitates promoueri posset, etsi legitimatus fuerit per Principẽ, à quo solũ ad actus saeculares praesumitur habilitatus, nisi in specie ab Ecclesiastico esset legitimatus, vt notant omnes *in cap. per venerabilem, extrà qui fil. sint legit. Couarr. d. par. 2. tract. de spons. §. 2. nu. 18. Molin. lib. 3. de primog. Hispan. cap. 2. & Molin. in tract. de iust. & iur. disp. 173. §. legitimare, Facchin. d. lib. 7. contr. iur. c. 49. Gabr. cons. 21. vol. 2. Dec. cons. 624.* Alijq; quos congerit *Thor. in compend. decis. tom. 1. verb. filij legitimati, fol. mihi 231. & Reg. de Marin. in alleg. diuers. 73 n. 9. lib. 3.* Quinimò ad feuda quotiès

109 succedit, intelligitur, si legitimis agnatis

gnatis non esset ius quæsitum in ipsis
feudis ex tenore inuestituræ, vt quia
feudum esset non hereditarium, sed an-
tiquum ex pacto, & prouidentia; tunc
enim non posset fieri, legitimatio ista in
præiudicium illorum, quibus est ius iã
quæsitum in feudis, vt docent post *An-
dr. in d. §. naturales*, vbi *Afflict. num.* 35.
omnes Feudistæ communiter, ea præ-
110 cipuè ratione, quia non potest legi-
timè Princeps tollere ius alteri quæsi-
tum, *l. quoties, C. de precib. Imper. offer.*
111 Eò magis, quia ex tenore huius inue-
stituræ, non solùm spe, sed etiam re di-
citur agnatis ius quæsitum, & ab eis
nullo modo auferri potest, sinè facto ip-
sorũ, vt in *cap. 1. de alienat. feud. patern.*
vt tradit *Afflict. loc. cit. Alex. cons.* 60.
vol. 2. Frecc. de subfeud. in 31. *author.
& in tit. de differ. inter feud. titulat. &*
112 *al. feud. nob. diffe.* 15. vbi pariter aduer-
tit, vt legitimatus expresse ad feuda,
nunquam succedat in feudis dignitatũ,
& vbi sunt tituli, ex *Bald. in l. eam, quã,
C. de fideicomm. Ancher. cons.* 308. *Rimin.
cons.* 69. *vol.* 1. *Boer. decis.* 123. nisi ad ea
fiat verbis expressis legitimatio; nam
113 dignitas alicuius tituli vult homines
dignos vtero, non autem priuilegio, &
impetrato beneficio: *Vrsill. ad Afflict.
decis.* 265. *n.* 10. *Surd. cons.* 453. *per tot.*
& precipuè *n.* 39. *vol.* 3. cum alijs cumu-
latis per *Tiraquell. in suo tract. de no-
bilit. cap.* 23. *& in tract. lign.* §. 1. *glos.* 3.
114 *n.* 6. vbi in generali facultate legiti-
mandi, non censetur data potestas legi-
timandi ad feuda, nisi expressè conce-
deretur: *Molin. d. lib.* 3. *cap.* 3. *Camill. de
Curt. d. cap.* 1. *resol. feud. n.* 44. *& Mol-
fes. d. quæst.* 10. *n.* 27. *&* 28. vbi dispun-
gitur alia quæstio, si legitimati admit-
115 tantur ad honores Sedilium, an vè
gaudeant eadem nobilitate parentum?
vt etiam obseruãt *Consil. Pascal. de vir.
patr. potest. par.* 2. *cap.* 4. *n.* 127. *Andreol.
contr.* 150. *n.* 15. *Consil. de Ann. cons.* 106.
Ricc. collect. decis. 4129. *Thor. in compẽd.
decis. tom.* 1. *verb. filius naturalis legiti-
matus, fol. mihi* 234. *Censal. ad Pere-
grin. de fideicommiss. d. art.* 23. *vers. &
quia fol.* 72. *& Gizz. ad Reg. Capyc. La-*
116 *tr. decis.* 3. Licet hodiè ad tollendam
omnem ambiguitatem fiant huiusmodi
legitimationes citrà præiudicium eorũ,
qui sunt de Sedilibus, vt refert etiam
*D. Reg. de Pont. de potest. Prorog. tit. de
legitima. n.* 4.
117 Et ex his nostra cõclusio firma qui-
dem, ac indubitabilis remanet: vt filius
scilicèt Principis rescripto legitimatus,
minimè admittatur ad antiquorum bo-
norum successionem, quam Consuetu-
do defert legitimis proximioribus ex
latere, vndè prouenerunt, nisi ipsis con-
sentientibus fuerit hoc expressum in le-
118 gitimationis rescripto; non solùm ex
Iuris assistẽtia, & solidissimis rationibus
sed ob inueteratam praxim, ac rerum
iudicatarum authoritatem. Quæ omnia
si non adessent, benè subsisteret, quod
insinuare curauimus ex aureis *Napo-
dani* doctrinis *loc. sepè cit.* quibus per-
peràm conatur respondere ingeniosissi-
mus *D. Rodoer.* vbi suprà. Admittuntur
119 namq; iuxtà *Napod.* placitum legiti-
mati ex Principis rescripto ad eorum
patris successionem, non aliorum pro-
ximiorum, cum efficiantur quòad pa-
trem tantũ legitimi, secus verò quoad
agnatos, & cognatos illius, secundùm
theoricam *tex. in* §. *filium verò* ibi, *Ip-
si soli genitori legitimum facimus, non
etiam extraneæ cognationi patris, Auth.*
120 *quib. mod. nat. effic. sui.* Qui *tex.* quã-
uis dato, & non concesso, quod tantùm
loqueretur de legitimato per oblatio-
nem Curiæ, (nàm generaliter de vtro-
què propriè videtur loqui) vt ait *D. Ro-
doer. sub n.* 16. *&* 17. ex verbis ipsius §.
filium, ibi: *Facimus eum veluti ex qua-
dam machinatione cognatum*, cum legi-
timatio ista per oblationem Curiæ fictã
consequatur legitimationem; Hoc ta-
men haud obstaret, nam saltem huius
tex. argumento demonstraret *idem Na-
podan.* legitimatum ex gratia admitti ad
121 successionem bonorum patris legiti-
mantis, qui de illis liberè disponere
poterat per nostras Consuetudines; mi-
nimè verò quòad bona, vt subdit po-
steà

ste à *Napod. n.* 171. in quibus vigore *praecit. Consuetud. si quis, vel si qua*, filijs legitimis, & naturalibus nō existentibus, erat iam ius quaesitum caeteris agnatis, & cognatis, quibus non citatis, nec cōsentientibus, nequaquam poterunt in eorum praeiudicium naturalibus filijs agnationis iura genitores tribuere per simplicem legitimationem ex Principis rescripto, vt etiam aduertit *Alex. consil.* 25. *in fin. lib.* 1. cum alijs *suprà citat.*

122 Quoniam praefata *Consuetudo si quis, vel si qua incip.* agnationem, & cognationem considerat, prout in *Consuetud. & si testator, versic. quod autem, de successi ex testam.* exprimitur; quam agna-
123 tionem non potest tribuere pater filio naturali in praeiudicium proximiorum, quibus, tanquam à Consuetudine contemplatis post filios verè legitimos, erat ius quęsitum; licèt eidem filio possit tātùm tribuere filiationem, quae depēdet ex eius potestate, & arbitrio.

124 Ità consultò ratiocinatur *Napodan. à d. n.* 170. *cum seqq. sub versic. ex parte patris*, ibi: *Et sic quoad filiationem tantùm sunt legitimi volentibus patribus, non autem* (subdit) *fuerunt legitimati, vt proximiores ex parte patris in praeiudicium aliorum propinquorum, ipsis ignorantibus, seù non consentientibus, cum per legitimationem non fiant verè agnati, quia verè agnati dicuntur legitimi, vt modò dixi.*

125 Cuius perspicaci intellectui quamquam acriter se opponat *D. Rodoer. à n.* 15. *vsq; ad n.* 19. *d. sui consi.* 20. dicens primò, quod magnum sequeretur absurdum, si haec Cōsuetudo, vt diximus, requireret existentiam filij ex legitimo matrimonio procreati, & non legitimati per rescriptum Principis, ad exclusionem proximiorum; nam corrigeretur Ius commune, quae correctio in *d. Consuetud. si quis, vel si qua*, minimè considerari potest, cum indubitabilis sit illa conclusio, vt semper Statuta sint intelligenda, quominus corrigant ius cōmune. Imò data ista correctione, ex hoc ipso resultaret, *Napod.* & sequaces non benè dixisse, saltem in eo, quod legitimatus filius succedat patri in bonis per ipsum quaesitis, quia admitterent successorem ex iure correcto; Non valet enim affirmare, vt subsistat ius commune, quòad bona praedicta, quoties est correctum quòad alia bona à maioribus obuenta.

126 Et postremò reijcere licèt supponat idem *Rodoer.* cum *Montan. in d. contr.* 6. vltimum argumentum, quo nostrae opinionis robur subtiliter comprobatur per supracit. DD. dum inquiunt, quod cum vigore Consuetudinis sit ius quaesitum agnatis ad successionem bonorum antiquorum, legitimis liberis non existentibus; per consequens in exclusionem iuris quaesiti, non potest filij naturalis fieri legitimatio, nisi per subsequens matrimonium tantùm, ipsis inau-
127 ditis. Nam huic motiuo respondet *Rodoer.* post *Montan. loc. cit.* quod DD. qui affirmant, huiusmodi legitimationē esse faciendam, auditis, citatisq; agnatis, loquuntur, quando illis certum, & indubitatum ius quaesitum reperitur, propter carentiam filiorum legitimorum, agnati, qui naturalem filium, in fraudē iuris iam quaesiti, legitimare intendit Principis rescripto; Quae conclusio estò,
128 quod sit vera in terminis iuris quaesiti quòad successionem fideicommissorū, cum etiam suos habeat contradictores in substitutionibus, etsi sub conditione, *si sine filijs legitimis, & naturalibus decesserit*; nam quaeritur tali casu àn legitimatus per rescriptum Principis substitutum excludat? Et concluditur affir-
129 matiuè, cum ampliationibus, & limitationibus, de quibus plenè *Fusar. in tract. de substit. quaest.* 408. *Andreol. contr.* 150. *n.* 22. *Castill. cōtr. iur. lib.* 5. *cap.* 106. *n.* 8. *Censal. d. obseruat.* 23. *ad Peregrin. de fideicom. versic. tertiò non praetermittam, & Dom. Reg. Merlin. contr.* 85. *n.* 7. *cent.* 2. Nihil autem commune habere vide-
130 tur cū nostra sententia; Quia hęreditas, & bona purè fideicommisso supposita distrahi à grauato non possunt, nec per contractus inter viuos, nec in vltimis volun-

voluntatibus,vt in *l.fin.§.sed quia nostra Maiestas, C. commun. de legat.* in præiudicium aliorum vocatorũ, ipsis inaudiris.Ità verò non est in casu, de quo hìc agitur, cum bonorum antiquorum ius, quorum successio ex Consuetudine defertur agnatis, & cognatis, decedente aliquo sine filijs,fit valdè remotum,nam per successionem sequuta morte acquiritur,& per contractus inter viuos, se-
131 mota tamen fraude benè amitti potest, vt fuit omnium nostratum indubitata opinio,post *Napodan. in Consuetud.& si testator,verb.disponere sub n.6.* & cæteros *Addentes*; *Afflict.decis.370. n.12.Capye.decis.85.R.de Pont.cons.35.n. 22.Cons.de Ann.cõs.79.n.16.Præs.de Frãch. decis.40.& decis.435.n.26.34.& 35.*
132 cũ nonnullis.Igitur si vnusquisq;dispõnẽdo inter viuos,etiã quòad bona antiqua potest præiudicare successioni debitæ agnatis,quantò magis eisdem poterit per legitimationem filiorum naturalium præiudicare ex iusta causa, & citrà fraudem, quæ haud considerari potest in agnato, volente naturalem filiũ legitimare, cum iustè id agat ex naturali impulsu, & communi amore,quo
12 Regulam ergò habemus vniuersalem, in quantum ad Leges nostras municipales, vt illa bona nimirum dicantur obuenta ab agnatis, & cognatis alicui, quæ proprio labore, propriaq; industria non sunt quæsita; ità vt si decedat ipse ab intestato sine liberis, succedant proximiores ex ea linea, vndè bona obuenerunt; Si autem testari velit, liberis extantibus, teneatur medietatem de prædictis bonis

eisdem

non ponuntur ibi ad demonstrandam linearum distinctionem, sed vt distinguatur bona illa per defunctum nouiter acquisita, quę censuræ iuris communis tantum subiacent, ab alijs bonis, eidem obuentis à quibuscumq; consanguineis, quorum medietas, isthac Consuetudine seruata, liberis defertur, quoniam antiqua iudicantur. Nec est attendendum rigori huius verbi *ex latere*, iuxtà nupèr dicta, cum vsualia verba sint dicere, ex quo latere talis attinet tali, neque per hoc distinguimus lineas, vt admonet noster *Napodan. ibid. circ. fin. gloss. latere*, quem sectatur *Camill. Salernus in d. Cōsuetud. si aliquis moriens*, addit. incip. *Nota, quod si pater*, cuiq; se remittunt *Ant. de Alex. in Consuetud. si quis, vel si qua, in addit. incip. Sed quid si patri fol. mihi 124. Præs. de Franch. decis. 396.* vbi *D. de Luc. in obseruat. & D. Carol. de Rosa ad d. Consuetud. n. 17. fol. 194.*

23 Quinimò ad prædictorum confirmationem additur etiam, quod Consuetudo ista, *Si aliquis moriens*, accipit bona, eaq; intelligit de nouo quæsita, nimirùm pro acquisitis opera, & industria propria acquirentis, vt anteà insinuauimus; Non autem comprehendit sub illis alia bona, quæsita ex successione; dum ità dicit, *potest de bonis suis, quæsitis per eum disponere pro suo arbitrio voluntatis, de bonis autem paternis, & maternis ipsius defuncti, & alijs bonis sibi à consaguineis ex quocumquè latere prouenientibus, vsquè ad medietatem.* Et noster vsus loquendi sic declarat, dum passim dicimus, sunt bona nouitèr acquisita, ad differentiam bonorum obuentorum ex successione, quæ dicuntur antiqua, vt præter alios docent ex nostratibus *Montan. contr. 6. n. 7. & D. R. de Marin. lib. 1. resolut. iur. cap. 70. n. 12.*

24 Nec huic deniquè obstabit conclusioni quædam *Apostilla imposita d. Consuetud. si qua moriens, sub tit. de mul. hab. fil.* quæ incipit, *Pondera, quia ista consuet.* sub nomine *Præsid. de Franch.* vbi legitur, quod de bonis acquisitis per successionem filiorum possint parentes in totum disponere in prçiudicium aliorum filiorum viuentium; Nam, non esse suam, fatetur ipsemet *D. Præs. de Frāch. in d. eius decis. 396.* Quod est adeò verū,

25 quia cum ibi dubitatum fuerit, quid dicēdum, si matri obuenerint bona ex filio præmortuo, vtrùm in ijs bonis, ta nquam de nouo quæsitis, debeatur alijs filijs legitima de iure communi competens, àn verò debeantur nouem partes illorū, quod mirabile appellat bonorum subsidium, secundùm nostras Consuetudines *Napod. in d. Consuetud. Si aliquis mo-*

26 *riens, gloss. subsidio.* Tandem cōcludit, ac dubium resoluit iuxtà ea, quæ decreuit idē *Napod. d. gloss. latere*, vbi mouet quęstionē, & asserit, quod, licèt nō videatur hic casus cōprehēdi sub iuris nostri municipalis dispositione, ex quò loquuntur omnes Consuetudines de bonis paternis, & maternis, consanguineorum ex latere, non autem descendentium; Nihilominùs contrarium sustinet, vt scilicèt mater non possit de illis etiam testari, nisi de decima, & pater tantùm de medietate, prout videtur hoc pro absoluto nunc procedere, ac in Sacro Consilio procul dubio practicari, quoties casus accidit.

Et ità de meo requisitus iudicio in præsēti articulo, per suprà pōderatas rationes aureaq; *Napod.* & sequacium doctrina, tanquam arbiter decreui in causa Eleonorę Baiano, aduersùs disposita in vltima voluntate per quondàm Hortentiam Riccio, eius matrem, quæ relicta dictæ Eleonoræ tantùm dote, siuè legitima sua portione super bonis dotalibus, de reliquo vniuersalem instituit hæredem Io: Franciscū Riccio, etiam quoad bona eidem Hortentię obuenta ex successione quon. Hyppoliti Baiano eius filij ab intestato prædefuncti; quamuis partes laudabili conuentione postmodùm se transegissent. Nec alitèr in facti contingentia iudicarem, aut ab hac recederem opinione, nisi sub meliùs sentientis correctione.

CON-

CONTROVERSIA XXXVIII.

Ius consequendi Consuetudinariam portionem aduersùs testamentum Instituentis extraneos, àn competat etiam proximioribus Ecclesiasticis, quoties per Laicos, in æquali gradu cum eis coniunctos, infringatur testatoris dispositio, & successionis ab intestato aperiatur aditus, saltem quoad bonorum antiquorum medietatem?

SVMMARIVM.

1 *Clerius, si non reperiatur solus, sed cum Laico in æquali gradu coniuncto: an sicuti coniunctus Laicus, tāquam proximior, venire potest contrà testamentū defuncti, proximiores prætereuntis, saltem quoad medietatem sibi debitam vigore Consuetudinis, ità & ipse, quatenus per Laicum aperitur via ad succedendum, possit cum illo pariter concurrere ad hanc medietatem? & n.111.112.*

Pro negatiua opinione quamplura finguntur argumenta à n.113.vsq; ad n.120.

Sed illis minimè refragantibus, cōtrarium fundat Author *à n.121.126.130. & 133. vbi nonnullorum I.C. placito idem decernit, varijsq; S. C. comprobat decisionibus n.134. 135.& 136.*

Quæ opinio limitatur tantùm in casu quo solus Clericus adesset, vt n.131.& 137.

Et oppositionibus demum, ex aduerso adductis, respondetur n.138.139.140. & 146.

2 *Clerici, seù cęteri Ecclesiastici, qui Laicorum Statutis non ligantur, qualiter testari debeant de bonis Consuetudinum dispositioni subiectis; quomodoquè eis ab intestato decedentibus per Laicos succedatur, n. 3.& 4. Videlicet secundùm Ius commune, inclusis etiam fœminis, vel secundùm Ius municipale, exclusis scilicet fœminis propter masculorum existentiam? vt à n. 26. cum seqq. plenè examinatur.*

5 *Clericus, Prælatus, vel quælibet alia Ecclesiastica persona, possit nè ad libitum testari etiam de bonis antiquis, quæ ex causa paternę successionis, agnationisuè intuitu habuerunt, & de quibus disponendi arbitrium est pro medietate refrænatum per nostras* Consuetud.

Solutis argumentis contrarijs, affirmatiuè deciditur quæstio per Napod. *vt n. 6.& 7.*

Vrsillus *verò inuehit contrà Clericos, nonnullisq; rationibus* Napod. *opinionē oppugnat, vt videri potest n.8.9.12.14. & 15. Et ità testatur in S.C. obtinuisse, vt n.18.*

At prior sententia reperitur communiter nunc recepta, vt suadetur à n. 19. Et Clericos actiuè non ligari Consuetudinibus, semper fuisse decisum in S. C. traditur n.20.21.& 22.

Imò, quod idem procedat, non tam in quocumq; Clerico, habente Ordines Sacros, sed etiam in clericis saluaticis, qui dum disponunt, nec etiam nostris Consuetud. *ligentur, decisum fertur n. 23. & 24.*

10 Cōsuetud.& si testator, *àn afficiat rem, & non personam, illis nimirum verbis:* Reliqua autem medietas perueniat ad proximiores?

11 *Vnusquisquè nascitur Laicus, & non Clericus, vel Religiosus.*

12 *Statuta, siuè Consuetudines, quæ honesta dicuntur, ligant Clericos, & Ecclesiasticas personas.*

13 Consuetud. Neapol. *dispositio, cum sit fauorabilis, ex quò vult bonorum conseruationem in familia, quemadmodū ecclesiasticorum commodum, & vtilitatem respicit, ità pariter ab illis videtur seruanda.*

14 Consuetudines *fuerunt introductæ, & confectæ per Laicos, & Clericos simul.*

15 Consuetud. *huius Ciuitatis fuerunt approba-*

probatæ cum consensu Capituli, animo inducendi Consuetudinem, exempta tantùm Consuetudine Iuris congrui. Imò, non solũ à Capitulo, & ab Archiepiscopo Neapolitano fuerunt approbata; sed & à Summo Pontifice. Ideoq; ligare deberent etiam Clericos, & Ecclesiasticos, vt n. 16. Sed hoc non obseruatur, vt à n. 20. cum seqq.

17 Consuetud. Neapolis *sunt leges valdè honestæ, & pro bono publico confectæ; nec faciunt contrà ecclesiasticam libertatem.*

25 Clericus *quemadmodum potest secundùm Ius commune ad libitum testari, an ità pariter iuxtà eiusdem Iuris dogmata, ipsi ab intestato decedenti per proximiores Laicos succedatur, inclusis etiam, & non exclusis fæminis, prout ex dispositione Consuetudinis habetur?*

Quid verò, si è contrà ad istorum Laicorum ab intestato morientium successionem concurrat Clericus proximior, siuè solus, siuè cum alijs? n. 28.

Recensentur nostratum opiniones quòad propositos articulos à n. 30. & 32.

27 *Sexus differentia non admittitur secundùm Ius commune.*

29 Clerici *virtute Consuetudinis an fæminis etiam præferantur in successione ab intestato; & eas tantùm de paragio dotare teneantur?*

31 *Ratio æqualitatis seruandæ operatur, vt Clericis, vel Laicis ab intestato decedẽtibus, secundùm Ius municipale semper succedatur in bonis antiquis, fæminis omninò exclusis propter masculos, tàm Laicos, quàm Clericos; prout alijs rationibus idem suadetur n. 33. & 37.*

Et ità decisum fertur n. 35. & 36. tàm si agatur de intestata Clericorum, quàm Laicorum successione, vt n. 58. & 59.

33 Consuetud. Neapol. *licèt ex defectu potestatis Clericos non comprehendat; tamen, mortuo aliquo Clerico ab intestato, eius bona iudicantur, prout si essent Laicorum, & meritò in illis tunc est seruanda eiusdem Consuetudinis dispositio, vt n. 56.*

34 *Statuta generaliter loquentia habent locum etiam in hæreditatibus* Clericorũ, *prout in hæreditatibus Laicorum.*

37 *Clericus non disponens, videtur velle decedere cum dispositione Consuetudinis, & n. 57.*

38 Doct. Martæ *opinio, quod sit idem dicẽdum, quando agitur de Clerici successione ab intestato, quàm de illius successione ex testamento, à n. 41. exploditur vsq; ad n. 55. & 56.*

Imò eiusdem alia opinio, quod Clerici hæreditas semper Clericum repræsentet, n. 40. quomodo defendi possit, ostenditur n. 50.

39 *Causa testati, & intestati à pari procedũt, nam in vtraque succedentes dicũtur habere voluntatem defuncti.*

40 *Successio debet esse reciproca, & n. 100.*

42 *Bona, quæ prius erant affecta priuilegio Clericali, per mutationem personæ desinunt esse amplius ecclesiastica, sed Laicorum hæredum cõditionem sequuntur.*

43 *Inuentarium bonorum Clerici, in quibus succedit Laicus, fieri debet coram Iudice Laico, sicut è contrà quando Clericus succedit Laico.*

44 *Priuilegium personale alicuius ad alios non transmittitur.*

45 *Res Ecclesiæ, cùm transit ad priuatas personas, omne priuilegium amittit, fitque vsucapibilis.*

46 *Defuncti persona nõ cõsideratur quòad Forum, & eius priuilegia, sed tantùm successoris aut hæredis.*

47 *Priuilegium Clerici non transit in hæredem, & quare?*

Verùm acquiritur, quãdo res non priuilegiata ad priuilegiatũ peruenit n. 48.

49 *Fori declinatoria quando ex Clerici defuncti persona peti possit per hæredem Laicum.*

51 *Hæreditas iacens, defuncti personam tantùm repræsentat, & n. 52.*

53 *Clerici hæreditas, quando est iacens, ipsum Clericum repræsentat, & non hæredem Laicum; Idcircò dumtaxat erit subiecta ecclesiasticæ iurisdictioni; prout è contrà quando Laici hæreditas etiã est iacens, nam tunc ipsum Laicum tantùm repræsentat. n. 54.*

60 *Clericus, Sacerdos, vel Episcopus, Laicis agnatis ab intestato defunctis succedere debent secundùm nostras Consuetudines, exclusis nimirum fœminis, alijsq; proximioribus diuersæ lineæ, & n. 77. 78. 79. & 80.*

Quæ conclusio limitatur duobus in casibus, vt n. 97. & 103.

61 *Tu mihi succedere debes, quemadmodum ego tibi succedo.*

62 *Clericus, sicuti non potest à Laico conueniri in Foro Ecclesiastico iure congrui, ità nec Laicus eodem iure in Foro sęculari.*

Et hoc ratione æqualitatis seruãdæ practicatur, ac decisum traditur n. 63.

64 Consuetud. *Iuris cõgrui huius Ciuitatis per* Rit. Cur. Archiep. *non admittitur in bonis Clericorum.*

65 *Ecclesiasticis, ratione æqualitatis, denegari quidem debet etiam in* Sac. Cons. *interesse tertiari n, cum Laici in Foro Ecclesiastico ad huiusmodi interesse nõ admittantur, & eorum petitio tali casu vsuraria ibi reputetur, vt n. 66. 70. 71. & 72. vbi nonnullis alijs rationibus, & exemplis hoc suadetur fauore Laicorum.*

Imò ex prædictis idem sustinendum fore, firmat Author, *quando agitur de obseruantia* Bullę Pij V. *in Foro Ecclesiastico contra Laicum, vt ità pariter in* S.C. *fit obseruandum contrà Clericũ n. 75. & 76.*

67 *Inæqualitas magna, imò iniquitas videtur esse, Laicos cogi posse ad soluendum id, ad quod soluendum Clerici ab eorũ Iudice obligari non possunt.*

73 *Lex æqualis debet esse.*

Et æqualitas in iudicijs præsertim seruari debet, vt n. 61. & 74.

82 Consil. Prouẽzal. *in opinione, quod Clericus, & cæteri Ecclesiastici non comprehẽdantur appellatione agnatorum, & cognatorum; & per consequens ab intestato succedant simul cum fœminis de Iure communi, & non Consuetudinario, refellitur, eiusq; obiectionibus plenè respondetur à n. 85. & 92. vsq; ad n. 96.*

83 *Clericorum causæ quod terminari debeant secundùm Iura, & non secundùm Laicorum Consuetudines, statuit* Summus Pontifex.

84 Napodani *verba in* Gloss. proximiores n. 255. *enixè hic põderãtur n. 95. & 99.*

86 *Clerici, ac cæteri Ecclesiastici vti possunt veluti alij Ciues, Consuetudinum beneficio præsertim quando illæ non sunt contrà Leges, vel Canonicas Sãctiones, nec contrà Ecclesiasticam libertatem, bonum publicum tantùm respicientes, vt n. 87.*

88 *Clerici dicuntur Ciues quòad omnia, quæ eorum beneficium concernunt; & propterea in fauorabilibus vtũtur Cõsuetudinibus loci, vt n. 90. & 91.*

89 *Clerici vtuntur, tanquam Laici*, Ritibus, & Pragmaticis *quòad liquidationem instrumentorum.*

92 *Doctores allegati à* Prouenz. *pro eius opinione, quod Clerici admittantur ad successiones ab intestato secundũ Ius cõmune, sicq; inclusis fœminis, rectè ponderantur, & contrarium potiùs dixisse, ostenditur n. 93. 94. & 95.*

96 Napodan. *nunquam fuit sibi contrarius in explicandis Consuetudinibus huius Ciuitatis.*

98 *Religiosi, siuè professi in Monasterio successionis capace, an succedant agnatis, & cognatis ab intestato morientibus, iuxtà nostrarum Consuetudinum dispositionem, vel secundùm Iura communia, quòad fœminarum inclusionem, vel exclusionem?*

100 *Disparitatis ratio assignatur, quę reperitur inter Clericum, & Religiosum in succedendo seruata forma Consuetudinis, & 101.*

102 *Religiosis non succeditur per proximiores Laicos, sed eorum bona totaliter Monasterio acquiruntur, quoties antè professionem de illis nõ disposuerunt.*

103 *Fœmina vniuersalis hæres instituta, Clericum in æquali gradu coniunctũ, sed à testatore non vocatum in testamento, omninò excludit à bonorum antiquorum successione, & æqualitatis ratio attenditur, vt n. seqq.*

104

104 *Clerici, quemadmodum non ligantur actiuè nostris Consuetudinibus, ità etiã nec passiuè; & quare? nu. seq. licèt priùs variæ fuerint nostratum opiniones, vt n. 107.*

105 *Qui particulari Statuto ad sui beneficium vti vult, iustum est, vt illud etiam contra se pati debeat.*

106 *Clerici, siuè ecclesiastici, qui non ligantur Statutis Laicorum, nequè illis etiam frui debent in eorum beneficum.*

108 *Ecclesiastici quoàd medietatem debitam vigore Consuetudinis, tam si instituantur agnati, quàm extranei, nequeunt testantium voluntates infringere; nisi in quantum Ius commune permittit.*

Et ità decisum fertur in S. C. vnione trium Aularum, n. 109. & 110.

114 *Quod fuit tale, semper est tale.*

115 *Ius commune tantùm attenditur in personis Ecclesiasticis.*

116 *Frater non succedit alteri fratri, nisi ab intestato, de iure communi.*

117 *Existentia vnius personę habilis non efficit alterum pariter habilē, & quarè?*

118 *Opus mirum quidem esset, si inhabilis cum habili adiunctus, qualitatem, & essentiam mutaret.*

119 *Quis frustrà capit per alium, quod de per se capere nequit.*

122 *Agnatorum qualitas non distinguitur in* Consuetud. Et si testator, *sed illi generaliter ibi vocantur, ordine tamen successiuo.*

129 *Pares in gradu simul admitti debent.*

124 *Obseruantia illa communis, vt scilicèt, sicuti Laicus proximior non valet succedere Clerico, ad libitum de suis bonis disponēti, ità & etiam Clericus, si Laicus liberè disposuit, quomodò sit intelligenda, ostenditur.*

125 *Parum refert morienti, quod Consuetudinaria medietas postmodum perueniat vni, duobus, tribus, vel quatuor proximioribus, quando ipse omnes in eius testamento præteriuit.*

127 *Clericus agnatus vti potest beneficio alterius consuccessoris Laici, testamentum impugnantis, & quomodo?*

128 Tex. in l. si post mortẽ, §. fin. ff. de bon. poss. con. tab. *verus sensus exponitur.*

129 *Filij, qui eorum culpa hæreditate paterna priuari meriti sunt, neq; testamento per alios contratabulato, ad hanc hæreditatem concurrere possunt.*

130 *Laudatur* L. l. Caput.

131 *Clericus agnatus, quando solus adest, non potest defuncti testamentum impugnare quoàd medietatem Consuetudinariam.*

Et licèt Marant. *contrarium teneat; eius tamen opinio reprobatur n. 132.*

135 Dom. Præf. de Franch. decis. 667. *cur fuit reuocata in causa reclamationis, assignatur ratio.*

137 *Ecclesiasticus, quando cum eo Laicus in æquali gradu coniunctus adest, vti potest beneficio Laici in succedendo vigore Cõsuetudinis aduersùs defuncti dispositionem, licèt solus succedere nequeat.*

Sed quid, si Laicus nollet vti hoc Consuetudinis beneficio, vel post testatoris mortem consuetudinariæ medietati renunciaret: an sufficeret tali casu sola eius existentia, ad hoc, vt ecclesiasticus in æquali gradu coniũctus admitti posset? n. 141. 144. & 145.

142 *Ius nostrum municipale operatur intestabilitatem in illis portionibus debitis, tam pro antiquorum bonorum medietate, quàm pro nouem partibus dotis, stantibus liberis.*

143 *Successio consuetudinaria vnicuiq; ex proximioribus censetur delata pro sua portione, sicq; ab vnoquoq; adiri poterit, alijs deficientibus, vel adire nolētibus.*

145 *Clericus, vel Ecclesiasticus non iuuatur beneficio Laici, in æquali gradu coniuncti, quoties in vita disponentis ipse Laicus renunciauit iuri suo, dando ei potestatem liberè testandi, etiam de bonis antiquis.*

147 *Clericus an censeatur etiam institutus in bonis antiquis, quando testator reliquit generaliter omnibus proximioribus id, quod virtute Consuetudinis eis debetur?*

Affirmatiuè concluditur n. 148.

Et ratio traditur ibid. & seq. n. 149. 150.

150 Dom. Præf. Franc. Anton. Andreassus *laudatur*; *Et ibidem* V.I.D.Franc. Pace *pariter commendatur*.

ARGVMENTVM.

Apud Nostrates ponderationis digna illa enixè discutitur Consuetudinaria disputatio de medietate bonorum antiquorum Ciuis Neapolitani, extraneos instituentis, & proximiores agnatos, & cognatos, tàm Laicos, quàm Ecclesiasticos prætereuntis: àn scilicèt Ecclesiastici, qui nō reperiūtur soli, sed vnà cum Laicis in æquali gradu coniuncti, valeant cum illis simul concurrere ad præfatam medietatem, quoties defuncti testamentū per Laicos prædictos infringitur; ex eo, quia tali casu dictis Ecclesiasticis aperiri videtur ad succedēdum aditus, licèt ex se, ob æqualitatem seruandam, de hoc agere minimè potuissent.

Sed post multa, opinionis negatiuæ cōfutatis obiectionibus, pro affirmatiua, nimirùm Laicis, & Ecclesiasticis proximioribus competere ius consequendi pro æquali parte, & portione Consuetudinariam medietatem aduersùs defuncti testamentū, quando reperiuntur omnes in pari gradu coniuncti (quamuis Laicis tantùm, si velint, competat ius infringendi hāc testatoris dispositionem) nouissimè decisum traditur, eamq; *Author* nōnullis comprobat rationibus.

Rursùs notabilia quamplura circà Ecclesiasticorum, & Laicorum ab intestato decedentium successionē delibantur; Quomodoq; illa inter eos regulari debeat, nempè secundùm Ius commune, sicq; fœminis inclusis, vel potiùs secundùm Ius municipale, ipsis scilicèt exclusis, cum adsint masculi, distinctè examinatur.

Aliaq; demùm ad materiam pertinentia, habita præsertim ratione prædictæ æqualitatis seruandæ inter Laicos, & Ecclesiasticos, non inconsultè ponderantur.

1 Gnatus Clericus, si non reperiatur solus, sed cum Laico in æquali gradu coniuncto: àn sicut iste cōiunctus Laicus, tāquàm proximior, infringeret defuncti dispositionē, extraneorum fauore ordinatam, saltèm quòad bonorum antiquorum medietatem, vigore nostrarum Consuetudinum ei spectantem: ità, & ipse, quatenus per Laicum aperiretur via ad succedendum, posset etiam cum illo concurrere, & Laicorum beneficio vti? Perutilis quidèm, ac valdè Consuetudinistis laboriosa, nec non Foro versātibus, & studiosis adeò difficilis inspicitur huiusmodi quæstionis indagatio, quod quamuis parum non esset, si tantùm discrepantia nostratum placita in re præsenti conciliare conarer; Congruum nihilominùs mihi nimis videtur, vt pro totali concordia, æqua magis, & verior quæ dicatur opinio, quidue sit in praxi tenendum, quòad possum, sigillatim insinuem.

2 Principiò verò haud prætereundum cēseo, hic prius enucleare, qualitèr Clerici, siuè cæteri Ecclesiastici, qui Laicorum Statutis non ligantur, vt clarè habetur ex *tex. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ*, quem notant *Abb. Felin.* & alij *extrà de constitut.* testari debeant de bonis antiquis, quorum medietas ex speciali nostri Iuris patrij dispositione agnatis, &
3 cognatis pertinet: Quomodoquè eis ab intestato decedētibus succedatur: Nùm

scilicèt

scilicèt seruata forma nostrarum Consuetudinum Neapolis, vel potiùs secundùm Ius commune; & sic fæminis exclu-
4 sis, vel inclusis ad successionem, cum masculi supersint; anuè demũ illi, tanquàm Laici, etiam in hac Ciuitate ad intestatas proximiorum successiones admittãtur, enixè priùs perpẽdere; postmodũ ad dissentionis propositæ discussionem aggredi, proficuum nimis arbitror.

5 Et, quod Clericus, vel quælibet alia Ecclesiastica persona testando non ligetur nostri municipalis Iuris dispositionibus, præsertim Cõsuetudinibus, exordientibus, *Si aliquis moriens, & Et si testator*, quarum prouisione Neapolitanis Ciuibus est refrenatum arbitrium disponendi de bonis antiquis vsquè ad illorum medietatem, in qua proximiores agnati, cognatiq; sunt vocati, expressè sancitum reperitur apud *Napodan. in proæm. Consuetud. sub n.303. cum seqq.* & præcipuè *n.312.* vbi discusso articulo, ac
6 solutis omnibus contrarijs, cum hac resider opinione, scilicèt Clericum disponentem posse ad libitum testari, etiam de antiquorum bonorum medietate, agnatis debita, virture nostrarum Consuetudinum. Idemq; clariùs repetit ipse *Napodan. in Consuetud Si quis, vel si qua*
7 *n.248.* ibi enim pro indubitato asserit, quod Clerici, siuè Prelati possint de bonis omnibus, quę habuerũt ex causa paternę successionis, agnationisuè intuitu, quemadmodùm etiam de his, quæ eorũ artificio lucrãtur, liberè testari; ità vt reseruare non teneantur illorum medietatem, proximioribus addictã, iuxtà cẽsuram *præcit. Consuetud. Si aliquis moriens*, & *seq. Consuetud. Et si testator*.

8 Verùm huic opinioni quamuis aduersentur tradita per *Vrsill. ad Afflict. in decis.310.* qui strenuè cõtrarium tueri, & *Napodan.* pluribus conatur rationibus impugna re, asserens, Clericum astringi, seruata forma prędictarum Cõsuetudinũ, proximioribus medietatem bonorum reseruare, nec posse illos in testamento fraudare, iuxtà propriam vo-
9 luntatẽ disponendo. Primò scilicèt quia *præcit. Consuetud. Et si testator*, secudùm cuius dispositionem testandi arbitrium refrenatum omnino est quòad medietatem antiquorum bonorum, proximioribus debitam, dùm vtitur his nimirùm verbis: *Reliqua autem medietas perueniat ad proximiores*, per consequens, afficit rem, & non personam, ex traditis per *Bart. in l.1. quæst.7. versic. sed potest*
10 *dubitari, C. de Summ. Trin. & fid. Cathol.* qui nititur authoritati *tex. in l. rescripto, §. fin. ff. de mun. & hon.* & per alios DD. quos congerit idem *Vrsill. loc. cit. num.4.* Igitur, si Consuetudo hæc videtur loqui tantùm de bonis, ligat propterea omnes, sieq; etiam Ecclesiasticas personas, ex eo potissimùm, quia bona illa generalitèr, tàm ad Ecclesiasticos, quàm ad Laicos, cum onere, & obligatione Statuti, siuè
11 Consuetudinis perueniunt; Imò vnusquisquè nascitur Laicus, & non Clericus, vel Religiosus, & huius Consuetudinis vinculum circà dispositionem bonorum, fuit impositum antè Clericatum illius personę, quę nunc disponens eiusdem Consuetudinis dogmata seruare tenetur.

12 Secundò, quia Statuta, vel Consuetudines, quę honestę dicuntur, iuxtà cõmunem omnium sententiam, ligant Clericos, & Ecclesiasticas personas, vt latè firmat *Dec. in d. cap. Ecclesia S. Mariæ* propè *fin.* antè *penult. col. in verb. & primò occurrit, vers. tertia conclusio*, & *in cõsil.355. & 293. n.6.* citans *Anchar. consil. 11.* ibiq; etiam *Abb.* & *Felin. n.66. versic. ex qua sequitur; & Marant. disp.8. n.20.*
13 Cum ergò Consuetudines nostræ sint fauorabiles ex eo, quia commune bonũ respiciunt, scilicèt conseruationem rerũ in familia, prohibent namq; bona ad extraneas manus peruenire, æquum videtur, vt quemadmodùm Ecclesiasticorũ commodum, & vtilitatem etiam respiciunt, ità paritèr ab illis sint seruandæ.
14 Tertiò *Vrsilli* confirmatur opinio, quia huiusmodi Consuetudines fuerunt introductæ, confectæ, aut meliùs dicam, statutæ, tàm per Laicos, quàm per Clericos. Habemus enim per Ritum Ecclesię

Episco-

EpiſcopalisNeapolis,qui incipit *in cau-*
*ſis ſaſinarum fol.34.*iſtas Conſuetudines
fuiſſe approbatas cum conſenſu Capi-
tuli,animo inducendi Conſuetudinem,
exempta tantùm illa Conſuetudine iu-
ris congrui; vndè videtur promiſcuæ;li-
gantes nimirùm Clericos, & Eccleſia-
15 ſticos.Quinimò, quia præfatæ Conſue-
tudines non ſolùm à Capitulo,& abAr-
chiepiſcopo Neapolitano, verùm etiam
à Summo Pontifice fuerunt approbatæ,
prout teſtatur *Vrſill.loc.cit.*ex hoc igitur
ſequitur quod notant *Abb.in cap.ad no-*
ſtram de probat.& *Felin.in d.cap.Eccleſia*
*S.Mar.extrà de conſtitut.col.*1.cõcludẽ-
tes,quod Conſuetudines per Laicos fa-
16 ctæ,& à Summo Pontifice approbatæ,
ligare debent indubitantèr Clericos;
Nàm clara eſt cõcluſio,ſcilicèt,vt eccle-
ſiaſtici ligentur illis Conſuetudinibus,
quas illi approbauerunt:præcipuè dùm
17 iſtæ Conſuetudines ſunt fauorabiles,&
honeſtæ,nec faciunt contrà Eccleſiaſti-
cam libertatem,vt inſinuat idem *Vrſill.*
*in d.deciſ.*310.vbi prædictis argumentis
18 vtitur,& ità *n.*15.*circà fin.* in facti con-
tigentia per S.R.C.deciſum faterur an-
no 1552.in cauſa Eccleſiæ S.Ioannis in
† Corte huius Ciuitatis, cum hæredibus
Nicolai de Rogerio,qua ſententia fuiſſe
declaratam,tradit,nullam, & inualidam
diſpoſitionem cuiuſdam Clerici quòad
medietatem bonorum, dum non ſerua-
uerat noſtræ Conſuetudinis diſpoſitio-
nem;Et hæc apud *Vrſillum.*
19 Nihilominus his,& ſimilibus minimè
refragantibus, vnanimitèr omnes con-
trariam hodiè amplectimur opinionem,
& iuxtà ea quæ decreuit Auriga noſter
*Napodan.in cit.n.*248. tenuerunt, tàm
noſtri ſeniores, quàm recentiores Itali
Iuriſconſulti;Imò contrà afferta per *Vr-*
20 *ſill.*pluriès Sacrum noſtrum Conſilium
determinauit, prout obſeruari poteſt
apud *Capyc.in deciſ.*98.*Conſil. de Bottis*
in ſupracit.Conſuetud.Si quis, vel ſi qua,
*ſub n.*256.*in addit. incip. In cauſa Fra-*
tris Ioannis Baptiſtæ de Adiutorio,& ibi-
dem *Præſ. de Franch. in anteced. addit.*
quæ incipit,*Adde Capyciũ,fol.mihi* 147.
21 vbi ſpecialitèr meminit illius deciſio-
nis,quæ fuit per S.C. prolata die 6. Au-
† guſti 1564.in cauſa vertente inter Ca-
millam Arcellam cum Hoſpitali Incu-
rabilium,ſuper dipoſitione facta perAr-
chiepiſcopum Capuanum,in cuius cau-
ſæ proceſſu,vt notat *idẽ de Franch.* fue-
runt præſentatæ aliæ ſimiles ſententiæ.
Vide etiam *Gaſpar.de Leo ibid.in addit.*
incip. Adde notata,Minad. in conſtitut.in
aliquibus,nota. 2. *D.R.dePont.conſ.*39.*n.*
11.*lib.*1.*Mart.de iuriſdict. part.* 4.*caſu*
57.*n.*17.*D.R.Rouit.conſil.*44.*n.*11. *lib.*1.
*D.R.de Marin.tom.*1.*reſol.cap.*55. *n.*18.
*P.Molfeſ.in ſuo comment.par.*2. *tit. de*
*perſon.quæſt.*7.*n.* 14. *Thor. in compend.*
*deciſ.tom.*1.*verbo*Clericus an poſſit de bo-
*nis ſuis,fol.*81.*Dom. Conſil. Hodiern.ad*
*Surd.deciſ.*20.*n.*10.*Præſ.dè Franch. in*
*alia deciſ.*285.*n.*6.*deciſ.*911.*n.*5. vbi *D.*
de Luc.in add.& tandèm *Lel.Caput.in* §.
3. *prælud.* vbi oppoſitis per *Vrſill.* plenè
22 ſatisfacit *vſq;ad n.*7.& à communi hac
opinione nunquàm eſſe recedendum in-
quit,eo maximè, quia nonnullis cerni-
tur decorata deciſionibus.Et adeò illam
habuit pro vera, & indubitabili Sacrũ
Conſilium, vt non tàm in quocumquè
Clerico habente Ordines Sacros, ſed
23 etiam inClericis ſaluaticis,vt ſunt Cle-
rici coniugati,qui vnicam,& virginem
duxerunt vxorem,vel illi, qui ſunt in
prima tonſura,vel in minoribus ordini-
bus conſtituti, vti habetur in *Pragm.*4.
ſub tit.de Cleric.ſeù Diacon.ſaluat. idem
iudicauit: nimirùm, vt nullo modo iſti,
24 dum diſponunt, noſtris Conſuetudini-
nibus ligentur; & de hac deciſione me-
minit *Conſil.de Bott.in cit.Conſuetud. Et*
*ſi teſtator ſub n.*1.*in addit. incipi. Quid ſi*
*quis habet fratrem fol.*174.quem ſequi-
tur *Molfeſ.loc.cit.*Eapropèr non eſt mi-
rum,ſi huius theſis concluſio remanſit
pro abſoluta in beneficium Eccleſiaſti-
corum, quos Neapolitanarum Conſue-
tudinum diſpoſitioni actiuè non ligari,
cuncti noſtrates vno ore fatentur.
25 Sed iſta imminente occaſione, priuſ-
quam introrſus grauioribus difficultati-
bus aditũ aperiamus,hic nobis occurrit,
quæ-

quærere; an sicuti Clericus actiuè non tenetur nostras municipales Sanctiones seruare, ac proindè possit liberè de omnibus bonis testari iuxtà Iuris communis dispositionem; Ità pariter, quando agitur de successione bonorum Clerici, vel aliarum Ecclesiasticarum personarũ ab intestato decedentium, proximiores Laici ad illam admittantur secundùm Ius commune?

26 Difficultas quidem necessaria, æquè ac vtilis etiam videtur, quæ proponitur, cùm agitur de succedendo personis Ecclesiasticis, ab intestato decedentibus; Pendet nãq; ex eius decisione exclusio, vel inclusio fęminarũ, si masculi existãt, ex eo, quia si Clericis vel cæteris Ecclesiasticis, dũ illi ab intestato decedũt, suc-

27 cedatur de Iure communi: & tunc feminæ vnà cum masculis æqualitèr, & absquè vlla sexus differentia admittuntur, *ad tex. in l. maximum vitium, C. de liber. præter.* Si verò regulari debeat hæc successio seruata forma Consuetudinum Neapolis: & isto casu feminæ excluduntur, cùm masculi supersint *tex.* est in decãtata *Consuetud. Si moriatur, de success. ab intest.*

28 At quia dissidia, quæ circà casum, hic incidentèr propositum, oriri possent, iam per famigeratissimos consuetudinarij Iuris Interpretes omninò resoluta reperiuntur, & vnà simul apùd illos exaratur, ac diligenter expenditur consimi-

29 lis alius casus, scilicèt quando Clericus, vel cæteri Ecclesiastici, siuè soli, siuè cum alijs succedunt, decedentibus similitèr ab intestato agnatis, & cognatis: an fęminis illi præferantur, prout Laici, qui iuxtà nimis vulgatam nostri iuris patrij dispositionem à qualibet successione, eas tantùm de paragio dotando, excludere benè possunt. Idcircò non est necessè, vt fusiùs in duobus his articulis adlaborem, sed tantùm aliquas, magis selectas Practicorum authoritates, & rationes ad communiorem sententiam pertinentes enumerare fas erit.

30 Sic igitur, dum loquimur de successione ab intestato, ingenuè cum; alijs nullis concludamus oportet, quod ob æqualitatem in successionibus seruandã, siuè moriatur aliquis Laicus intestatus, relictis agnatis proximioribus Clericis, vel quęlibet alia Ecclesiastica persona: siuè agatur de successione Clerici, Sacerdotis, vel Prælati ab intestato moriẽ-

31 tis, semper sit consueta legis patriæ seruanda dispositio, nimirum: primò, vt ad bona, quæ defunctus habuit ex linea paterna, & quæ ipse ex sua industria acquisiuit cõcurrere debeant proximiores ex parte patris, in bonis verò, quę illi obuenerunt à matre, vel ex linea materna, proximiores ex parte matris liberè succedere possint, vt sancitum est in *d. Consuetud. Si quis, vel si qua*; Secundò, vt stãtibus masculis, feminæ prorsus excludantur, & tantùm masculi, siuè sint Laici, siuè Clerici, & Ecclesiastici, ad intestatã defuncti proximioris successionẽ admittantur, cum onere illas dotãdi iuxtà modum pręscriptum à *d. Consuetud. Si moriatur.*

32 Et ratio potissima, Consuetudinistis ferè omnibus cõsona, cùm loquimur de successione Clericorum ab intestato decedentium, quod necessario illa regulari debeat in proximiorum beneficium, seruata forma nostrarum Consuetudinũ, est, quia licèt Neapolitana Consuetudo ex defectu potestatis Clericos nõ comprehendat, & sic non procedat in bonis Clericorum: tamen respondetur, quod

33 benè procedit post ipsorum mortem; Eo enim tempore nõ amplius Clericorum, & similium, sed Laicorum successorum bona illa iudicantur, & ideò, dum Laici succedunt, meritò est seruanda Consuetudinis dispositio, vt plenè docet *Napodan. in d. Consuetud. Si quis, vel si qua sub n. 247. ibi: Quia post eorum mortem non dicuntur amplius Clericorum, sed Laicorum, ad quos peruenerunt ex causa successionis, fol. mihi* 147. & vbi latissimè fundauit *Carolus de Grass. in tract. de effect. Cleric. affect. 2. lim. 5. n. 125. & n. 366. quæst. 46.* vbi optimè refert hanc ratio-

34 nem, quæ per nos hìc traditur, ibiq; testatur, quod statuta generaliter loquen-

tia

tia locum habet in hæreditatibus Clericorum, prout locum habent in Laicorū successionibus; quam esse magis communem opinionem, fatetur etiam *Canulc.decis.9.n.81.lib.3.* Vide *Consil.Prouenzal.obserú.20.ad d.Consuetud.Si quis vel si qua per tot.* vbi eandem quæstionem perbellè, ac diffusè pertractat, imò hanc sententiam nonnullis solidissimis alijs conuallat rationibus, prout pariter faciunt *Lal.Caput.in d.§.3.prælud.tit.de person.n.22.P. Molfes.d. par.2.& quæst.7.sub n.13.& par.4.de success. ab intest. quæst.65.n.54.D.R.de Pont.consil.18.nu.12.lib.1.Thor.in suo compend.decis.verb. Consuetudines tom.1.fol.116.Consil.Hodiern.in addit.ad decis.20.Surd.n.11.* Et ità sępissimè iudicasse Sacrum Consiliū, referūt *supracitati Authores,* quibus additur *Consil. de Bott. in d. Consuetud.Si quis, vel si qua, in addit.ad Napodan.sub d.n.247.incipien. quod moriente Clerico,*

35 vbi ait, sic fuisse decisum per Sacr.Collater. Consilium in causa D. Annibalis

† Macedonij super successione Ill.Episcopi Policastri, quam decisionem notauit *D.Reg.Reuert.* vt meliùs constat ex eius decisionibus manuscriptis *in 5.vol.* & vt aduertit *Gaspar de Leo in d. Consuetud. sub d.n.247.in apostill. incipin. Adde no-*

36 *tata.* Aliam similem S.C. decisionem in

† causa S. Laurentij Terræ Padulæ tradit *Naucler.in addit.ad eandem Consuetud. Si quis, vel si qua, fol.11.post Consuetud. & D.Præs. de Franch.decis.411.num.5.* Idq; eò magis suadetur etiam, quia Clerici, vel cæteri ecclesiastici, morientes ab intestato, videtur non tantùm vocasse ad eorū successiones illos, quos hoc

37 Ius nostrum patrium solùm vocat, sed eidem municipali dispositioni seipsos omninò remisisse, censentur, vt aduertit etiam *Consil. Prouenzal. in loc. proximè cit.n.29.* vbi ad propositū allegat *Surd. in cons.560.vers.adde,* ibi: *Clericus, qui potuit euitare consuetudinem disponendo, cum non disposuit, videtur voluisse decedere cum dispositione consuetudinis, quā voluit habere locum in sua hereditate, cū illa testando non elusit.* & idem *P.Molfes. d. par.4. quæst. 65. num.62.*

38 Nec prædictis vnquàm aduersantur considerata per *Mart.de iurisd. part.4. cent.1.cas.5.n. 22.* vbi ait, quod quando agitur de Clerici successione ab intestato, idem sit dicendum, quod de illius successione ex testamento sancitum reperitur; Causa enim testati, & intesta-

39 ti à pari procedunt, *l. 1. §. 1. ff. de bon. poss. contrà tab.* & in vtraq; succedentes dicuntur habere defuncti voluntatem, *l.conficiuntur, l.si quis cum nullum, ff. de iure Codicill.* At dato Clerici testamēto, non est locus Neapolitanæ Consuetudinis dispositioni contrà testamentum, vt inquit *Mart.loc.cit.à n. 6.* & nos fusiùs anteà insinuauimus; Idcircò à pari nihil operari debet eadem Cōsuetudo, quando Clericus, alijq; ecclesiastici ab

40 intestato decedunt, ea ratione, quia successio debet esse reciproca, *l.nam, & tit parentibus, ff.de inoffic.testam.* Et sic cum Clerici hęreditas semper Clericū representet, nec per clerici mortem desinat esse clerici, non potest ex hoc affici laicorum iurisdictioni, vt putat *idem Mart.ibid.n.18.*

41 Quicquid etenim de hoc sentit, firmiter substineri non potest, quinimò contrarium omninò est veriùs, vt probant *precit. DD.* præsertim noster *Napodan.* cum eius successoribus; Quoniam per mutationem personæ, bona, quæ priùs erant affecta priuilegio clericali, desi-

42 nunt esse ampliùs ecclesiastica, & laicorum hæredum conditionem sequuntur, prout inter alios inquit *D.Reg. de Pont. loc. vbi sup. à n.12.cum seq.* vbi varijs rationibus apertè id ostendere conatur post *Guid.Pap.dec.261.* penès quē

43 hinc etiam concluditur, quod inuentarium bonorum clerici, in quibus successit laicus, fieri debet coràm Iudice laico, non autem ecclesiastico; quemadmodùm è cōtrà, quando clericus laico succedit, quod probat etiam *Roland. à Vall.consil.61. vol. 4.* vbi multa cumu-

44 lat, fundando, hoc esse priuilegium personale clerici, & ad alios non transire, ex eo potissimùm, quia cùm res Ec-

cle-

clesiæ trāsit ad priuatas personas, omne priuilegium amittit, & fit vsucapibilis,
45 iuxtà tradita per *Bart.in l.Paulus,alias incipien. Quāuis,ff.de acquir.hæred.* Post
46 mortem siquidem decedentis,nec etiam eius persona quòad forum,& priuilegia consideratur,sed sēper, atq; in omnibus successoris persona est inspicienda, vt notabilitèr considerauit *Bald.in Auth. quas actiones n. 11. versic.si autem loquimur, C.deSacrosan.Eccles.* ibiq;se prorsùs remittit ad *cap.priuilegium personale,de regul.iur.in 6.* & ad *tex.in l.licitatio,§.fiscus,ff.de public.* Et hoc idem latè scripsit *Odd. Sforza,in tract. de restitut. in inte-*
47 *grum,quæst.*50.*art.*1.*n.*9.tradens,priuilegium Clerici respectu fori non transire in hæredem, quia est priuilegium concessum prærogatiuæ,ac dignitati personæ, qua extincta extinguitur; prout è contrà acquiritur,quando res non pri-
48 uilegiata ad priuilegiatū peruenit,quia illa amittit naturam antiquam, & efficitur priuilegiata, vt probat *tex. in cap. vnico,§.fin.de iure patronatus,n. 6. Ias. in d.Authent. quas actiones,n.* 38. & 42. *Idem Mart.de iurisdict.d.part.*4.*cent.*1. *cas.*11.*nu* 28.29.*cum seqq.*& *cent.* 2.*cas.* 125.*n.*18.*Anchar.consil.*229.*n.*9. *Menoch.cons.*322.*à.n.*17.*cum seqq.lib.*4. Alijq;
49 relati à sapientissimo *Consil. Carleual.in suo celebri tract. de iudic. lib.* 1. *tit.* 1. *quæst.*5.*n.*302.& 319. vbi plura inueniuntur notabilia circà declinatoriam fori,& quando illa peti possit ab hærede Laico,ex defuncti Clerici persona, diffusè dispungitur.

50 Ex his ergò penitùs ruit, quod dixit *Mart.loc.cit.n.* 18. nisi intelligatur data hæreditate Clerici iacente, iuxtà deducta per eundem *Consil. Carleual.vbi sup.*
51 *à.n.*322.Nam tantùm hæreditas iacens defuncti personam repræsentat,vt *in l.nō minus circà fin.ff.de hæred.instit.l. hæreditas* 38.& *l.hæreditas* 61.*de acquir.rer. domin.l.deniq;§. quæsitum,ff.quod vi,aut clam,l.quod seruus* 36.*ff. de stipul.seruor. l.mortuo* 33.*ff.de fideiussor.§. seruus etiā alienus,Institut.de hæred.instit. Præs.de Franch.decis.* 101. *nu.*28.*Menoch.consil.* 105.*n.*60.*lib.*1.& *Peregrin. de fideicommiss.art.*49.*n*3.post *Bart.Angel.Ias.Dec.*
52 & alios, qui vnanimiter asserunt,quod quamdiu hæreditas est iacens, semper defuncti personam repræsentat, ac eius vicē substinet.Bona namq;Clerici, dum viuebat,quemadmodum exempta erant à sęculari iurisdictione, & subiecta dūtaxat cognitioni Iudicis Ecclesiastici,ità pariter,dicit *Carleual.ibid.& seq.n.* 393.
53 quod Clerici hæreditas,quando est iacens,Clericum ipsum repræsentat,& nō futurum hæredem Laicum, *l.si mihi, & Titio,§.*1.*ff.de legat.*2. cū alijs *supra cit.*
54 prout etiam viceuersa, hæreditas Laici cùm iacet,ob eādem rationem defunctū Laicum interim repræsentat, & sic Sæculari iurisdictioni est subiecta, quamuis hæres institutus sit Clericus,vel Ecclesiastica persona, vt colligitur ex traditis per *Barbos.in l.hæres absens in prin. n.* 180.*ff. de iudicijs*, & per *Mart.in d. part.*4.*cent.*2.*cas.* 122. *n.*14.& 15. licèt non desint, qui contrarium substinere conātur,vt *Fulgos.cons.*106.quem refert, & sequitur *Card.Tusc.ver. hæreditas iacens,conclus.*22.*n.*11.

55 Diluitur deniq,quod ex aduersò ponderauimus n.38.etiam authoritate *eiusdem D.Martæ*, quia nō est idem dicendum,quando Clericus in hac Ciuitate ab intestato moritur, quàm cum testatus decedit.Clericus namquè,tanquam non subiectus Laicali statuto,cùm testatus moritur,illius dispositio prorsùs est
56 seruanda, ex quo libera ei permittitur testandi facultas; Quando verò intestatus decedit,eo casu,quia ad illius bona necessariò concurrere debēt proximiores Laici, qui nostris Consuetudinibus ligantur,non ampliùs attenditur libertas Clericorum,qui tantùm secundùm Ius commune testari tenentur, sed Iuris patrij dispositio, quæ ad bona antiqua,
57 fœminis penitùs exclusis, proximiores masculos vocat.Idq;eò magis procedit, quia Clericus non disponens videtur, vt suprà diximus,voluisse decedere cùm dispositione Consuetudinis loci, vbi est originarius.

58 Ità pariter est procul dubio asserendū, quando tractatur de intestata Laicorum successione, vt illa regulari debeat Clericorum fauore, quemadmodum inter alios agnatos, & cognatos, si adessent, regularetur, seruata videlicet patriæ Consuetudinis dispositione, nec aliter; ea principali ratione æqualitatis seruandę,
59 quia ecclesiasticis ab intestato decedētibus succeditur secundùm nostras patrias sanctiones, à fratre nimirum, exclusa sorore propter fęmininum sexum, & per proximiorem vnius lineæ, ex qua defuncti bona prouenerunt, alio diuersę lineæ, quamuis in gradu proximori, etiā excluso. Æquū. n. est, vt Laicis ab inte-
60 stato morientibus succedat Clericus, Sacerdos, vel Episcopus iuxtà idem municipale Ius, exclusis nempè fœminis, alijsquè proximioribus diuersæ lineæ, ad hoc, vt successio videatur omninò inter omnes reciproca; & illud commune ser-
61 uetur adagium, scilicèt, vt tibi quemadmodum succedo, tu mihi succedas, ex *tex. in supracit. l. nam, & si parentibus, ff. de inoff. testam.* Debet enim lex esse æqualis; & vt sit æqua omnibus communis, *cap. erit autem lex, 4. distin. l. fin. C. de fructibus, & liti. expens.* Imò in iudicijs semper æqualitas attendi debet, *cap. in iudicijs de regul. iur. in 6. l. non debet actori, per eud.* & *cap. 2. de mutu. petit.* Vide ad propositum *Præs. de Frach. in*
62 *decis.* 285. vbi ista ratione æqualitatis seruandæ decisum refert, quod sicuti Clericus non potest à Laico conueniri in Foro Ecclesiastico iure congrui, ità pariter nec potest contrà ipsum Laicum agere eodem iure in Foro Seculari, iuxtà inueteratam Consuetudinem Neapolis, ibique *Addent.* pluriès hoc fuisse nōnullis decisionibus cōfirmatū tradūt,
63 signanter per Curiam Archiepiscopalē huius Ciuitatis, ex qua cum in bonis Clericorum, & Ecclesiasticarum personarum expresè reijciatur Consuetudo iuris congrui, relata fusius per *Marant. in disput.* 8. & per alios innumeros, ideò Sacrum Consilium ad æqualitatem seruandam emanauit etiam contrà Cleri-
64 cos *decis.* illam, cuius meminerūt *Franch. loc. cit. Ann. cons.* 112. *n.* 49. *lib.* 2. *Molf. part.* 12. *quæst.* 34. *tom.* 3. vbi latè hanc materiam examinat *& idem in consil.* 27. *n.* 13. *D. R. Capyc. Latro, decis.* 66. *nu.* 23. *Ricc. decis. Cur. Archiep. par.* 3. *decis.* 180. *D. Reg. de Marin. cap.* 55. *lib.* 1. *resol. iur.* vbi plenè *D. Rodoer. D. R. Galeot. contr. iur. lib.* 1. *contr.* 61. *n.* 18. *&* 19. item *Thor. comp. tom.* 2. *verb. ius congrui fol.* 321. *col.* 1. *& in verb. Clericus tom.* 1. Alijq; apud allegatos, ex quibus habetur etiam, quid sit dicendum de hoc extra Diocesim Neapolis, & in terminis *const. Regni, incipien. sancimus, de iur. protbomis* prout nos alibi eandem dispungemus difficultatē.
65 Hinc tamen miror valdè, quamobrē eadem ratione seruandæ æqualitatis, nō denegetur à Sacro Consilio interesse tertiarum Ecclesiasticis, qui ad illud soluendum Laicos in ipso S. C. conueniunt, vbi conceditur hoc interesse tertiarum, vt post *Præs. de Franch. decis.* 254. communiter testantur omnes Pragmatici, quos recenset *D. de Luc. in obser. num.* 2. Quandoquidem constat, in Foris Eccle-
66 siasticis, vbi à Laicis conueniuntur Ecclesiastici, non solùm interesse tertiarū non admitti, sed minimè audiri talem Laicorum petitionem, quæ in illis Tribunalibus vsuraria reputatur, vt est cunctis notorium, & fatetur post *Cenc. de cens. in decis.* 379. *n.* 14. *Dom. de Luca, in tract. de credit. & debit. discurs.* 112. *n.* 9. *& in tract. de vsur. discurs.* 17. *n.* 7. vbi
67 alios congerit. Esset ergò magna inæqualitas, atq; adeò iniquitas, Laicos cogi posse ad soluendum illud idem, ad quod soluendum ab eorum Iudice Ecclesiastico Clerici non possunt obligari.
68 Nec obstare possunt decisiones hactenus factæ, nequè, quod in Foro Laicali seruandæ sint leges Laicales: Nàm vtrāque oppositionem optimè refellit *Præs.*
69 *de Franch. cit. decis.* 285. *in fin.* nēpè, quod illæ decisiones super iure congrui emanauerint, non facta discussione Ritus Archiepiscopalis Curiæ, denegantis ius cōgrui Laicis contrà Clericos; & quod leges Laicales non sint seruandæ in Foro

Lai-

Laicali,quando non seruantur in Eccle-
siastico,ne sequatur inęqualis legũ ob-
70 seruantia.Ità nobis profectò dicere fas
erit,decisiones nimirum vsq;adhuc ema-
natas pro hoc interesse ad fauorem Ec-
clesiasticorum , processisse ex eo, quia
articulùs iste non fuit discussus,neq;fuit
consideratum,quod idem interesse ter-
71 tiarum denegatur in ForoEcclesiastico;
Hoc autem si rectè perpendatur , non
erit consultò seruanda opinio , conce-
dẽs hoc interesse in nostro S.C.ad fauo-
rem Clericorum,dum non seruatur in
72 Foro Ecclesiastico in damnum eorum.
Et ex his ità iudicarẽ cõuictus ineluctа-
bili illa ratione seruandæ æqualitatis,&
duplici prædicto exemplo, iuris cõgrui,
& dispositionis bonorum antiquorum,
73 vt suprà *n.58.* Lex enim æqualis esse
debet,*d.cap.erit.autẽ lex,4.distinct.l.fin.*
C.de fruct.& lit.expens. Ricc. decis. Cur.
*Archiep.par.3.decis.*180. & maximè in
74 iudicijs semper est seruanda æqualitas,
cap.non licèt,de reg.iur.in 6.d.l.non debet
actori,ff.eod.tit. & cap. 2. de mut. petit.
75 Quemadmodùm eisdẽ exemplis,& pre-
sertim ista suffultus ratione seruandæ
æqualitatis,quando agitur de totali ob-
seruantia *Bullæ Pij.V.* in Foro Ecclesia-
76 stico contrà Laicum circà censuales cõ-
tractus,ità etiam in Sacro Consilio idẽ
fore obseruandum contrà Clericum,in-
dubitantèr censeo, quamuis ibi Bulla
prædicta *Pij V.*non sit recepta: Id nam-
què præsumitur , tantùm procedere fa-
uore Laicorum,non verò Ecclesiastica-
rum personarum,quæ,vt tales,huic Bul-
læ vbiquè subijciuntur.
77 Sed post calami lapsum,ad suprapo-
sitam conclusionẽ *n.59.& 60.*redientes,
clarè perspicimus,illam communiter se-
ctari,strenuèq; tueri pro Clericis circà
fœminarum exclusionem , stante simili
statuto,feminas scilicèt propter mascu-
los excludente *Bald.Abb. Natt. Castr.*
*Socc.Dec.*cum alijs multis , quos longa
serie cougerit *Thes.in lib.2.quest.forens.*
*quæst.1.n.3.& 10.*vbi ità se iudicasse te-
78 statur,ea ratione,quia quoties fœminæ
sunt per Statutum exclusæ, & dicuntur
ex hoc inhabiles ad succedendum pro-
pter masculorum existentiam, tunc sinè
masculus sit Laicus , siuè sit Clericus,
nullum ius in successione habere pos-
sunt,& considerantur,ac si in rerum na-
tura nunquam extitissent , vt arguit
Riminald.sen.in consil. 268. n.10. & ob-
seruat etiam *Minsynger. centur. 3.obser.*
26.n.2. Grabiel. Sarayna in addit.ad si-
gn.Rom.446.& Macthesil.singul. 110.
*sub n.17.*qui similiter ità iudicatum re-
79 fert in casu statuti,similis nostræ Con-
suetudini in Ciuitate Veronæ,cuius de-
cisionis pariter meminit *Camill. Salern.*
in proem.Carol.§.Præfatis autem.fol. 24.
in addit.incip.pro cõclusione;Eodem mo-
do scripserunt,*Caldas à Pereyra in tra-*
ct.de nominat.emphyt.quæst.16.num.28.
vers.vlterius ampliãda lex nostra,Crass.
de effect.Cler.effect.2.à n.274. & seq.nu.
*277.*vbi hanc veriorem, & magis com-
munem sententiam esse dicit, & in spe-
cie deClerico sororẽ excludere volente,
vt in eo sit semper attendenda statuti
dispositio,*ibidem* pluriès reperit.
80 Et in puris terminis nostrarum Con-
suetudinum ità paritèr scripserunt, &
signanter in *Consuetud.pralad. Martial.*
fol.mihi 69.Frecc. ibid.fol. 70.lit. D.Ca-
put.cit.§.3.n.14.P. Molfes.d. quæst.7.nu.
24.&part.4.de success.ab intest.quæst.65.
à n.54.cum seqq. Cirtac. Niger. controu.
476. Lap. allegat. 101. quos cum non-
nullis refert *Consil.Hodiern.in cap.7.Cõ-*
*tr.forens.n.64.*ibiq;illam reijcit opinio-
nem,scilicèt quod Ecclesiastici non nisi
ex Iuris communis dispositione,non au-
tem de Iure Consuetudinario,succedere
possint,& contrarium defendit,etiam vi-
gore *Constit.Regni*,exordientis *in aliqui-*
bus,cuius attenta dispositione,Clericus
propter sexum excludere debet Soro-
rem à defuncti patris successione, vt fir-
mat *Afflict.in d.constitu.n.59.*& pro ab-
soluto admittit *Præs.de Franch.in decis.*
81 *667.n.5.*vbi ità decisum refert, nulla
alia quidem ratione, nisi, quia potentiã
succedendi , excludendo fœminam , ab
initio suæ natiuitatis recepit, vt etiam
asserit *D.R.Consil. D. Erasmus de Pont.*

integerrimus olim Aulæ Præfectus, & Reges Regiã Cancell. electus, penès *D. R. de Marin. in alleg.* 114. *diuer. Iurisc. tom.* 3. *Marott. disput.* 19. *& Dom. Consil. Rocc. respons.* 28. *lib.* 2.

82 Vnicus verò, & singularis inter nostros Consuetudinistas reperitur *Consil. Prouenzal.* qui omninò contrariam substinet sententiam, Clericos scilicèt, siuè cęteros Ecclesiasticos non comprehendi appellatione agnatorum, & cognatorũ; & propterea fœminas excludere nõ posse à defuncti successione ab intestato, vigore Consuetudinis huius Ciuitatis, *in sua obseruat.* 21. *ad Consuetud. Si quis, vel*
83 *si qua, à n.* 16. illamq; probare, ac tueri conatur: Primò ex *tex. in cap. quod. Clericis*, in quo omnes *Canon. de for. compet.* ibi enim Sũmus Pontifex statuit, vt causæ Clericorum, iuxtà Iurium dispositionem, nec secundùm Laicorum Consuetudines terminentur: Secundò authori-
84 tate *Napodani in ead. Consuetud. Si quis, vel si qua, verb. proximiores, lo secondo, vers. & permissa n.* 255. ibi *Religiosi habentes proprium videntur succedere de iure commune, non de iure Cõsuetudinum, quæ locum habere non possunt in Ecclesijs, & Ecclesiasticis personis*; & demum *D. Præs. de Franch. decis.* 411. *circà fin. vers. item posset decidi quæstio*, vbi incidenter asserit, quod ratione æqualitatis seruandæ, Clericus ad successiones concurrere debeat, attenta tantùm Iuris communis dispositione.

85 Nec ponderata per dictum *Authorẽ* nostræ aduersantur opinioni. Principalitèr quia, quod Clericorum, & Ecclesiasticorum causæ terminati debeant secundùm Iura, nõ sequitur ex hoc, quod illi vti non possint Laicorum Statutis, & Cõsuetudinibus, signãter fauorabilibus;
86 cum communis sit ferè omnium DD. assertio, Clericos, & Ecclesiasticas personas, veluti cæteros Ciues, posse Laicalibus Statutis eis fauorabilibus liberè vti, viciſsimq; municipaliũ legum benefi-
87 cio ad libitum potiri: Idq; præsertim vbi patria lex, vel Consuetudo non sit contrà legem, siuè aliquam Canonicam Sanctionem, nec cõtrà Ecclesiasticam libertatem, sed bonum publicum tantùm respiciat, ac pro familiatum decore, antiquorumuè bonorum conseruatione inducta reperiatur; ità obseruat *Bald. in l. cunctos populos n.* 10. *versic. sed hic vlterius quæritur col.* 6. *C. de Summ. Trinit. & Fid. Cathol. Abb. in d. cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ n.* 25. vbi etiam *Falin. n.* 80. *de consit. Lup. alleg.* 100. *Surd. cons.* 560. *nu.* 13. *vol.* 4. *Tiraquell. de primog. quæst.* 44. *n.* 8. *Alex. consil.* 211. *n.* 2. Clerici namq;
88 Ciues dicuntur quòad omnia, quæ cernunt eorum beneficium, quamuis è cõtrà Laici non valeant huiusmodi Consuetudinibus, & Statutis aduersùs Clericos vti, *Squillant. de priuil. Clerie. cap.* 7. *Brun. de stat. quod exist. Masc. & c. quæst.* 11. *art.* 6. *in princ. Crass. effect.* 1. *Cleric. n.*
89 205. 414. *&* 500. Et hoc à nobis practicatur in dies circà liquidationem instrumentorum vigore *Rituum M. C. V.* & *Regiarum Pragm.* quibus Statutis, disponẽtibus circà paratam executionem instrumentorum, & apocarum Banci, hìc vtitur etiam Clericus contrà Laicum, quãuis non è contrà, vt benè notat *Marant. dispu.* 8. *sub n.* 14. *Præs. de Franch. decis.* 285. *n.* 5. cum alijs Regnicolis, quos longa serie cõgerunt *P. Molfes. d. quæst.* 7. *n.* 41. eruditiſsimus *D. Consil D. Carol. Preta in eius comment. super Rit. M. C. V. rit.* 164. *à n.* 114. *cum seq. & idẽ D. Consil. Prouenzal. loc. proximè cit. n.* 9. vbi di-
90 cit pasim practicari, Clericos, & Ecclesiasticos admitti ad vsum Statutorum fauorabilium; Nec huic obseruantiæ aliquid in contrarium tradit ad profligandam hanc communisſimam, ac canonizatam DD. sententiam, vt Clerici, prout etiam Laici, in succesſionibus ab intestaro, statuto masculos admittente ex-
91 clusis fœminis, vtantur. Quemadmodùm etiam pro Clericis expresè scripserunt, eos nimirum posse vti nostris Consuetudinibus in fauorabilibus *P. Molfes. in consil.* 27. *à n.* 21. *cum seqq. Io: Angel. Pisanell. in addit. ad Napod. in proæmio Caroli, §. præfatis fol.* 24. *lit. C. in apostil. incip. concludit, &c.* atq; ità fuisse iudicatũ

in

in S.C.se referéte testatur *Consil.de Bottis in sæpè allega.Consuetud.Si quis,vel si qua,fol.mihi* 148.*in apostill.incipien. in causa Fratris. Io: Baptistæ*, & idem decisum refert *Thor. tom.* 1. *compend.verb. Consuetudines,fol.mihi* 116.

92 Secundò, quia minimè obstant Do-
ctores in contrarium adducti ab eodem
*Prouẽzal.loc.cit.sub.n.*20.Nam,si loqua-
tur de *Caputo*, ille prorsus communio-
rem, ac Clericis fauorabilem sectatur
opinionem,vt nostratum omnes consi-
derant;Si de *Montan.in contr.*11.*n.*3. &
ab illo articulus iste non discutitur, sed
Napodan. dumtaxat alia occasione re-
93 fertur;Si verò de *D.Præs.de Franch de-
cis.*agatur,vbi habetur, quod ideò fra-
tres Clerici excludere non possunt soro-
res à beneficio Consuetudinum, ex eo
quia semper attendi debet æqualitas;
nàm Clericus disponendo non tenetur
fratres instituere in cõsuetudinaria me-
dietate,& propterea idem videtur Lai-
co permissum,ratione istius æqualitatis
seruandæ: & illi respondetur, ex hoc tã-
tùm inferri posse,Laicum scilicèt testã-
do,nec etiam teneri,ob ęqualitatem ser-
uandam, proximioribus Clericis dictã
bonorum medietatem relinquere; non
autem sequitur,Clericos in successioni-
bus ab intestato Sorores excludere non
94 posse.Eadem enim ratio ęqualitatis ser-
uandæ suffragatur Clericis; nam sicuti
ad eorum intestatã successionẽ admit-
tuntur Laici secundùm Ius consuetu-
dinarium,vt insinuat ipse *Prouenzal. in
præced.obser.*20.& omnes communiter,
ità quoquè iuxtà eiusdem Consuetudi-
nis dispositionem benè poterũt ipsi Cle-
95 rici Laico intestato succedere.Si *Napo-
dani* deniquè authoritas perpendatur in
præcit. Consuetud. n. 255. & ibi tantùm
Napodan. discurrit de modo,quo Reli-
giosi professi in monasterio capaci con-
currant ad proximioris successionem
ab intestato, & de Clericis haud loqui-
tur; nam diuersa militat regula, nec ea-
dem est ratio in Clericis, quam in regu-
laribus,& Religiosis,qui licèt alijs non
existentibus proximioribus masculis,fa-
uore quorũ renunciauerunt, ad intesta-
tas admittantur successiones; tamen nõ
dispositione Consuetudinis,vel Statuti,
sed de Iure communi succedũt,& sic vnà
simul cum sororibus,ac cæteris sororum
descẽdentibus;quod in Clericis,vt enũ-
ciata prorsùs seruetur æqualitas proce-
dere non potest. Altèr,quando ità non
96 esset *Napodan.*sibi contrarius videretur
in Consuetudinum explicatione, dum
contrarium tenet *in proœm. Consuetud.
§. vt igitur n.* 222. *& §.præfato,* cum
*Addent.ibid.*prout etiã concludit *Mart.
de success.par.*1.*quæst.*14.*art.*1.*sub n.*41.
quod in *Napodano* quis vnquam exper-
tus fuit?

97 Et hæc vltima responsio ad tradita
per *D.Consil.Prouenzal.loc.cit.*nuncupa-
ri quidem debet nostræ cõclusionis pri-
ma limitatio,circa fœminarum exclusio-
nem Clericis existentibus;Quoniam illa
eo tantùm casu locum sibi vindicat,quo
soli Clerici ad intestatam Laicorum
successionem concurrunt; Verùm si ad
successionem intestati concurrere vel-
lent Religiosi, professi in Monasterio
capaci in communi, secùs procederet;
nàm sanè præfata successionis æquali-
tas tunc prorsùs cessaret,& per conse-
quens illi tantùm de Iure communi ad
98 defuncti hereditatẽ admitterentur,sicq;
fœminis, siuè ipsarum descendentibus
nõ exclusis,sed pro æquali parte,& por-
tione omninò inclusis,ità *Napodan.in d.
Consuetud. Si quis, vel si qua, cit. n.*256.
ibi:*Et pręmissa videlicèt, quod Religiosi,
habentes proprium succedere possunt,
videntur succedere de iure communi,
non de iure legis consuetudinariæ,quæ lo-
cum habere non potest in Ecclesijs, & Ec-
99 clesiasticis personis.*Si ergò succedit Mo-
nachus iuxtà disposita Per Ius commu-
ne Romanorum,& nõ seruata forma no-
strarum Consuetudinum, meritò fœmi-
nas excludere non potest, sicuti Cleri-
cus in successionibus ab intestato, sed
ambo æqualiter succedere debent, tàm
Monasterium ex persona professi,quàm
fœmina proximior agnata,siuè in æqua-
li gradu coniuncta cum Monacho.

100 Ratio enim diuersitatis ea est inter Clericum,& Religiosum, quia successio (prout hic pluries, & alibi repetitũ est) reciproca esse debet, vt scilicèt cui ego succèdo,ipse, & mihi succedat,*d.l.nam & si parentibus,ff.de inoffic.testam.*Vndè
101 quemadmodùm Clericis potest succedi ab intestato per Laicos virtute Cõsuetudinis,ità etiam viceuersa ipsis Laicis Clerici succedere possunt, quæ reciprocatio in Religiosis professis haud datur,Ipsis namq;non condito testamẽto antè professionem, per Laicos nunquam succeditur,ex quò ingredientium
102 bona totaliter Monasterio acquiruntur,nec amplius ad proximiores redeũt, etiam secundùm Consuetudines huius Ciuitatis, vt ait *Napod. in Consuetud. Si moriatur,in verb.moriatur,n. 9. vers.sed quid si ingrediens,fol.mihi* 77.quem etiã allegant *Præs.de Franch.in decis.* 40.vbi sic per S.C.decisum refert,& *Consil de Georg.allegat.30.n.23.par.*1.post *Capyc. d.decis.98.circà fin.* Idcircò æquum est, vt quando Monasterium ex persona monachi ad intestatum defuncti hereditatẽ concurrit,de Iure communi tantùm admittatur.
103 Eademq;secundò limitatur conclusio,quotiès defuncto succedatur per testamentariam dispositionem;tunc enim fæmina,quæ reperitur morientis vniuersalis hæres, vti extranea persona, eius fratrem Clericum,siuè Ecclesiasticum,à testatore non vocatam in testamento, omninò excludit , ea paritèr ratione
104 æqualitatis seruandæ, nimirum quod sicuti Clericus,vt diximus,actiuè nostris Consuetudinibus non ligatur,ac proindè potest in sua vltima dispositione parum, vel nihil de bonis antiquis suis proximioribus ad libitũ relinquere,ità & Laicus relinquere non tenetur etiam agnatis, vel cognatis Ecclesiasticis prędictorum bonorum Consuetudinariam medietatem, & sic passiuè nec Clerici Consuetudinibus subiacent,& eorũ beneficijs nequaquam frui debent , prout
105 receptissima est nostratum sententia; Nàm iustum est, quod qui particulari Statuto ad sui beneficium vti vult,illud etiam contrà se pati debeat, *Bald.in l. de quibus n.26.ff. de legib. & l. omni innouatione,C.de Sacros.Eccles.*Cum igitur
106 è contrà Ecclesiasticæ personæ nostrarum Consuetudinum dispositionem nõ patiantur,illis pariter æquum est,vt in eorum fauorem vti non possint,*Crass.de effect. Cleric eff.2.n.326. Surd. decis.20. n.3.*vbi *Consil.Hodiern.in addit. & in d. contr. 7.n.* 50. Et quamuis anteà quòad
107 hoc variæ fuerint DD.opiniones,prout demonstrare curauit *D. Altimar. in obser.44.ad consil. Dom.Reg. Rouit lib.*1. signantèr opinio *P. Molfes. in tit. par.*2. *tit.de personis quæst.7.à n.*24. *&* 55. qui
108 conatur distinctionem afferre intèr lineam descendentium,& collateralium; Nihilominus hodiè in vtroquè casu , vt *Molfes.* cõsiderauit,ea ratione,quia nulla disparitas assignari potest, quando adsunt filij,vel quando supersunt agnati Clerici(nam ità debetur medietas filijs, ac alijs collateralibus) indubitantèr omnes concludunt,Ecclesiasticos non posse testantium voluntates infringere quòad medietatem debitam vigore Cõsuetudinum , nisi in quantum Ius commune permittit,siuè alij agnati Sęculares, siuè extranei hæredes instituti re-
109 periantur,vt decisum fuit in S.C.iunctis Dominis triumAularum.ad relationem tunc Reg.Consil.Io:Baptista Valẽzuola, teste *Lel. Caput. in Consuetud.Si moriatur in d.§.3.prælud.tit de person. n. 23.in fin.*& sequuntur *Montan. d.contr.* 11.*n.2.D.R.de Marin.tom.1.resol.d.cap.* 55.*n.20.in fin.& tom.3.alleg.diuers.cap.*
110 114.*n.*23.quæ decisio ortum habuit in gradu reclamationis,& fuit reuocatoria alterius sententiæ,prolatæ in prima instantia,quam compilauit *Dom.Præs.de Franch.in supracit.decis.* 667.cuius meminerunt etiã idem *Molfes. tom. 2.cons.* 25.*D.de Luc.in addit.ad d. decis.667.de Frãch.Bottilier.de success.ab intest. theor.* 12.*n.4.& D. R.Capyc. Latr. consult.* 85. *n.*37.Et hęc sint satis dicta circà Ecclesiasticos;qui proximiorum dispositiones quòad Cõsuetudinariam bonorum medieta-

dietatem in hac Ciuitate frustra infringere pretendunt.

111 Verùm his preactis, ac solutis iam felicitèr propositis omnibus in hac Controuersia difficultatibus, nobis quærere nunc tantùm occurit, sicut anteà promisimus; An in casu, quo defuncti testamētum per proximiorem Laicum infringeretur respectu medietatis antiquorum bonorum, sibi vigore Consuetudinis debitæ, possit etiam Clericus, vel qualibet alia Ecclesiastica persona ad hanc medietatem concurrere (quatenus ista occasione aperiretur ei ad succedendū aditus) & vnà simul cum Laico prædicto in æquali gradu coniuncto succedere, etsi alitèr ille, quoties solus reperiretur, præfatam dispositionem, vt demonstrauimus, impugnare nullatenùs posset?

112 Et cum non sit minor huius, quàm præcedentium dissentionū labor, & vtilitas; Consistit enim omnis difficultatis cardo circà exclusionem Clerici, qui, stāte proximioris defuncti dispositione, omninò censetur à qualibet successione exclusus. Idcircò, vt præsentis quæstionis appareat vis, eiusquè veritas magis elucescat, quæ pro vtraq; parte ponderari possent, patefacere, nō incongruum videtur. Posteà verò, quòad valemus, Clericum, vel quemlibet aliam Ecclesiasticam personam, ad enunciatam medietatem concurrere benè posse, vnà cū Laico in æquali gradu coniuncto, ac testatoris dispositionem infringente, optimis Iuribus suadere conabimur.

113 Prima autem facie, quod contrà Ecclesiasticos respondendum prorsùs videatur, nimis apertè colligitur. Primò ex traditis suprà *n.*58. ibi, namquè habetur, Clericum posse nostrarum Consuetudinum beneficio vti, quoties de causa intestati agitur; tamen secundùm nostratū placitum, & iuxtà Prudentum Regni interpretationem, in casu testamenti dicitur penitùs inhabilis ad succedendum, quoties testator ipsum in vltima sua dispositione præterijt, sicut ipsemet Clericus ad libitum disponendo etiam priuare potest hac consuetudinaria successione illos, qui aliàs essent ad succedendū habiles, propter æqualitatem seruandā, vt ibidem plenè insinuauimus.

114 Secundò, quia quòad Clericos, ac cęteros Ecclesiasticos attinet, omnes sciūt, semper esse tale, quod est tale; ergò siuè Clericus concurrat per se, siuè concurrat cum Laico ad prædictam antiquorū bonorum medietatem, semper Clericus, & Ecclesiasticus dicitur; Sed quia, vt talis repellitur à proximioris successione, qui de omnibus bonis liberè disposuit; Consequenter etiam, si cum Laico concurrat, quatenùs semper talis, à successionis spe semper exclusus remanet.

115 Tertiò, quia si de collaterali lineà loquimur, certum est, quod in personis Ecclesiasticis, vt suprà annotauimus, Ius tantùm commune, non verò Ius nostrum municipale attēditur, vt habetur ex *Napodano*, & alijs cum eo concordantibus; At Iure communi attento, frater non

116 succedit alteri fratri, nisi ab intestato, cum non possit fraternum testamentum impugnare, nisi quando turpis persona in eo instituta reperitur, ex *vulg. tex. in l. fratres, C. de inoffic. testam.* Igitur collateralis Ecclesiasticus, qui hoc iure cōmuni vtitur etiam in hac Ciuitate, succedere quidem potest collaterali ab intestato morienti, non autem si ille testamentum fecerit.

117 Quartò confirmatur hoc idem, quia proximior Laicus, qui aduersùs defuncti dispositionem venit, etiam si velit, operari non posse videtur, quin Clericus insimul cum eo concurrat, cum existentia vnius personæ habilis non effi-

118 ciat alteram paritèr habilem. Esset enim mirum opus, vt inhabilis cum habili adiunctus, qualitatem, & essentiam mutaret; Quinimò esset dicere, quod truncum adiunctum virenti arbori, desineret ab esse trunci, & de viridi participaret, & sic de similibus, sicuti etiam lippis, & tonsoribus patet, iuxta prouerbium *Horat. lib. 1. sat. 7. omnibus, & lip-*

119 *pis notum, & tonsoribus*, quod frustrà quis capit per alium, quod de per se capere nequit, *vulg. l. nequè per se 10. C. de hered.*

hæred. instit. & arguitur ex *text. in cap. quod alicui, de reg. iur.*

120 Idq; demùm eò magis hac euidenti suadetur ratione, scilicèt quia in casu, quo adesset Laicus cũ Clerico in æquali gradu proximus defuncto, tunc sanè Laicus iste defuncti testamentum impugnaret, quatenùs in eo aliquis extraneus in õnibus bonis institutus reperiretur, non reseruata agnatis, & cognatis consueta bonorum antiquorum medietatem, secundùm Consuetudines Neapolis, & vinceret ex hoc institutum, qui in deficientiam prædicti proximioris Laici, vinceret Clericum, qui sicuti non ligatur Laicorum Statutis, ità nequè frui debet illorum beneficijs, attenta nostra communi obseruantia, ex decisis per S. C. vnione trium Aularum, vt dictum est *n. 109.* Ergò si Laicus vincit institutum vincentem Clericum, eo fortiùs ipsum Clericum debet vincere, ex vulgari regula *tex. in l. de accessionibus ff. de diuers. & tempor. præscript.* & *l. Claudius, ff. qui potior. in pignor. habent.*

121 Sed his præsuppositis, ac similibus minimè refragantibus, mox mihi liceat dicere, quod licèt sustineri posse censeam opinionem, quam retuli, vti solidissimis rationibus, optimisq; approbatã authoritatibus, attentis Statutis Italiæ, quibus Ecclesiastici nec actiuè, nec passiuè ligantur. Nihilominùs verius esse puto in terminis nostrarum Consuetudinum, Clericos, aliosuè Ecclesiasticos, tãquam comprehẽsos appellatione agnatorum, & cognatorũ, posse quidem succedere aduersùs proximioris testamentum, vnà cum Laicis in æquali gradu cõiunctis, per quos infringitur defuncti dispositio extraneorum fauore ordinata, vsquè ad integram bonorum antiquorum medietatem, eis vigore Consuetudinis debitam.

122 Et moueor primò authoritate *præcit. Consuetud.* exordientis, *Et si testator*, vbi Statutum comperitur, quod, *Si Testator filios, seù liberos, & descendentes in infinitum non habeat, potest de bonis paternis, maternis, & alijs ab agnatis, & cognatis sibi obuenientibus disponere iuxtà velle vsq; ad medietatem ipsorum bonorum: reliqua autem medietas perueniat ad proximiores agnatos, & cognatos, &c.* quibus ex verbis istorum agnatorum qualitas non distinguitur, àn nimirum illi debeãt

123 esse Clerici, vel nõ; Sed eos generaliter *tex.* vocat, ordine tamen successiuo, & proindè vti pares in gradu omnes paritèr admitti debẽt *l. si relinquere ff. de legit. tutor.*

124 Moueor secundò, quia quicquid sit de communi illa obseruantia, quod scilicèt Laicus proximior non valeat succedere Clerico vigore præfatæ *Consuetud. Et si testator*, taliter quod ità Clericus possit ad sui libitũ de bonis antiquis disponere, sicut & Laicus habens proximiorem Clericum potest iuxta propriæ voluntatis velle de bonis omnibus testari; aduertendum tamen est, hoc in prædicta Cõsuetudine sancitum non reperiri, sed ratione cuiusdam æqualitatis seruandæ practicari, prout colligitur ex decisionibus suprà traditis à *nu. 62. cum seqq.* Quę ratio seruandę æqualitatis, à Doctoribus ponderata, adaptari nõ potest in casu nostro, cum ille sit toto cęlo diuersus à currenti, ipsaq; ratio militet tantùm inter morientem Laicum, & Clericum, & è conuerso, vt consideranti patet; Non autem quando controuertitur inter consuccessores de hæreditate alterius, nàm tunc sola existentia vnius proximioris Laici, efficit, vt defunctus habeatur pro intestabili, saltem quòad bonorum antiquorum medietatem, seruata forma Consuetudinis, nihil in hoc

125 operando Clerici existentia. Et proindè, cum parum referat morienti, quod medietas consuetudinaria necessariò perueniat vni, perueniat duobus, tribus, vel quatuor proximioribus; applicari idcircò non debet in casu præsenti hæc Doctorũ conclusio, quę propter æqualitatem interClericum tantùm, & Laicum locum haberet, nec alijs existentibus agnatis Laicis, ac in eodem gradu coniunctis, qui aperirent quoquè viam Clerico, faciendo casum, & locum successionis

nis ab inteſtato pro illa portione à Cõ-
ſuetudinibus reſeruata.
126 Hinc moueor etiam tertiò, quia mor-
tuo teſtatore, qui ad ſui libitum diſpo-
ſuit, certũ eſt, quod ſuperexiſtẽte agna-
to laico, habili ad ſuccedendum vigore
Conſuetudinis, ſtatim medietas bonorũ
antiquorum, eiusdem Conſuetudinis
prouidẽtia fuit ſeparata ab eius hæredi-
tate, vt aduertit *Scipio Bucc. in d. Conſue-
tud. Et ſi teſtator, in addit. incip. circà hãc
Conſuetudinem, & in ſeq. addit. incip. An
talem medietatem*, cum alijs *ibid.* de qua
ſeparatione nec ſupradictus moriẽs, nec
eius hæres conqueri valet, dùm cauſa
illius non fuit Clericus, qui concurren-
227 do poſtcà cum Laico in eodem gradu
coniuncto nihil ex ſe agit; ſed tantùm
vtitur beneficio conſucceſſoris Laici, te-
ſtamentum impugnantis, & iſta occaſio-
ne partem facit pro ſe in ſucceſſione il-
lius portionis, quæ ei, propter Laici au-
xilium à Conſuetudine defertur, licèt
alitèr ipſe ſolus, ratione æqualitatis, vt
ſuprà, id facere nunquam potuiſſet. *tex.*
reperitur ad propoſitum *in l. ſi poſt mor-
tem, §. fin.* vbi videndus eſt *Bartol. ff. de
bonor. poſſ. contrà tab.* per quem *tex.* ex
alterius perſona alter commodum con-
ſequitur, nàm fruitur inſtitutus benefi-
cio præteriti, & habet bonorum poſſeſ-
ſionem contrà tabulas, vtiturquè ad ſui
commodum teſtamento per alium con-
tratabulato.
128 Qui *tex.* in *d. l. ſi poſt mortem*, §. verò
liberi, quamuis prima facie allegari
poſſe, videatur, etiam cõtrà hactenus fir-
matum aſſumptum fauore Eccleſiaſti-
corum, cum ibi hæc verba antecedenter
legantur, nempè: *liberi, qui ad bonorum
poſſeſſionem venire non poſſunt, nec partẽ
faciunt, ſi per alios committatur edictum.*
Et paulò poſt ibi: *Exhæredati liberi,
quemadmodum edictum non committunt,
ità nec commiſſo per alios edicto, cum illis
veniunt ad bonorum poſſeſſionem.* Nihilo-
minus meliùs conſideranti patet, hunc
tex. nihil contrà nos probare, quia lo-
quitur expreſsè de liberis iuſtè exhæ-
129 redatis; & quidem iuri, atq; rationi cõ-
ſentaneum eſt, vt ſi eorum culpa paterna
hęreditate priuari teſtamẽto meriti sũt,
nequè eo, per alios contratabulato, tali
hęreditate frui poſſint; nec aliter hìc *tex.*
eſt intelligendus, nè ſibi contrarius ſit
in ſequenti §. *fin. hi, qui propter alios*, vt
ſuprà diximus; ibi enim eleganter *Vul-
pianus* ſic ſcripſit: *Hi, qui propter alios
bonorum poſſeſſionem petunt, non expe-
ctant, vt præteriti bonorum poſſeſſionem
accipiãt; verum ipſi quoquè bonorum poſ-
ſeſſionem contrà tabulas petere poſſunt:* &
reddens rationem ità ſubdit: *Cum enim
ſemel beneficio aliorum ad id beneficium
fuerint admiſſi, iam non curant, petant illi
nec ne bonorum poſſeſſionem*, vbi in *gloſſ.
Azon.* explicans hæc verba, *hi, qui propter
alios*, ità inquit: *vt inſtitutus propter præ-
teritos; nam inſtituti eo ipſo, quod alij ſunt
præteriti, habent bonorum poſſeſſionem
contrà tabulas.*
130 Ità punctualitèr etiam eandem quæ-
ſtionem reſoluit *Lal.* Caput. vir quidem
egregiè doctus, teſtans aliquibus ex his
præſertim, & ſimilibus alijs rationibus
ſine difficultate procedere, *in Conſuetud.
prælud. d. §. 3. de perſonis, à n. 23. & 28.*
ibi. *Quando cum Clerico prætendente ſuc-
ceſſionẽ ab inteſtato ſunt alij Laici in eo-
dem gradu, & conſucceſſores vocati etiam
per Conſuetudinẽ, quo caſu prædicti Lai-
ci faciunt caſum, & locum ſucceſſionis ab
inteſtato, pro illa portione à Conſuetudine
reſeruata; quando ſcilicèt quis facit teſta-
mẽtum, vel aliter diſponit, intelligas, nam
pro illis partibus inteſtatę ſucceſſioni fit lo-
cus, & hoc modo nihil Clericus facit, ſed
vtitur beneficio alterius conſucceſſoris Lai-
ci, &c. Imò potiùs dicitur, quod Clericus
ſimpliciter facit partem in ſucceſſione il-
lius portionis, quæ ei beneficio Laici ex
diſpoſitione Cõſuetudinis defertur.* Et ibi-
dem pro veritatis fulgore hanc limitat
concluſionem *n. 27.* in eo tantùm caſu,
quo adeſſet ſolus Clericus, non habens
131 actionem ad faciendum diſponentem
inteſtatum, ea præſertim ratione, vt ſer-
uetur ſcilicèt æqualitas inter Laicos, &
Clericos; Nã quis, vt inteſtatus decedat
pro portione debita vigore Conſuetu-

dinis, oportet, quod adsit coniunctus Laicus, cuius existētia operatur, vt quòad illam moriens habeatur pro intesta-
132 bili, licèt *Marāt. in quæst.* 8. *n.* 24. contrarium teneat, nempè Clericos non ligari, & viceuersa posse vti beneficio Consuetudinis; tamen, quia ad hoc allegat *Abb. in cap. constitutus, extrà de restit. in integr.* qui hæc non dicit; idcircò reprobatur per *Oliu. in ritu Archiep.* 22. *n.* 8. & 10. ex rationibus per eundem *Caput.* reportatis.

133 Pro eadem opinione consuluit, & fauorabili S. C. decisione victoriam reportauit doctissimus *D. Consil. Frãc. Rocc.* vt habetur in eius *respons.* 28. *tom.* 2. vbi *n.* 20. & 21. sic ratiocinatur: *Quando defuncto agnato cum testamento, sunt superstites proximiores Laici, & Ecclesiastici, quibus nil relictum fuit in testamento, agnatus laicus impugnat testamentum respectu bonorum antiquorum, in quibus intestatus remansit defunctus: tunc Clericus, vel Ecclesiasticus, licèt nihil per se faciat, vtitur tamen beneficio alterius successoris laici, & facit partem in successione illius portionis, quæ ei, Laici beneficio, ex Consuetudine defertur. Prout in casu nostro, Olympia Capycia Soror Laica, quæ impugnauit testamentum Marchionis Mansi, & petijt bona antiqua, aperuit quoque viam Isabellæ Capyciæ Monali, Sorori vtrinquè coniunctæ dictæ Olimpiæ, vt faceret partem in dictis bonis antiquis.*

Idem, relatis Caputo, & Rocco, *loc. cit.* nouissimè tenet *Dom. de Luca ad Frãch. decis.* 411. *n.* 10. & nisi fallor, antè omnes in ijsdem terminis nostrarum municipalium legum, ità docuit *Cardin. Zabarella, cons.* 144. *in fin. versic. item, vt prædixi. Mart. de success. legali, par.* 3. *quæst.* 3. *art.* 2. *nu.* 3. & substinuit semper recolendæ memoriæ *Dom. D. Erasmus de Pont.* in quadam eius *alleg.* inserta inter *diuers. alleg. Dom. Reg. de Marin. quæ est* 114. *num.* 33.

134 Adduci similiter possunt ad cōfirmationem huius sententiæ *Pres. de Franch. alleg. decis.* 411. *n.* 5. *versic. est alius casus,* † & *dec.* 667. vbi in causa Portię Mirtę, quę decessit, duobus filijs superstitibus, altero masculo scilicèt Fratre Io: Baptista de Auditorio, professo in Religione Seruorum S. Marię de Partu; altera fœmina, nimirùm Beatrice, quam testatrix hæredem instituit, motaq; ex hoc lite à Monasterio prędicto ex persona dicti Fratris Io: Baptistæ contrà Matris testamentum pro debita portione vigore Consuetudinis Neapolis, determinatum per S. C. iunctis Aulis reperitur die 28. Septembris, anno 1573. fauore Monasterij, deducta tamen decima dotis parte, de qua liberè Mater ipsa testatrix disponere poterat, vt refert etiam *P. Molfes. in suo comment. ad Consuetud. Neapol. d. quæst.* 7. *in par.* 2. *n.* 39. & 40. & *in eius cons.* 27.
135 cum alijs multis suprà adductis. Quæ decantata decisio, quamuis fuisset per idē Sac. Consilium posteà reuocata, iunctis tribus Aulis, in causa reclamationis anno 1614. referente doctissimo Dom. Consil. Io: Baptista Valenzuola Valasquez, meritissimo postmodum Regente; Nō miraris tamē, nam meliùs perscrutato articulo, ex ea potissimùm ratione S. C. diuersimodè iudicauit, quia solus ipse frater Ioannes Baptista testamentū impugnare conabatur, nec aderat vltrà sororem institutam alter Laicus cum dicto Monaco, qui testamentum prædictū
136 infringere potuisset; Quemadmodùm euenit in casu nouitèr relato per *Dom. Consil. Franc. Rocc. in d. respons.* 28. *tom.* 2 vbi fatetur, in causa d. D. Olimpiæ Capyciæ, & D. Isabellæ Capyciæ professæ in Regali Monasterio Sanctæ Claræ, quę cum audiuisset, præfatam D. Olimpiam Capyciam Laicam, eiusq; sororem vtrinquè coniunctam fuisse admissam ad medietatem bonorum antiquorum quond. Illust. Marchionis Villæ Io: Baptistæ Manso, fratris communis dictarum, qui instituit vniuersalem hæredem Montem Nobilium de Mansi huius fidelissimæ Ciuitatis, moto iudicio contrà dictam D. Olympiam, obtinuit decretum præambuli in M. C. V. & deindè per S. C. cōfirmato decreto prædicto, fuit immissa per Dominum Delegatū in possessionem

nem

nem enunciatæ medietatis bouorum antiquorum pro æquali parte cum dicta D.Olympia eius sorore, vt legitur *n. 22.* ibi; *Per spectab. Reg. Casanat. delegatum fuit ordinatum, quod debitores correspondeant dicto Monasterio pro medietate; Et cum pars reclamasset, posteà auditis bis punctis ambæ partes se concordauerunt, & diuiserunt bona antiqua, recuperanda pro vna medietate Monasterio, & pro altera donatarijs D. Olympiæ.* Et ità deindè huiusmodi transactio fuit confirmata per DD. Reg. Consil Rocco, & Paulũ Iannettasiũ, vt patet ex actis *fol.* 461. quorum laudum per Reg. Coll. Consil. fuit etiàm executum, vt *fol.* 477. apud Barrilem à mandatis Scribam.

137 Ex his igitur habes, Amice Lector, tunc posse Clericum, vel quemlibet aliũ Ecclesiasticum ad morientis successionẽ concurrere, quòad Consuetudinariam medietatem contra ipsius testamentariã dispositionem, quando nimirum adest Laicus in æquali gradu coniunctus, cui testamentum infringere pro hac portione permittitur, aliter secùs, vt anteà ex nostratum interpretationibus enucleauimus. Nàm quando nullus Laicus, vocatus à Consuetudine, est à testatore præteritus: siuè si nullus adsit Laicus, cũ quo concurrere posset Clericus, vel si adsit, sit institutus; his, inquam, casibus minimè instingi potest testamentum, & aperiri quòad medietatem bonorum antiquorum Consuetudinaria successio ab intestato soli proximiori Clerico, cui hoc facere interdicitur.

Et prædicta quamuis sufficerent etiã ad quæstionis propositæ decisionem; Tamen, vt liquidiùs opinionem nostram in bono collocemus lumine, argumentis omnibus, quæ ex aduerso adduximus pro opinione Clericos excludente, etiã existentibus proximioribus Laicis, testamentum infringẽtibus, quæq; antecedentèr finximus, tãdem respondere, cõgruum nimis videtur.

138 Ptimò namquè obstare non potest ptimum ex ponderatis in contrarium, scilicèt quod Clerico tantùm permittatur in successionibus ab intestato, & non contrà defuncti testamentum venire vnà cum alijs proximioribus in æquali gradu coniunctis: ea principali ratione, quia defuncti dispositio, quando infringitur per proximiores agnatos, & cognatos vigore Consuetudinis, quòad bonorum antiquorum medietatem, in qua Ciuis Neapolitanus habetur pro intestabili, prout omnes ex nostratibus interpretati fuere, signanter *Napodan. in d. Consuetud. Et si testator n.* 26. certum est, quod isti proximiores ad illam tali casu ab intestato concurrunt; Vndè facilis videtur responsio, nàm si Clericus, prout anteà patefecimus, vnà simul cum alijs agnatis Laicis ad intestatam defuncti successionem admittitur; ità paritèr in casu, de quo hìc agitur, dùm ab intestato etiam succederet quòad istam medietatem cũ Laico, qui tantùm, & non ipse Clericus, propter æqualitatem seruandam, proximioris testamentum infringeret.

139 Eiusdem rationis vi ruit etiam secũda, & tertia oppositio, nam quamuis Clericus, siuè concurrat pro se, siuè cum Laico, sempet sit talis, & pro tali reputetur; Tamen ei tantùm interdicitur defuncti dispositionem respectù Consuetudinariæ medietatis infringere; Non autem vt talis repellitur à concursu cum alijs Laicis agnatis ad proximioris successionem pro illa portione, quæ vigore Consuetudinis ei debetur, & in qua ipse Clericus ab intestato, nec contrà testamentum succederet (prout malè præsupponitur) dùm Laicus tãtummodò quòad hanc antiquorum bonorum medietatem tali casu testamentum impugnaret, & non Clericus cum illo concurrens.

140 Nequè valet vlteriùs dicere, quod frustrà quis capit per alium, quod per se capere nequit; Inhabilitas etenim Clerici ad succedendum in medietate bonorum vigore Consuetudinis, quando agnatus de omnibus liberè disposuit, & ipsum prætetijt, prouenit ex eo nimirùm, quia istius defuncti testamẽtum ad hoc, vt æqualitas in successionibus seruetur, impugnare non potest, non verò quia

 Cle-

Clericus dicitur ad succedendū inhabi-
lis (prout supponitur) Et sic, si cum ipso
Clerico adessēt alij in ęquali gradu cō-
iuncti, quibus cōceditur liber aditus, ad
petendam medietatē, debitā virtute Cō-
suetudinis, & qui testatoris dispositionē
respectū huius medietatis nullā reddere
possūt, ei quidē tali casu aperiretur via
ad succedendum vnà cum prædictis, qui
141 tertium si nollēt agere, vel post testatoris
mortē dictę medietatis beneficio expres-
sè renunciarent, cōcludit *Lel. Caput. loc.*
proximè *cit. n.* 29. quod saltem isto casu
Clericus admitti deberet, etiam ad eius
portionem, ea fundamētali ratione, quia
nostrum municipale Ius, proximioribus
142 existentibus, vt suprà, & alibi pluries
insinuauimus, operatur morientis inte-
stabilitatem in illis portionibus debitis,
tàm pro bonorum antiquorum medie-
tate, quàm pro nouem partibus dotis,
stantibus liberis, itàut ipsius successio
quoàd illas semper deferatur iuxtà suc-
cessionē ab intestato, quę successio post-
143 quàm Iure Consuetudinario fuit dela-
ta, vnicuiquè ex proximioribus censetur
delata pro sua portione, & per conse-
quens ab vnoquoquè pro sua portione
adiri poterit, ex *l. delata, ff. de verb. si-*
144 *gnif.* Et propterea quicquid faciāt pro-
ximiores Laici adeundo, vel renuncian-
do, certè non possunt, nisi eorum portio-
nes tantum adire, vel repudiare, vti ha-
betur ex rationibus per eundem *Caput.*
cumulatis, qui eo casu limitari posse hāc
conclusionem, fatetur *n.* 30. quotiès Lai-
145 ci, quorum beneficio Clericus iuuari
dicitur, renunciarent dispositioni no-
strarum Consuetudinum, antequam fie-
ret casus successionis, & mortis illius, de
cuius hæreditate agitur; et sic pro eo,
quod ad ipsos attinet, darent potestatem
ipsi morienti liberè testandi; nam tunc
maxima cum ratione asserit, omninò ex-
cludendū fore Clericū; quia huiusmodi
casu in sola Clerici persona residere vi-
detur ius reddendi ipsum morientem
intestabilem pro Consuetudinaria por-
tione, quæ ad hoc esset inhabilis, ex su-
prà traditis *n.* 137. & iuxtà illam S. C.
decisionem, relatam à *D. Præs. de Franch.*
quæ fuit reuocata in causa reclamatio-
nis, ex quò solus Ecclesiasticus defuncti
testamentum impugnare curauit.

146 Dispungitur deniquè vltima obie-
ctio, quæ nobis fieri posset ex adductis
& ponderatis *n.* 120. quia sequuta testa-
toris morte, qui de omnibus disposuit,
non reseruata consueta bonorum anti-
quorum medietate, secundùm nostras
municipales Sactiones, laicis superstiti-
bus, in æquali gradu coniunctis ipsi de-
functo, & Clerico viuenti, statim effici-
tur ad succedendum habilis idem Cle-
ricus, vnà cum illis in dicta medietate,
de qua defunctus disponere non poterat,
& pro qua intestatum decessisse præsu-
mitur; Idcircò regula illa, nimirùm Lai-
cus si vincit institutum, vincentem Cle-
ricum, eò fortiùs debet vincere ipsum
Clericum, non militat in casu, de quo
hic loquimur, nàm hæres nunc non vin-
ceret Clericum, cui per Laicū aperiretur
via ad succedendum.

147 Verùm profligatis iam cunctis obie-
ctionibus, ac firmiter, euidenterq; fun-
data præsentis dissensionis conclusione,
quid posset dici, videndum solùm rema-
neret, euenientē casu, in quo moriens ex-
pressè non instituisset coniunctos Laicos
eius successores, sed simpliciter in testa-
mēto reliquisset proximioribus id, quod
ad illos spectaret de Iure Consuetudi-
nis, an scilicèt per istam generalem insti-
tutionem, tantùm Laici, qui testamētum
in casu prætetitionis infringere potuis-
sent, & non Clerici, hæredes instituti cē-
seantur, sicq; videatur testator, alio ex-
traneo vniuersali hærede instituto, re-
linquere voluisse portionē, debitam ip-
sis proximioribus Laicis ex prouisione
Consuetudinis, & non Clericis, ratione
æqualitatis seruandę, reciprocamuè pro-
148 pter successionē? At quia hæc quæstio
secundùm terminos eiusdem Iuris pa-
trij latissimè examinatur per *Caput. vbi*
suprà, à n. 33. ibi enim pro absoluto te-
statur, non solùm Clericum, sed etiam
forensem vnà cum Laicis, & Ciuibus
censeri tali casu generalitèr institutos,
ea

ea potissimùm ratione, quia nec ipse disponens, si ex hac institutione succedunt tantùm Laici, nec eius hæres aliquid vtilitatis acquirit. Nã sine præsumamus ex
149 generalibus istis verbis Laicos institutos, vel cum Laicis ipsos Clericos, semper tamen dicitur grauatus hæres, & testator quòad bona Consuetudinibus subiecta, & per consequens censetur, ipsũ dispofuisse eo modo, quo Consuetudo disponit, nempè, vt ad portionem reseruatam vocentur, secundùm regulam successionis ab intestato, proximiores tàm Laici, quàm Clerici in æquali tamẽ gradu cõiuncti. Ideóq; illius placito, perspicatique eius intellectui, alijs prorsùs prætermissis, me libenter submitto.
150 Sed tantùm pro principalis nostræ thesis coronide, vltimò annotare non omittam, quòd cum in primitijs præsẽtis meæ iuuentutis, dùm me forensibus altercationibus immiscere, ac in huius supremi Senatus Subsellis Aduocati munus exercere incipiebam, accidisset casus omninò consimilis præsenti controuersiæ, in causa vertente penès Dom. R. Consil. D. Michaelẽ Muscettula, in Aula integerrimi, ac semper recolendę memoriæ Dom. Consiliarij D. Erasmi de
† Ponte, inter Catherinam Nuuolo Pizzocariam, & Reuerendum D. Hieronymum Nuuolo, fratrem vtrinq; cõiunctũ, pretendẽtem succedere pro æquali parte, & portione in medietate, debita vigore Consuetudinis vnà simul cum dicta Catherina, quæ poterat infringere testamentum quond. Io: Baptistæ Nuuolo eorum patrui, vbi reperiebatur in omnibus vniuersalis hæres Venerabile Monasterium Sancti Agrippini huius Ciuitatis, me patrocinante ex parte dicti D. Hieronymi, V. I. D. Francisco Pace Aduocato dignissimo ex parte præfatæ Catherinæ, & V. I. D. nunc integerrimo Pręside Reg. Camerę, & anteà perspicuo Fisci Patrono Dom. Franc. Anton. Andreasso ex parte dicti Venerabilis Monasterij S. Agrippini, post nonnulla, quia labyrintea in hoc articulo insurrexit difficultas, ex eo nimirùm, quia foror, quæ testamentum prædictum impugnare poterat, saltem quòad Consuetudinariam medietatem, non solùm ad succedendum aperiebat viam eius fratri Clerico, sed faciendo pro illa portione defunctum intestatum, se ipsam prorsùs excludere videbatur (cum in successione ab intestato Clericus, vt anteà diffusè insinuauimus, nostris Consuetudinibus fruatur, & fœminas ex hoc excludat) tãdem ad trãsactionem deuenimus, vt patet ex actis in banca Actuarij Andreę de Martino, quà transactione partium iurgia penitus acquieuere.

Vndè, ne diutiùs in vasto quidem huius quęstionis Pelago immoremur, liceat nobis igitur, peracto iam prolixo calami cursu, ad littora hic tandem accedere, non vt metam nostro præscribamus itineri, sed vt ad non minoris momenti negotia, noua flagsantes gloria, pertranseamus.

CONTROVERSIA XXXIX.

Vtrùm remotior agnatus Laicus, non solùm fruatur iure impugnandi testamentum, quotiès defunctus testator, tam ipsum Laicum remotiorem, quàm Ecclesiasticum proximiorem præteriuit sed etiam vti possit iure consequendi integram bonorum antiquorum medietatem virtute Consuetudinis, exclusa penitùs persona præfati proximioris, tanquam Ecclesiastici?

SVMMARIVM.

1 R*Emotior in gradu, & sequens agnatus dũ admittatur, tàm ad impugnandum defuncti testamentum pro meditate Consuetudinaria, quàm ad eam consequendam, quando adest tan-*

tantùm proximior Ecclesiasticus, qui vt talis censetur omninò exclusus: an potiùs, impugnato testamento, & aperta via successionis ab intestato, Ecclesiasticus, vti proximior, remotiori Laico præferatur?

Et quod Laicus remotior non solùm habeat ius impugnandi defuncti dispositionem, quoàd Consuetudinariam medietatē; sed etiam ius eam consequendi, excluso proximiore, tanquam Ecclesiastico, cum Montano, & alijs hic firmiter substinetur.

Quamuis contrarium teneat, nõnullisq; probare conetur exemplis R. P. Ant. Rossi Soc. Iesu, vt n. 10. 11. 14. 15. & 16. Cuius subtilissimis quidem ponderationibus respondetur à n. 17. 18. 20. 21. & 22.

2 Successio debet esse aequalis, & reciproca.

3 Inhabilitas vnius habilitati alterius haud officit.

4 Agnati vocantur ordine successiuo; sicq; secundùm gradus proximitatem, etiam ex dispositione Consuetudinum.

5 Sequēs in gradu semper admittitur propter defectum, vel inhabilitatem proximioris, & n. 6.

10 Laudatur perspicacis Mineruæ admodum R. P. Anton. Rossi Soc. Iesu.

11 Creditor defuncti in actione personali tantùm, non potest agere contra tertios possessores.

Legatarius verò potest auocare bona à tertio virtute tacitæ hypothecæ, vt nu. seq.

12 Actio personalis contra tertium exerceri non potest.

13 Res, quæ possidebatur à tertio, si fuerit auocata per legatarium, virtute hypothecæ, an creditor defūcti in actione personali contra eum agere tunc possit? & n. 18.

15 Mater, quæ per pupillarem substitutionē erat omninò exclusa, an aperta via successionis ab intestato quoàd bonorū antiquorum medietatē per pupilli proximiores, illis postmodùm præferatur? & n. 21. 44. & 45. vbi negatiuè concluditur cōtra D. R. de Marin. qui per nos etiam latè oppugnatur contr. 4. 1. vol.

19 Res controuersa nequit pro ratione, aut paritate adduci.

23 Dom. Consil. Vincentij Raetani commendatur insignis virtus, & eruditio.

25 Ecclesiastici, nec actiuè, nec passiuè nostris subijciuntur Consuetudinibus.

26 Consuetud. Et si testator disposuit, quod medietas bonorum antiquorum perueniret ad proximiores agnatos, & cognatos ordine successiuo, & iuxtà successorium edictum, vt n. 27.

28 Proximior, si sit incapax, vel nolit succedere, sequens in gradu admittitur per successorium edictum, tam in successione ab intestato, quàm aduersus defuncti testamentum, vt n. 29.

30 Existētia proximioris, qui propter inhabilitatem succedere nequit, nō operatur, quin remotior succedat, etiam aduersus testamentum, & n. 32.

31 Paria sunt non extare, & non succedere.

33 Legum, & Consuetudinum, non tantùm verba, sed mens, & finis attendi debet.

34 Argumentum valet, cessāte legis ratione

35 Mens statuti, vocantis proximiores, duo includit, quorum vnum habet correspectiuitatem ad illud, nempè exclusionem remotioris propter existentiam proximioris, & è contra inclusionem illius propter alterius defectum.

36 Remotior me, si excludat eum, qui excludit me, an pariter debeat excludere me? Distinctione sopitur quæstio per Bart. vt n. 37.

38 Causa testati potētior est, quàm intestati.

39 Vincens vincentem te, multò fortiùs vincit te.

40 Tex. in l. 2. §. si sit consanguinea, & §. obijcitur in fin. ff. ad Tertull. germanus sensus expenditur, & n. 41.

42 Edictum successionium, non solùm in successione ab intestato, sed etiam contra testamentum admittitur, tàm de Iure communi, quàm consuetudinario, vt n. 43. nonnullis comprobatur exemplis.

46 Femina propter statutum exclusa, masculis existentibus, si masculus fuerit exhæredatus, non solùm admittitur, sed venire potest contrà defuncti testamentum. 50

49 *Argumenta* Dom. Reg. de Marin.*substinentis, Ecclesiasticum proximiorem præferri Laico remotiori, infringente defuncti dispositionem pro medietate consuetudinaria,diluuntur, & à n.51. 53.56.57.58.62.63.& tandem n.67.*

50 *Gradu præcedenti remoto, sequens admittitur secundùm* Consuetud. Neapol.

Idq; siuè remoueatur naturali, siuè ciuili morte,aut emancipatione, aut exhæredatione,vel quauis alia causa, vt n. seq.51.ostenditur.

52 *Æqualitas est seruanda, vbi diuersa ratio non militat.*

54 *Argumentum non valet à possibilitate ad actum.*

55 *Ratio specialis non debet trahi in argumentum,quia potiùs operatur argumētum in contrarium.*

64 *Proximioribus impugnantibus testatoris dispositionem vigore Consuetudinis,res non reducitur simpliciter ad causam intestati,& quare ìn.65.*

66 *Quis potest vti alterius beneficio, sed nō in exclusionem illius,& contra eum.*

68 Bartoli *doctrina in* l.1.§.si pater, ff.de coniung.cum emancip. lib. n. 2. *quomodo sit intelligenda,emxè perpenditur & n.70.cum seq.*

69 *Qui subrogatur loco exclusi, non subrogatur contra mentem legis, deferentis successionem ordine successiuo.*

71 *Duo non possunt esse domini insolidum.*

72 *Actus priuationis quando non est idem cum actu collationis, & actus priuationis assumit effectum, adita hæreditate; tunc sequens in gradu non impeditur venire per exclusum.*

73 *Actus exclusionis Clerici siuè cuiuslibet Ecclesiastici à Consuetudinaria medietate per alterius institutionem,sumit vires adita hæreditate, Et per hoc non debet impediri vlterior agnatus in auocatione præfatæ medietatis.*

74 *Milites Hierosolymitani etiam renunciare debent, ante quàm Religionem profiteātur,& seruata forma* S. C.T.

75 *Renunciatio hæreditatis maternæ, in bonis fratri à matre peruentis obstare nequit.*

76 *Testator,an de bonis,ei per proximiorem agnatū renunciatis,secundùm Consuetudinē testari debeat,si antiqua sint illa,vel ad libitum, & pro suæ voluntatis arbitrio,etiam, si adsint alij remotiores agnati, qui minimè renunciauerint,&* n.80.

77 *Clausula*,ad habendum,& disponendū, *in renunciatione apponi solita, operatur tantùm in dispositiuis,non autem in executiuis liberam disponendi facultatem; & quando est facta in beneficium illius,de cuius hæreditate agitur; secus aliter.*

78 *Pactum inter alios factum non immutat modum successionis inter agnatos.*

79 *Renunciatio facta à Monacho ob ingressum Religionis,est omnino realis,extinctiua,& abdicatiua.*

81 *Donatio inter viuos facta à parente filio, contemplatione matrimonij, titulo lucratiuo acquiritur, ideòq; non tollit vinculum* Consuetudinis, *quòad dispositionem bonorum ex tali donatione obuentorum.*

ARGVMENTVM.

Præcedenti notabilior, quinimò non minoris vtilitatis exponitur Controuersia,in materia nostrarum Consuetudinum: vtrùm,si aliquis decesserit, (extraneo instituto hærede vniuersali,& præteritis consanguineis, tàm proximioribus Clericis,vel Religiosis in communi capacibus,quàm remotioribus Laicis) possint tunc Laici,&si remotiores, aduersus institutum litem statim instituere, huiusmodi testamentum impugnantes,ad vendicandam cōsuetudinariam bonorum antiquorum medietatem,cū id vetitum supponatur proximioribus Ecclesiasticis,tanquam non cōprehensis sub Iure municipali,vt su-

pra-

ad dispositionem, fauore extraneorum ordinatam, respectu consuetudinariae medietatis bonorum antiquorum, sed ad eam pariter consequendam, non obstante existentia Ecclesiastici proximioris, qui etiam à testatore præteritus, ob æqualitatem seruandam, testamentum quoàd istam medietatem impugnare non potest; Secundus verò *in cap. 56. suarum resol. à n. 2. vsquè ad 10. lib. 2.* non solùm negauit hoc ius consequendi, sed & ius impugnandi neutrum scilicèt esse concedendum, inquiens, dicto remotiori Laico, stante proximiore Ecclesiastico. Attamen *Montani* sententia, de iure præsertim oppugnandi, remotiori competenti in defectum proximioris, vix hodie vllam patitur difficultatem; nam preter rationes, quas nuper ad hoc ponderauimus; cum *Montano* idem docet sibi contrarius, siuè potius reuocans antiquam eius opinionem *Dom. Reg. de Marin. tom 3. alleg. 128. n. 9. & eod. tom. 2. resol. 191. n. 7.* sequuntur *Caput. ad Cõsuetud. si moriatur, par. 3. §. 7. à nu. 6. fol. mihi 316. D. Reg. Consil. Erasmus de Põt. alleg. 114. tom. 3. diuers. alleg. D. Reg. de Marin. Grossi ad Consuetud. Si quis, vel si qua, annot. 13. num. 125. cum seq.* & latè *Dom. de Luca, in obseruat. ad decis. 667. Præs. de Franch. n. 24.* vbi ità de recenti iudicatum referr. per S. C. die 5. Maij 1659. in causa Ill. Marchionis S. Iuliani, Io: Baptistæ, & Anelli Longo, cũ D. Antonia de Acugno, hærede ex testamento Io: Baptistæ de Ligorio, de cuius successione medietatis bonorum antiquorum agebatur, non obstante existentia proximioris Sororis D. Ceciliæ de Ligorio, Monialis in Monasterio D. Aluinæ.

8 Hinc est, quod potiùs adhærescere nobis placet intellectui *Montani*, pro iure impugnãdi, remotioribus Laicis tãtùm concedendo, quàm *D. Reg. de Marinis*, qui non pro sola articuli veritate, vt scripsit *Montan.* sed vti Aduocatus hanc substinuit opinionem, à qua ipse manifestè se retractauit in *cit. alleg. 128. n. 9.* ibi; *Etenim in iure nouum non est, vt existentia personæ exclusæ proximioris, non modò immediatè sequentes à coniunctis decedenti successione non repellat, sed quod bene illorum operetur inclusionem; ad hoc enim proditum est à Iure successorium edictum, vt quoties proximior nolit, vel non possit succedere, sequens in gradu admittatur.* Et clariùs, idem repetit *d. resol. 191. tom. 2.* ferè per *tot.* & præcipuè *d. n. 7.*

9 Remanet tamen adhuc difficultatis cardo (his ità positis, ac communiter per nostrates receptis de iure oppugnandi, remotiori competenti, deficiẽtibus proximioribus, vel stãte eorũ impotẽtia) solummodò circà ius consequendi istam medietatem consuetudinariam: àn scilicèt hoc ius pariter competat Laico remotiori agnato, seù cognato, testamentũ impugnanti, aut verò, aperta iam per ipsum via successionis ab intestato quòad hãc medietatem, sit propterea illud omninò concedendum Ecclesiasticæ personæ proximiori, excluso penitùs isto remotiori Laico.

10 Sed ad integram medietatem tali casu admitti debere Ecclesiasticum proximiorem, nouissimè scripsit, insistendo vestigijs doctissimi viri *Dom. Consil. Erasmi de Ponte, d. allegat. 114. apud D. Reg. de Marin. tom. 3. resol. iur.* acutissimus, & eruditissimus I. C. nec non subtilissimus in Philosophia, & Theologia Magister admodum *R. P. Anton. Rossi Soc. Iesu* in quadam eius aurea quidẽ *disputatione* in pluribus *cap.* diuisa; Idq; euidenter ibi ostẽdere cõsuit ea, præter cæteras, potissima ratione, superiùs indicata, quia per existentiã, aut saltẽ per impugnationem Laici remotioris, vt ferè omnes pro absoluto admittunt, res tali casu reducitur ad causã intestati; sed ab intestato ecclesiasticus, vt *sup. cõtr.* diximus, admittitur ad medietatẽ antiquorũ bonorũ; Igitur, quoties reperitur omnibus proximior, benè admitti debet ad integrã hãc medietatẽ, excluso Laico, remotiore, ex cuius tãtùm existẽtia, siuè potiùs, vt meliùs inquam, oppugnatione, res reducitur ad causam intestati fauore ipsius proximioris, licèt tanquam Ecclesiasticus id fac-

facere anteà de per se nõ potuisset. Nõnullisq;alijs exemplis prædictã eius opinionem ibidem comprobare conatur.

11 Et inter notabiliora primũ refert exẽplũ in creditore defuncti in actione personali tantũ, & legatario, quoties istius defuncti bona peruenerunt apud tertios possessores. Est etenim in iure receptũ, hoc casu non posse creditorem illum

12 agere aduersus tertios possessores(cum actio personalis contra tertium exerceri nõ possit,*l.1.§.si hæres,ff.adTrebell.*)posse verò legatariũ,iuxtà tradita, signãter p *Carenã,resolut.137,à n.5.*qui alios cõ-

13 gerit ; & rebus à legatario virtute hypothecæ auocatis,tota vtilitas ad creditorem in actione personali perueniet,qui legatario prędicto omninò prẹferetur,vt docet *Præs.de Franch.decis. 246.n.8.*

14 Sequens exemplũ idẽ Author deducit ex *tex. in l.posthumus,§.si quis,ff.de inoff. test.*cuius ex verbis colligit, Laicum remotiorem minimè admitti ad successionem ab intestato defuncti, quoties adest Ecclesiasticus proximior, & propterea ipsi vtile non est,agere de inofficioso testamento. Vndè si casu egerit,id non aduertens,aut non credens,adesse ipso proximiorem,& obtinuerit,ei profectò non proficiet victoria,sed præfato Ecclesiastico proximiori,qui habebit ab intestato successionem, & admittetur condictione ex lege,excluso remotiori, qui testamẽtum oppugnauit.

15 Aliud tradit exemplum in proprijs terminis nostrarum Consuetudinum in eo casu,vbi pater aliquem pupillariter substituerit filio.Verum enim est,substitutum tunc solùm admitti ad medietatẽ liberam bonorum antiquorum,nam per pupillarem substitutionem,receptum est apud nostrates,non posse pupilli proximiores priuari medietate consuetudinaria,sicut priuari non possunt, ipso pupillo testante,vt plenè nos etiam demonstrauimus *contr.4.primi vol.* Mater verò pupilli certum est, quod in hac specie nõ potest euertere hanc substitutionem, neque secundùm medietatẽ istam , quia cessat Consuetudinis dispositio, vbi pater,aut mater adest in medio, ad tradita per nos passim, & præcipuè *contr.* 8. At cum proximiores pupilli possint substitutionem euertere pro tali antiquorum bonorum medietate, quia nequeunt per huiusmodi substitutionem hac medietate priuari ; Euersa ergò substitutione per proximiores,res reducitur ex medietate ad causam intestati ; Sed quando sumus in successione ab intestato mater omnes excludit proximiores; Idcircò sequitur, quod integra medietas matri debeatur, licèt ad illam consequendam proximiores tantùm substitutionem infringere poterint,nec ipsa mater, vt etiã ratiocinatur, & latè defendit *D.Reg.de Marin.tom.2.cap.169.per tot.*cuius opinio per nos omninò refellitur *d.contr.4.*

16 Vltimum tandèm exemplum trahit ex *tex.in l.fin.ff.de lib.& posthum.*vbi iuxtà *Bald.*& aliorum intellectum,quoties aliquis,emancipato filio, & retento in potestate nepote,postea prætérijt nepotem,& iniustè exheredauit filium, si nepos pręteritus contra tabulas,successionem petit,aperitur via ab intestato; vndè filius pręfertur,licèt fuisset emancipatus, nepoti in potestate retento.

His equidem rationibus,& exemplis, quibus argui potest, quod aperta via successionis ab intestato per Laicum remotiorem,Ecclesiasticus proximior debeat præferri,nobis, qui contrariam firmiter tuemur sententiam,nec esse ab illa vnquam recedẽdum arbitramur,quòad vires sufficient,respondere, cõgruum nimis videtur.

17 Et principiò resoluitur præcipuum partis Aduersæ argumentum , ac apertè ostenditur etiam,Ciue Neapolitano decedente cum bonis antiquis , condito testamento,& præteritis agnatis, vel cognatis,aperiri viam successionis ab intestato,non fauore Ecclesiasticorum,qui prorsus censentur exclusi ex testatoris dispositione,sed tantùm in beneficium Laicorum , qui si erunt in æquali gradu cum Ecclesiasticis,tunc tãtùm simul admittentur ad medietatem antiquarum rerum, vt patefecimus *præced. contr.* 38.

secus aliter; Nam si agnati, vel cognati Laici, per quorum existentiam, & impugnationem testamentariæ dispositionis, essent remotiores, tunc non aperiretur aditus succedendi ab intestato, vt suprà, etiam Ecclesiasticis, quamuis essent proximiores; quia ratione æqualitatis seruādæ, vt sepè repetitum est, omninò excludnntur, quādo testator de omnibus bonis liberè disponit, nec adsunt alij in æquali gradu, qui testamentum quòad consuetudinariam medietatem infringere possint; sicq; tali casu hoc beneficiū defertur sequenribus in gradu, ex quibus, dici nequit, quod aperiatur via proximioribus Ecclesiasticis, quia simul cū eis admitti non possunt in hac medietate antiquorum bonorum, sed tantùm cū coniunctis in pari gradu. Vndè quoties agnatus remotior venit aduersùs defuncti dispositionem pro medietate vigore Consuetudinis, ob defectum, vel inhabilitatem proximiorum, hoc tātùm eius fauore operatur, non autem in beneficiū etiam Ecclesiastici proximioris, qui nequit concurrere ad id, quod eidem interdicitur, nec minùs vti alterius beneficio, signantèr in exclusionem illius, & contrà eum, cui solùm virtute Consuetudinis illud defertur.

18 Rursus nec nostræ opinióni aduersantur exempla suprà tradita, nec similia; Nàm quòad primum, scilicèt respectu creditoris in actione personali tantùm, vt præferatur ille legatario, qui auocauit res existentes penès tertios possessores, respondetur, quòd hoc sine vlla difficultate non transit; nam aliqui, sectantes *Cephal. contr.* 98. negant legatario actionem hypothecariam aduersus tertios possessores, & *Præs. de Franch. cit. decis.* 246. *d. n.* 8. de hac quæstione, si nimirum res fuerit auocata per legatariū, an creditor cōtra eum agere possit? valdè dubitat, nec eius sensus aperit. Vndè infir-

19 matur hoc exemplum ex eo, quia non potest pro ratione, aut paritate adduci quicquid oppugnatur, vel controuertitur, *argum. tex. in l. fin. C. de probat.* Imò dato, quod pro assoluto id procederet, minimè videretur applicabile ad casum nostrum, vbi Ecclesiasticus, vt talis, est omnino inhabilis ad succedendum vigore Consuetudinis, existente testatoris dispositione, ac deficiente Laico proximiore, in æquali gradu coniuncto, qui defuncti testamentum infringens pro medietate bonorum antiquorum, ei aditum aperire tantùm posset, vt antecedētèr diximus, quia simul tali casu concurrerent, nec vnus alteri præferetur in cōsuetudinaria successione ab intestato.

20 Quòad secundum vero exemplum, deductum ex *tex. in d. l. posthumus,* §. *si quis, ff. de inoff. testam.* respondetur, *tex.* illum omninò pro nobis facere, cum ibi hæc formalia legantur verba; *Si quis ex his personis, qui ad successionem ab intestato non admittuntur, de inofficioso egerit, & casu obtinuerit, non ei proficit victoria, sed ijs, qui habebunt ab intestato successionem*: At in casu nostro nemini deferri potest successio ab intestato, circà antiquorum bonorum medietatem, irrito defuncti testamento, nisi Laico remotiori, stante aliorum proximiorum defectu, & impotentia prædicti proximioris Ecclesiastici; Ergò eidem tantum proficiet victoria, si agat de inofficioso testamento, nec proximiori Ecclesiastico, qui nec actiuè, nec passiuè nostris subijcitur Consuetudinibus.

21 Neq; subsistit sequens exemplum substitutionis pupillaris, per quam asserit perspicax noster Aduersarius, non priuari proximiores cōsuetudinaria medietate, pro cuius consecutione, euersa tali substitutione per eos, subdit, quod statim reducatur res ad causam intestati, & pupilli mater postmodum in medio existens illis præferatur, iuxtà intellectū *Dom. R. de Marin. d. cap.* 129. *tom.* 2. Nā varijs DD. opinionibus, circà hanc quęstionem conciliatis, ex *Napodano* contrarium per nos latè defenditur *in alleg. contr.* 4. vbi *D. Reg. de Marin.* accerrimè oppugnatur, & in *append. ad d. contr.* 4. imprimenda, Deo dante, in calce huius secundi voluminis.

Nec deniq; obstabit vltimū exemplū, sumptum

aaptũ ex *tex.in d.l.fin.ff.de lib.& posth.* cũ *Gloss.*& Expositoribus *ibid.* qui loquũtur de filio sine iusta causa exhæredato, vt præferatur nimirum nepoti præterito, qui contra tabulas successionem perijt ab intestato, ex eo, quia fuit in potestate retentus, quando pater filium emancipauit; Nam casus ille toto Cælo differt à currenti, ibi enim filius iniustè præteritus poterat etiam parentis testamentum infringere: hic autem Ecclesiasticus nequit operari postremæ defuncti voluntatis reuocationem, respectu Consuetudinarie medietatis, quæ, alijs non extantibus proximioribus Laicis, remotioribus in gradu deferri quidem debet.

Profligatis igitur præfatis rationibus, atq; exemplis ex aduerso adductis, firmissime comprobata, euidenterq; fundata remanere videtur nostra sententia, vt scilicèt remotior agnatus Laicus non solùm præferatur proximiori Ecclesiastico, ad impugnandum defuncti testamentum, pro medietate antiquorum bonorum, sed ad eam pariter cõsequendam vigore Consuetudinis.

23 Quemadmodum etiam, eademq; opinione, in terminis Iuris nostri municipalis, licèt *Addentes ad Napodan.* hoc nequaquàm obseruauerint, resoluitur, ac deciditur prænarrata quæstio apud eruditissimum *Horat. Montan. in d. contr.* 11. *n.2. à versic. est aduertendum*, cuius authoritati post alios suprà relatos, non vti egenus, sed vt magis in hac re legales eius opes elucescant, nititur *D. Vincent. Raetanus*, perspicuus quidem, ac meritisimus Regius Consiliarius, non tàm ex simili Parentis munere, sed propriæ virtutis fulgore; Qui de huiusmodi articulo, tempore, quo nostra in forensi Palestra primarij Aduocati exercebat officium, in defensionem aliquorum de Podericis, aduersùs allegata, & disposita per *D.R. de Marin. in d. cap.* 56. *&* 129. *lib.2.* & per *Landulfum de Aquino* egregium sua tempestate Aduocatum, in *alleg.* 101. inserta nter *diuers. alleg. lib.* 3. eiusdem *R. de Marin.* quamplura erudito calamo annotauit, multaq; more solito sapientèr ad materiam nonnullis põderauit rationibus in vna ex suis famigeratissimis allegationibus, quã hic typis dare curauimus, vt quælibet tumultuaria contentio, quæ in futurum circà casum prædictum oriri posset, ex congestis, ac per ipsum Statutis omninò sedetur.

Perillustris Dom. Consil. Vincentij Raetani Allegatio.

24 MInùs audaciter aduersus opinionem spectabilis Regentis de Marinis, & allegata ab erudito quondã Aduocato Landulpho de aquino, calamum arriperemus; nisi in quæstione, in terminis nostrarum Consuetudinum adhuc indecisa, cum Horatio Montano, viro sanè docto, & de Iure nostro consuetudinario optimè merito (reste *Prouenz. ad Consuetud. obser. 6. n.* 7.) deueniremus ad pugnam.

Controuersiam igitur aggredimur; Vtrùm, testamentaria dispositio facta ab Octauio Brancacio seniore, per hæredis institutionem, in personam Octauij, & Lelij iunioris, Marchionis Montis Siluani, tẽpore, quo, viuebat Frater Lelius Brãcaccius senior, professus Hierosolymitanæ Religionis, & testatoris Frater vtrinque coniunctus, fuerit valida; an verò quò ad medietatem bonorum antiquorum, ei peruẽtorum à Portia Poderico eius Matre, vigore *nostra Consuetudinis, Et si testator*, ab Excellentissimo Aloysio Poderico, & Ill. Marchione Montis Falcionis, pronepotibus ex fratre dictæ Portiæ, & proximioribus ex parte Matris, impugnari possit; adeò quod ipsis dictorum bonorum à Portia peruentorum medietas debeatur vnà cum fructibus, nihilo obstante, neque existentia Equitis Hierosolymitani, qui dispositionem non impugnauit, & vti Religiosus Consuetudine laicali non comprehensus, impugnare nequiuerat; neque renunciatione facta ab eodem Fratre Lelio in beneficium Ioannis Baptistæ Patris communis; de qua in nota facti differuimus.

Et nos tuendo iura dicti Excellentissimi Aloy-

Aloysij, & Marchionis Antonij de Podericis, plura demonstrare conabimur. Primò, non obstante existẽtia dicti Fratris Lelij tempore dispositionis factæ ab Octauio, posse Dominos de Podericis proximiores post Fratrẽ Lelium ex parte matris, quò ad medietatem bonorum, peruentorum à Portia Poderico, ipsis debitam, illam impugnare ad ipsorum beneficium. Secundò, pro dicta impugnatione non solùm non officere, imò conferre renunciationem eiusdem Fratris Lelij. Tertiò, & tandem bona peruenta Octauio disponenti à Portia Poderico matre, & ad presens existentia, fore Cõsuetudini subiecta.

25 Et quò ad primum Articulum. Omissa quæstione generali de Consuetudinibus Laicalibus: quandò illis personæ Ecclesiasticæ ligentur, & vtrùm ab intestato actiuè, vel passiuè subijciantur, de quibus apud *Thesaurum lib. 2. quæst. forens. quæst. 2. Surd. decis. 20. Caput. in præludijs ad Consuetud. §. 3. de personis. Molfes. par. 2. de personis, quæst. 7.* & habita pro vera, contrà *Mart. in tract. de iurisdict. par. 4. centur. 1. casu 5.* recepta per Neapolitanos opinione, quod si Laicus moritur cum testamento quò ad Ecclesiasticas personas immediatè successores, seruetur Ius commune: adeò quod sicuti Clericus actiuè moriendo cum testamento potest liberè disponere, & Consuetudine nostra incipiente, *Et si testator*, non ligatur, *de Franch. decis. 411. nu. 1. Bellett. disquis. Clerical. par. 1. §. 4. de except. Cler. à Statut. secular. n. 44.* ità etiam passiuè, Laico moriente cum testamento, & liberè disponente, Clericus, vel alia Ecclesiastica persona successor immediata, illius dispositionem vigore dictæ Consuetudinis: *Et si testator*, impugnare non possit: & Laicus, qui habet solùm Clericum successorem, possit ad libitum disponere, dicta Consuetudine, *de successione morientis sine filijs ex testamento*, nõ obstante. Quam sententiam, & æquiorẽ, & in puncto iuris veriorem, & in S. C. receptam tradidit, *Molfes. d. par. 2. de person. quæst. 7. ex Franc. decis. 667.* in causa Portiæ Mirtæ, in gradu reclamationis, *Caput. in prælud. ad Consuetud. §. 3. de person. Montan. contr. 11.*

Deuenio ad nostram hypothesim, in qua Laicus Octauius, qui disposuit in extraneum, habebat immediatum successorem Religiosum Fratrem Lelium, & vltrà illum habebat etiam alios successores, remotiores tamen in gradu, videlicèt prædictos Aloysium, & Antoniũ de Podericis; & in ea cum eodem *Montano d. contr. 11. nu. 2. à vers. est aduertendum*; dicimus, quod cũ Religiosus Frater Lelius, neq; dispositionem impugnauerit; neque impugnare potuerit: aperiatur locus Dominis de Podericis; vt dispositionem prædictam ad ipsorummet beneficium vigore dictæ Consuetudinis, *Et si testator*, impugnare possint; & ipsis medietas supradicta bonorum antiquorum, peruentornm à dicta Portia Poderico, condictione ex Consuetudine debeatur.

26 Et deducitur hoc principaliter ex verbis Consuetudinis, *Et si testator*, quibus dispositio debet conuenire, *l. 4. § toties*, vbi *Paul. ff. de dam. infect. l. quod cõstitutum, ff. de milit. testam. cum concord.* latè relatis per *Barbos. in axiom. vsufreq. axioma 136.* quæ disposuit, quod medietas bonorũ perueniret ad proximiores agnatos, & cognatos vocando proximiores, qui censentur vocati secundum ordinem successionis, & per successoriũ edictum vnus post alium; ità vt primo non rumpente dispositionem, alius sequens in gradu admittatur *l. 1. §. proximus, vbi glos. ff. vnde cognati, l. cum ità 33. §. in fideicommisso*, vbi *Bart. Cuman. & alij, ff. de legat. 2. l. si libertus 23. § si libertus, ff. de bon. libert. Peregr. de fideicõm. art. 21. n. 2. Fusar. de substitut. quæst. 480. 481. & 483. & quæst. 358. & 356. n. 3.* argumentando in proprijs terminis ab vltimis voluntatibus ad statutum, iuxtà *Euerardum in topica, in loco ab vltima voluntate ad l. statutum, vel consuetudinẽ.*

27 Congruunt etiam sequentia verba Consuetudinis, ibi: *Reliqua autem medietas perueniat ad proximiores agnatos, &*

& cognatos, prout in Capitulis de succes-
sionibus ab intestato dictum est; quæ rela-
tio ad Capitula de successionibus ab in-
testato, cum nullo modo possit referri ad
quantitatem, seù quotam bonorum, in
quibus successio debebat referri; etenim
in Capitulis de successionibus ab inte-
stato, proximiores succedebant in totū;
in isto de successionibus ex testamento,
quòad mediertatem; necessariò relatio si-
militudinis *ad Capitula de successionibus*
ab intestato refertur ad modum, & for-
mam succedendi, quapropter sicuti in
supradictis capitulis *de successionibus ab*
intestato, facta distinctione bonorū pro-
ximiores admittuntur ordine successiuo,
per successorium edictum; ità etiam iux-
tà hanc Consuetudinem, disponētem de
successione contrà testamentum, proxi-
miores vocati admitti debeant ordine
successiuo per successorium edictū; adeò
28 vt sicuti in successionibus ab intestato,
si Clericus, vel Monachus existens in pri-
mo gradu, vel sit incapax, vel nolit suc-
cedere, sequens proximior agnatus sub-
intrat in eius locum, & admittitur per
successorium edictum, & hoc, vt dixit
Napod. in Consuet. si quis, vel si qua, nu.
262. siuè primus remoueatur morte na-
turali, siuè ciuili, vtpotè deportatione,
vel emancipatione, siuè delicto; ità etiam
in prædicta successione ex testamento,
seù contrà testamentum, si persona Ec-
clesiastica, à Consuetudine non cognita,
non est habilis ad rumpendum testamē-
tum laici, qui disposuit, sequens in gradu
admittetur, *& hoc voluit dicere Montan.*
in d. contr. 11. quando ad propositum al-
legauit, & optimè supradictam doctrinā
Napodani.
29 Et etiam in hac successione aduersus
testamentum debet esse æqualis casus
nolentiæ, impotentiæ, & non existentiæ,
l. 1. §. vsus, ff. de procurat. l. Gallus, §. &
quid si tantùm, ff. de lib. & posth. l. cum
proponas, C. de hered. instit. Bart. & alij
in l. 1. n. 13. & 14. ff. de vulg. & pupill. Sa-
lyc. in l. fin. C. de institut. & subst. Fusar. de
subst. quæst. 30. & 34. Igitur, si in casu,
quo persona Ecclesiastica non existat,
admittitur successor in gradu, *vt dixit*
Napodan. in d. Consuetud. si quis, vel si
qua, n. 262. Et si existat, & abdicatiuè
tollendo se de medio renunciauerit, ad-
huc sequens gradu admittatur: neque
tollitur quo ad alios proximiores, pro-
hibitio dispositionis contenta in Con-
suetudine, *Caput. in Consuetud. si moria-*
tur part. 3. §. 7. n. 7. & 8. R. de Marin. lib.
2. resol. cap. 191. n. 7. Guttier. in c. quam-
uis pactum, de pact. in 6. Minadous in
const. Reg. in aliquibus in 2. nota. n. 136. &
nos infra latius in 2. art. ità si existat, &
succedere non possit, sequens in gradu
erit admittendus.
30 Sola enim existentia proximioris, qui
non succedit, non præstat impedimentū,
quin remotior succedere debeat, etiam
aduersus testamentum, *Bart. in l. 1. §. qui*
habebat n. 3. ff. de bon. possess. cōt. tab. Bald.
in l. si quis filium in fin. C. de inoffic. test.
Alex. Dec. & alij in l. illam, C. de collat.
Alex. & alij in l. Centurio, ff. de vulg. &
pupill. & in l. filius familias, §. cum quis,
ff. de legat. primo, Ruin. in l. hæredes mei, §.
cum ita, ff. ad Trebell. Bald. & Alex. in l.
penult. C. de impuber. & alijs substitut. &
in l. 1. §. penult. ff. de cont. tabul. Socc. cons.
150. 1. *vol. Molfes. ad Cōsuetud. part. 4. de*
success. ab intest. quæst. 46. n. 27. Fulu. Co-
stant. in allegat. adducta per R. de Marin.
31 *tom. 3. allegat.* 14. Et paria sunt non ex-
tare, & non succedere, *l. siuè, §. fin. ff. de iu-*
re patron, l. si ex modica 6. & l. si necem
4. §. si deportatus, ff. de bon. libert. l. 2. §. sed
si sint sui, & ibi *Bart. ff. ad Tertull. l. Pa-*
ter filium. 14. ff. de inoff. testam. l. 1. §. fin.
cum leg. seq. & l. si post mortem, §. liberi, ff.
de bon. possess. cont. tab. l. 1. §. si pater emā-
cipatus, & §. sed, & si patruus, & §. si pa-
ter in potestate, ff. de coniungen. cum eman-
cip. lib. Socc. senior 4. volum. cons. 35. Dec.
cons. 296. n. 3. Tiraquell. de iure primog.
quæst. 53. n. 36. Et nudum nomen proxi-
mioris, qui est exclusus, & non succedit,
non impedit remotiorem, *vt ex d. l. 3. §.*
sed si sint sui. ff. ad S. C. Tertull. obseruauit
32 *Tiraq. ibid.* Quapropter sola existentia
Fratris Lelij Religiosi, qui non admitti-
tur aduersus testamentum, & habetur, ac
si

si non extaret, imò renunciauerat; *vt nos infrà latius in 2. artic.* nullum præstabit impedimentum, quin successio deferatur Dominis de Podericis post ipsum proximioribus, qui aduersus dictã dispositionem Octauij admitti debent, ità suadentibus supradictis verbis ipsiusmet Consuetudinis.

33 Et si non tantùm verba, sed mentem legis, & Consuetudinis attendimus *l. scire leges, ff. de legibus, l. non aliter, ff. de leg. 3. l. nominis, & rei, §. verbum ex legibus. ff. de verb. signif. l. sed si Iulianus, ff. mutui, ff. ad Macedon. l. 1. §. hoc interdictũ, ff. vti possidetis, c. intelligentia de verbor. signif. Napodan. in Consuetud. Et si testatorverb. disponere, n. 5. Barb. d. axiomate 136. n. 17.* vel rationem Consuetudinis, quæ est anima legis, *l. cũ oratio, ff. de bon. damnat. cum alijs relatis per Barbos. axiomate 196. & Euerard. in topica, in loco à ratione legis,* mens dictæ Consuetudinis *ex Napodano* fuit, quod bona peruenirent ad proximiores ex illo latere, vndè peruenerunt, & vnica fuit ratio, quam *ex glos. in l. fin. C. de fideicom. Socc. consf. 30. vol. 1. col. 4. & consf. seq. 1. col. Curt. cõs. 150. 1. vol.* pro expressa haberi testatur *de Franch. decis. 91.* vt bona conseruentur in familia; quæ mens, & ratio legis benè reperitur in casu, quo admittuntur remotiores ad medietatem, aduersus testamentum, non obstante, quod existat in medio persona Ecclesiastica; & non procederet, extraneo succedente.

34 Imò valet argumentum à cessante ratione legis, *l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius, l. quod dictum, ff. de pact. l. adigere, §. quamuis, ff. de iure patron. l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2. cum simil. apud Euerardum in loco, à cessatione rationis;* & cessante ratione exclusionis, cessat exclusio, *l. si Iure, ff. de leg. 3. Tiraquell. de Iure primogen. d. quæst. 53. n. 35.* dùm cessat mens, & ratio Consuetudinis in successione extranei instituti; & cessat ratio exclusionis remotioris, nempè successio proximioris; debet remotior, non obstãte existentia Ecclesiastici proximioris, qui non succedit, admitti ad medietatem in exclusionem extranei instituti.

35 Et mens statuti, vocantis proximiores, si credimus *Tiraquell. q. 53. n. 36. ex Bart. in l. 2. §. videmus, ff. ad S.C. Tertull.* includit verbo *proximiores* duo Capita, quorum vnum habet correspectiuitatem ad aliud: Nempè primum inclusiuum proximiorum; Secundum exclusiuum remotioris; ità vt eatenus excludatur remotior, quatenus includatur proximior, ergò si Ecclesiasticus proximior, quamuis existat, non est à Consuetudine vocatus, neque est sub capite inclusionis comprehensus, per ipsum remotior non excludetur, tanquam cessante etiam capite exclusionis.

36 Et si petatur ratio, & casus decisio à principijs Iuris cõmunis, *Bart. in d. l. 1. §. qui habebat, ff. de bon. poss. cõt. tab. in quæst.* vtrùm ille, qui est remotior me, & excludat eum, qui excludit me, debeat etiã excludere me, ponit distinctionem quam ab omnibus approbatam, & à nullo ex DD. quem viderimus, impugnatam reperiuimus, dicendo, quod quandò ille remotior, qui excludit illum, qui excludit me, succedit in locum eius, qui me excludit: tùnc ipse succedit, & ego excludor, quamuis sim proximior, ità intelligendo *tex. in l. æquissimum. & in l. 2. §. obijcitur, ff. ad Tertull.* vbi *Auus excludit*

37 *Matrem, quia succedit Patri.* Quando verò remotior non succedit in locum eius, qui me excludit; tunc ponit *Bart.* duos casus: Primò, quandò remotior, qui excludit eum, qui excludit me, ideò illũ excludit, quia ille non est vocatus, nisi sub conditione, si iste remotior non existat, vt est casus in *Auth. licet, C. de natur. liber.* quę malè adducitur in cõtrariũ per *R. de Marin.* vt infrà dicemus, & tunc semper ego excludor, quia sola existentia illius remotioris posita in conditione facit, vt ego non succedam. Secundò, quandò remotior ideò excludit eum, qui excludit me, quia habet ius potentius in successione; & tunc ego non excludor, si habeo Ius potentius; sed potero venire iure meo ad successionem, tanquàm, si exclusus à remotiori, non esset in rerum natura, iuxtà *tex. in l. 2. §. si sit consanguinea,*

nea,ff.ad S.C.Tertull.Soc.sen. 4.vol.consf. 35.n.16.Afflict. in cōstitut.Reg.in aliquibus n. 10.

38 Et hic secūdus distinctionis casus nostro applicatur;etenim extraneus institutus,ideò excludit Ecclesiasticā personam institutam,quia habet ius potentius ea; cum potentior sit causa testati,quam intestati,*l.quàm diù.39.l. in pluribus 69.ff. de acq.hared.l.1.ff.si tab.testam nul. ext.* Persona Ecclesiastica ideò excludit remotiorem,quia habet ius potentius, vti proximior, *vt in tit.de succeff. edicto, & d.l.1.§.proximus,ff. vndè cogn. cum concord.* Iste Laicus remotior,ideò excludit institutum,quia habet ius potentius eo, quòad medietatem *ex Consuetudine, Et si testator*; quare exclusa per institutum persona Ecclesiastica Fratris Lelij, admittentur ad medietatem contrà institutum ex potentiori iure vigore Consuetudinis Domini de Podericis, quamuis dicto Fratre Lelio remotiores.

39 Aliquo modo facit etiam ad hoc regula,si vinco vincentem te,multò fortius vinco te,*l.de accessionibus,ff. de diuer.& tempor.præscript.* vbi *DD.l. Claudius Felix*, vbi *Cuiac.ff.de pignor.c.Martini, de concess.præben. in 6.* Etenim si extraneus institutus vincit personam Ecclesiasticā; Laicus remotior, qui ex Consuetudine vincit institutū,multò magis vincet personam Ecclesiasticam.

40 Sed meliùs inducatur pro nostra conclusione,*text.in l.2. §.si sit consanguinea, ff.ad Tertull.* in quo(cum de Iurc fff.per *S.C.Tertull.* ante dispositionem *tex.l.fin. & Auth.defuncto C. ad Tertull.* vt dixit *Cuiac.in d librum Cod.* in successione filij Pater excluderet matrem; item fratres consanguinei, siuè soli essent, siuè permixti sororibus consanguineis, matrē excluderent; sorores autem consanguineę,si solę essent, pariter cum matre, & pro virili,admitterentur, & excluderent Patrem adoptatum, vel emancipatum) ponitur casus,in quo in successione defūcti cuncurrebant mater,Pater adoptatus, vel emancipatus,& cum eis eiusdem defuncti soror consanguinea,& dicit Iurisconsultus:*Si consanguinea velit habere hereditatem, Matrem ex Sen.Con. vna cum ea venire, & Patrem excludi placet, si consanguinea repudiet, Matrem ex Sen. Con.propter Patrem non venire, & quāuis alias non soles Mater expectare consāguineam,velit nec-ne adire hereditatem, nunc tamen expectaturam, Consanguinea enim est,quæ Patrem excludit;repudiante igitur consanguinea bonorum possessionem habebit Mater, cum Patre quasi cognata.*

Ex quo *tex.*cum soror consanguinea, quæ excludebat Patrem, aperiat etiam locum matri,vt illa,simul cum ipsa sorore,Patrem adoptatum,vel emancipatum excluderet; hoc tamen verum dicitur,si ista soror cōsāguinea admittatur ad successionem,& non repudiet,vel fuerit exclusa,quia in isto casu, Pater simul cum matre,quasi cognata, ad bonoru n possessionem admitteretur, & ex *Sen. Con.* excluderetur à Patre;sequitur,quod mater, quæ vincet consanguine m, seu concurrit cum ea,licèt ipsa excludatur à Patre, quia consanguinea vincit Patrem, admittitur etiam mater cum ea ad Patrem vincendum.

Et sic arguitur ad casum nostrū,quod licèt remotior Cognatus non vincat personam Ecclesiasticam, tanquam proximiorem,tamen quia eatenus institutus excludit Ecclesiasticum proximiorem, iste remotior excludet extraneum vigore Consuetudinis,& insimul Ecclesiasticum proximiorem ab instituto exclusum.

41 Et est alius *tex.in ead. l. 2. §. obÿcitur in fin.ff.ad Tertull.*& in eo habetur:*Si sit agnatus defuncti, & naturalis Pater in adoptiua familia sit, & mater;matrem admittimus, quoniam Patrem agnatus exclusit*, & sic Mater, quæ ex *Tertull.*à Patre excludebatur,non excluditur existente agnato, qui excludit Patrem,positum in adoptiua familia, nam mater vincebat agnatum;ex quo arguitur benè ad casum nostrum,quod persona Ecclesiastica,vti proximior, quantumuis vinceret remotiorem,quia tamen per institutionem factam ab extraneo instituto, ipsa

V

ipsa est exclusa,remotior agnatus,vel cognatus,qui excludit extraneum, quoad medietatem admittetur, non obstante existentia Ecclesiastici proximioris.

42 Neque omittendum in iure successorium edictum non solùm in successione ab intestato,sed etiam contra testamentum admitti, adeò quod proximiore nō contra tabulante, vel non querelante, aut quia nolit, aut quia non possit,vlterior in gradu ad querelandum admittatur, *l.si is,qui admittitur* 31. vbi *Bart. l. pater filium* 14.*& l. qui repudiantis,ff.de inoffic.test. l.3.§.si emancipatus*, vbi *Bart. & §.si quis filio, ff. de bonor. possess. cont. tab.l.si quis filium,C.de inoff.testam.Bart. in l.si quis posthumos§.si filium ff.de liber. & posth. Bald. in l. qui se patris*, C.vndè *lib.*alijq; omnes communiter in *tit. Cod. de success.edicto.*

43 Habemus quoque casus similes diffinitos,tàm in terminis statutorum similium, quàm in proprijs terminis nostræ *Consuetud.Et si testator.*

In terminis statutorum similium. Primò in statuto,seù consuetudine,quæ admittit ad successionem integri assis primogenitum,excluso penitùs secundogenito,quamuis si Pater instituat vniuersalem hæredem primogenitum, secundogenitus à statuto exclusus in testamento præteritus, testamentum non rūpat;vt potè, qui rumpendo nihil fuisset habiturus;attamen,extraneo hærede instituto,secundogenitus, qui tantùm respectu primogeniti erat exclusus,ad fuimet ipsius beneficium contrà extraneum institutum, rumpet dispositionem;optimè *Tiraquell.de iure primog.d.quæst.53. n.34.& 35.cum seqq.*

Secundò,in statuto, prout est in Regno nostro *Constit.In aliquibus*,& in nostra Ciuitate *Consuet.Si moriatur*, quod stantibus masculis fœmina dotata non succedit,quantumuis facto per patrem testamento, & filia dotata præterita, si fuerit masculus hæres vniuersalis institutus, illa testamentum rumpere nequeat;tamen non fratre masculo, sed extraneo instituto,filia, quæ tantùm contemplatione masculi excludebatur, contrà extraneum ad ipsius filię beneficium,admittitur ad rumpendum Patris testamētum, vt per rationes à nobis supra adductas,concludunt *Socc.in l.Gallus, §.& quid si tantùm,ff.de lib.& posth.num.* 89. dicens sic etiam docuisse. *Aret. & Roman.in l.vt liberis,C. de collat.* & consuluisse plures Aduocatos Florentinos, & Senenses;optimè *Imol. in d. §. & quid si tantùm,n.39.& 40.& ibidem Aret. n.21. Castr.tom.1.cons.196.n. 3.& lib. 2.cons. 96.n.1.Socc.*latè *4.vol.cons.35. Dec. cons. 296.n.3.Ruin.tom.5.cons. 152.n. 13.Tiraquell.d.quæst.53.num. 33. Castill.lib.4. contr.cap.36.n.26.Minad.in d. constit.In aliquibus,notab.2.n.63.*

Quamobrem in casu nostro simili,erit similiter dicendum,quod,& si frater Lelius Religiosus, vti proximior, siuè ab intestato,siuè institutus,excluderet DD. de Podericis remotiores;attamen,extraneo instituto,non est cur DD. de Podericis non debeant admitti contrà dispositionem ad medietatem?

Et plures etiam similes possumus numerare facti contingentias decisas in terminis nostræ *Consuetud. Et si te-*

44 *stator.*Er prima est, quando Pater fecit filio substitutionem pupillarem, per quā licet Mater excludatur; non tamen excluduntur proximiores ex parte matris; qui, nō obstante substitutione pupillari, auocant vigore Cōsuetudinis medietatē bonorū,peruentorū filio ex linea materna,non obstante dispositione pupillari Patris, sicuti non obstaret dispositio filij,si ipsemet filius disposuisset,*Napod. in Consuetud.verb.disponere,nu. 23.& in Consuetud.filius familias,verb.possunt, n. 7.Capyc. in d. Consuet. filius familias,fol.* 186.*Afflict.dec.310.Præs.de Franch. decis.295.& decis.486.Molfes. ad Consuet. in tit.de bon.part.2.quæst.23.n.5.*referens sic fuisse decisum in causa Marchionis Sancti Erasmi cum Duce Sancti Martini.

45 Si contingerit casus, quod facta tali substitutione pupillari adsit mater, quæ

non

non poteſt rumpere diſpoſitionem,vtpotè excluſa per eam, adſint poſt matrem proximiores,quibus debeatur medietas, vigoreConſuetudinis;Vtrum iſti poſsint auocare ſupradictam medietatem ad ipſorum beneficium,non obſtante exiſtentia matris,quæ ipſos præcedit;Et abſque eo,quod annullata, quoad medietatem dicta diſpoſitione,matri ante ipſos locus aperiatur, & certè matre excluſa, iſtis proximioribus ex parte matris medietas debetur, *Anton.Capyc.in d.Conſuet.filius fam fol.186.lit.C.* ex doctrina *Bart. in l.1.§.si pater,ff.de coniung.cum emācip. lib.n.2.verſ.ex hoc concludo,Molf.d.part. 2.de bonis,quæſt.23.n.5.* quia mater habetur,ac ſi in medio non exiſteret,cum ſit excluſa:Et ità refert deciſum in anno 1610. in cauſa Mariæ Incarnatæ, cum hæredibus Ioannis Baptiſtæ Rogaſtæ eius filij.

Nec quicquam moueat, quod in hoc etiam articulo contrarium auſus fuerit conſulere,idem *R.de Marin.* contra quē pugnam aſſumpſimus in noſtra principali quæſtione *lib.2.cap.129.à n.3.* Etenim plura falsè ſupponit in *d. cap.* & primò ſuppoſuit *Capyc.*citaſſe doctrinam *Bart. in eod.n.in alio verſ.qui incipit, ex hoc cōcludo ad aliam quæſt.* de qua nos infrà diſputabimus; ideoquè illam vocauit inapplicabilem, ſed non cognouit,*Capyc.* citaſſe *Bartol.in versic. incipiente, ex hoc concludo ad quæſt.* in quo dixit, quod filia fœmina excluſa per ſtatutum, ſtantibus maſculis,ſi maſculus fuerit exhæredatus, fœmina non excluditur, adeòvt venire poſſit contra teſtamentum per querelam: quæ doctrina benè applicatur ad caſum, in quo mater excluſa per pupillarem;proximiores contrà diſpoſitionem auocant medietatem.Secundò ſupponit *R.de Marin.* matrem non excludi à portione ſubſidij, debiti vigore *Conſuetudinis*,quod ei debetur iure cōmuni, per pupillarem ſubſtitutionem, & hoc ſimiliter eſt falſum, *ex doctrina Napod. & deciſ.Afflicti.& de Franchis, & alia deciſ.relata per Molſeſ.* in quibus excluſio matris per pupillarem, fuit ſemper habita pro indubitata. Tertiò,ipſe non reſpondet deciſioni,adductæ per *Molſeſ.* & tota ipſius ratio fundatur,quod rupta quoad medietatem per cognatos pupillari ſubſtitutione, fiat locus ſucceſſioni inteſtatæ,& aperiatur locus matri:& hæc ratio inuoluit principij petitionem,& eſt ſimiliter falſa; nàm non aperitur locus ſimpliciter ſucceſsioni inteſtatæ;ſed proximiores conditione ex Conſuetudine auocant medietatem,vt etiam in noſtra principali quęſtione infrà demonſtrabimus.Ergò ſicuti in ſupradicta hypotheſi, excluſa matre per ſubſtitutionem,admittuntur proximiores poſt matrem, ità in noſtra,excluſa perſona Eccleſiaſtica per inſtitutionem, admittentur proximiores poſt illam.

47 Secunda ſimilis facti contingentia in terminis *Coſuetud.* deciſa eſt, quod licet ex vulgari noſtratum *axiomate*,patre,vel matre exiſtente in medio, Conſuetudo locum non habeat,de quo apud *Napod. in Conſuetud.Si quis,vel ſi qua, Minad.de Pont. Naucler. Salern. Reuerter. Franch. & alios,relatos per Molſeſ. parte 4.queſt. 44.& 46.*tamen ſi detur caſus, in quo filius habeat matrem,& alios cōſanguineos poſt matrem,facto teſtamento, & non inſtituta matre,ſed extraneis,conſuetudo recipit ſuas vires,& iſti proximiores auocant medietatem;ſicuti fuit deciſum in cauſa Ioannellæ Oriliæ,vt teſtatur *Molſeſ.part. 4.de ſucceſſ.ab inteſt.quæſt. 46.n.47.*& ſic matre exiſtente in medio, & nō rumpente diſpoſitionem, rumpent remotiores.

48 Eſt & tertia,& ſimillima deciſa contigentia quando fuit cōtractum matrimonium more Nobilium Capuani, & Nidi,per quem mater, vel pater quantumuis exiſtant in medio, tamen non ſuccedunt;& iſto caſu filius, etſi poſſit inſtituere patrem,vel matrem,*Minad.deciſ. 38.de Franch. deciſ.552.* nequit tamen vltra medietatem diſponere in extraneū, ſed tenetur ſeruare*Conſuetud.Et ſi teſtator*,adeò vt,facta diſpoſitione in extraneum,& ſi pater,vel mater in medio exiſtentes rumpere diſpoſitionem non

possint; consaguinei remotiores dispositionem impugnant, & auocant medietatem vt fuit decisum penès *Capyc. decis.* 210. *& Franch. decis.* 537. *& decis.* 552. & penès *Minad. decis.* 38. cum alijs relatis per *Molfes. d. par. 4. quæst. 46. n. 27. & per Minad. in consilit. In aliquibus nota. 2. n.* 103. *&* 104. & per eundē *de Marin. resol. 1. tom. cap. 142. num. 13. & in obser. ad R. Reuerter. decis. 631. R. Galeot. in addit. ad Camill. de Medic. Consil. 11. num. 29.*

In nostra igitur facti specie arguēdo à simili *l. illud, ad l. falcidiam l. à Titio, ff. de verb. oblig.* erit similiter decidendum; nō obstanre existentia personę Ecclesiasticæ, in medio existentis, quippè quæ à consuetudine non fuerit cognita, & dispositione fuerit exclusa; proximiores post eā contrà dispositionem factam in extraneū posse auocare medietatem, vigore dictæ Consuetudinis, sicuti benè considerauit *Montanus d. contr.* 11.

49 Remaner pro confirmatione expositi, respondere allegatis in contrarium per *R. de Marin. d. resol. 56. lib. 2. & per Landulphū de Aquino in d. allegat.* 101. quibus sigillatim satisfaciemus.

Reg. de Marinis primò respondet adductis per *Montan.* postmodum pro sua opinione plures affert rationes: tuebimur igitur dicta *Mōtani*; diluemus rationes de *Marinis.*

Dicit *Regens n.* 5. malè allegasse *Mōtanum, Napodan.* doctrinam *in Consuet. Si quis, vel si qua, num.* 262. & ex illa non colligi id, pro quo allegatur. Verū, parcat recolendæ memoriæ Regens, si amādo ueritatem dixerimus, benè fuisse inductam *Napodani* doctrinam, quantumuis in proprijs nostris terminis non loquentem. Etenim dicit *Napod.* quod Monasteriū Religionis in cōmuni capacis admittitur ad successionem, si vero sit Religionis incapacis, subdit hec verba:

50 *Ego autem dico, quòd de iure stricto in præmissis casibus, vbi non queritur ordini, seù Ecclesię, proùt disponitur, quod acquiritur sequentibus proximioribus agnatis, vel cognatis secundùm censurā istarū Consuetudinum; remoto enim gradu præcedenti, sequens subintrat locum eius, siuè remoueatur morte naturali, ff. de lib. & posth. l. si quis posthumos, & ff. de iniusto rup. l. posthumos, siuè morte ciuili, putà deportatione, ff. de cont. tab. l. 1. §. quidam, & ff. de suis, & legit. hæred. l. 1. §. suos licet tus sanguinis non tollatur, eadem lege, §. fin. siuè exheredatione, quę est similis morti, ff. de coniung. cum emancip. liber. l. 1. §. si patruus, siuè emancipatione, quę similiter, quo ad hæc est similis morti, ff. de bon. libert. l. quæ pater, & l. quæritur, siuè here-. si.* Et sequiturexemplificando plures alios casus, in quibus proceditur per successorium edictum.

51 Ergò si *Napodan.* dicit expressè, in casu quo erat facta dispositio, quod siuè exhęredatione, siuè emancipatione tollatur primus gradus, sequens admittatur iuxtà *Consuetud.* certè dixit expressè, quod si aliquis efficitur incapax, dispositione defuncti, proùt est exheredatio, & emancipatio, sequens in gradu admittitur, ideoq; benè illum induxit *Montan.* ad casum suum, in quo Clericus non cognitus à Consuetudine, & exclusus per dispositionem, à defuncto factam in extraneum, relinquit locum sequentibus in gradu, ad auocationem Partis dimidiæ, eis vigore Consuetudinis debitæ.

Idem *de Marinis n.* 6. cum responsione ad rationem *Montani* de successorio edicto inuoluit suā primā rationē, dicendo, quod esse non possit, quod remoto Clerico, admitti debeat sequens in gradu per successorium edictum, quia dum existit Clericus, in quo cessar Consuetudo, sequentes in gradu nō debent admitti, & possit pater, vel agnatus liberè disponere.

Verùm ista ratio ex semetipsa facilè corruit; inuoluit enim apertam principij petitionem: cum hoc ipsum sit in quæstione; vtrum sola existentia Clerici, cuius respectu non viget Consuetudo, operetur eius defectum, etiam respectu sequentium in gradu.

Altera ratio *de Marinis* est æqualitatis seruandæ in successionibus, ità vt sicuti persona Ecclesiastica, potest in agnatorum

torum præiudicium liberè disponere, ità eius existentia debeat operari, vt agnati liberè disponant.

52 Sed ista æqualitas est seruanda respectu eiusdem, & vbi diuersa ratio non militat *Minad. in consil. In aliquibus, n.* 121. Et in terminis nostræ conclusionis seruatur adamussim; etenim Ecclesiasticus disponit liberè respectu omnium agnatorum, & æqualiter omnes agnati disponunt liberè respectu Ecclesiastici. Et è contra laici remotiores Ecclesiastico respectu aliorum agnatorum liberè non disponunt, & æqualiter illi respectu horum remotiorum liberè disponere non debent, & sicuti v.g. nepos Clericus, qui habet Patruum, & fratrem patruelem laicos, potest liberè disponere in præiudicium, & patrui, & fratris patruelis; ità etiam, & isti patruus, & frater laici, possūt disponere liberè, in præiudicium Clerici; neque Clericus conqueri potest, & hoc non negatur. Verùm è conuerso, sicuti patruus laicus respectu nepotis laici, nō habet liberam dispositionem, sed tenetur seruare *Consuetud.* ità pariter nepos laicus respectu patrui laici ad æqualitatem seruandam *Consuetud.* ligabitur.

53 Tertia ratio *de Marinis*, qua vtitur etiam *Landulphus de Aquino*, est de *tex. cum glos. in Auth. licet, C. de natur. liber.* in quo filius naturalis, patri ab intestato decedenti in duabus vncijs succedit; hoc tamen si vxor in medio non extaret, quia ea existente in nihilum succedit, & sic vxor illa, quæ nihil capit, præstat alteri impedimentum.

54 Sed hoc argumentum diluitur primò, quia non valet arguere à possibilitate ad actum; & *tex. in d. Auth. licet*, ponit casum specialē, in quo limitatur regula: *Si vinco vincentem te*, & ratio specialitatis, vt obseruarunt *ibid. glos. & DD.* est odiū filiorū naturaliū, & euitatio afflictionis matris, quę post mortē viri, nō debet pati afflictionē, vt nihil habeat hęreditatis illius, & è cōtrà filij naturales admittuntur ad successionē, quæ ratio specialis, nō solū

55 nō debet trahi in argumentū, sed operatur argumētū in contrarium *l. quod verò contrà, & l. ius singulare, ff. de leg. & l.* 1. *ff. ad municip. cap. quæ à iure, de reg. iur. in 6. cum concord. apud Euerard. in loc. à speciali*, & vt ibidem obseruauit *glos.* debet procedere regula: *Si vinco vincentem te*, à nobis supra tradita; & quamuis verum sit, quod posset esse, quod sicuti in *auth. licet*, agnati vincunt vxorem, filij naturales vincunt agnatos, & succedunt in duabus vncijs; non tamen vincunt vxorem, quia illam iure speciali voluit Imperator semper naturalibus liberis præferri; ità agnati præferuntur extraneis; extranei instituti præferentur Clerico; agnati tamen Clerico non præferentur, iuxtà *Consuetud.* si ità consuetudine fuisset ordinatum, tamen nequit ex hoc possibili argui, quod sit; & cum à consuetudine hoc specialiter nō fuerit prouisum, debet procedere regula: *Si vinco vincentem te*, vt sicuti agnatus vincit extraneum institutum, vincat etiam Clericum in medio existentem, ab extraneo exclusū.

56 Diluitur secundò argumentum prædictum specialiter à *Bart. in d. l.* 1. *§. qui habeat, ff. de bon. poss. cont. tab.* ex eo quod *d. auth. licet*, excludat filios naturales, nō quia vxor illos præcedat in gradu, vel habeat ius potentius; sed quia ipsi sunt vocati ad successionem sub illa conditione, si vxor non existat; quamobrem sola existentia vxoris, illos excludit; in casu verò nostro successio antecedentis in gradu, excludit remotiorem, non sola existentia, & ideò non ex eo, quod persona Ecclesiastica existat, debet sequens in gradu excludi, sed illa non obstante admittetur, cum habeat in successione ius potentius extraneo, qui habet ius potentius Ecclesiastico, excluso per dispositionem, vt suprà notauimus.

Allegatur quartò per *R. de Marinis*, quem sequitur *Landulphus*, casus similis decisus in *decis.* 91. *Præs. de Franch.* in qua, patre, vel matre in medio existentibus, adeò cessat *Consuetudo*, vt possit filius, relicto parentibus bonorum subsidio, liberè disponere in præiudiciū agnatorum, nisi tamen adsint cum matre fratres, qui cum ea concurrant, iuxtà tradita per

ta per eundem *de Franch. decis.* 486. *& decis.*92.*& per R.de Marin.cap.*142.*tom.* 1.*num.*8.

57 Sed pro refellenda hac oppositione. Primò valdè dubitamus de veritate cõclusionis decisæ in *d.decis.* 91. *Præs. de Franch.*de qua ipsemet *Præses* dubitauit *decis.* 92. ad quam in ea *decis.* 91. se remisit.Secundò,posita illa,pro vera,adhùc nostræ conclusioni demonstrabimus,esse inappl icabilem.

Et mouemur ad dubitandum de *d.decis.* 91. ex *Consuet. filius famil.* quæ specialitèr determinat casum contra *d. decis.* Etenim cum *præced. Consuetud. Et si testator,sub tit.de success.morien.sine fil.ex testam.*determinauerit, & successionem, & modum dispositionis,faciendæ per patrem famil. videlicet,quod in præiudiciũ agnatorum dispositio vltrà medietatem non substineatur,sed medietas perueniat ad proximiores agnatos,& cognatos;remanebat determinare successionẽ,& modum dispositionis, faciendæ per filium famil.in casu à *Consuet.*permisso de bonis aduentitijs,proindè sequitur *Consuet. Filius famil.sub tit. de fil.famil. volẽt.test. Quæ Consuet.*clarè declarauit Iura, quæ deberent seruari in successione filij famil.testari volentis,determinando etiam modum dispositionis ; nam aliàs suisset sufficiens dicere,quod filius famil.posset testari absque eo,quod adijceretur,quod posset testari , *Ac si esset pater famil.* & determinauit,quod relicto patri bonorũ subsidio de bonis peruentis ex linea materna posset disponere, *Ac si esset pater famil. in alijs verò bonis* seruaretur *Ius commune*,voluit igitur *d.Consuet.*quod in dictis bonis peruentis ex linea materna non alitèr seruetur Ius commune, ergò in eis voluit seruari Ius Consuetudinarium. Iussit,quod in illis vltrà boborum subsidiũ patri debitum possit testari , *Ac si esset pater famil.* quæ dictio denotat similitudinẽ,*l.si deferẽte,ff. quib. mod.pign.*Barbos.*de diction. dict.* 4. ergò ordinauit , vt testetur simili modo , quò testantur patres famil.de Iure consuetudinario , sed ex *Consuetud. Et si testator,* patres fam.non testantur, nisi de medietate,in præiudicium agnatorum; ergò *d. Consuetud.Filius fam.* disponit clarè cõtrà *Franch.*quod filius famil.vltrà debitum bonorum subsidium patri non possit disponere vltrà medietatem in præiudicium agnatorum,vt declarauit expræssè *Minad.decis.*26.& idem *R. de Marin. in d.cap.*142.*n.*9.

58 Mouemur secundò ad dubitandum, quia doctrinæ , & rationes allegatæ per *Franch.in d.decis.*91.non concludunt ad casum. Et doctrinæ *Neapod. in Consuet. Si quis,vel si qua,nu.*132. *& in Consuet. Et si testator,n.*33.quibus primum vtitur *Franch.*pro regula generali , quod tàm ab intestato,quàm ex testamento,matre, vel patre existente in medio,*Consuetud.* locum non habeant,sed seruetur Ius cõmune,communitèr fuerunt intellectæ nõ simplicitèr,sed respectu ipsius matris,vel patris,adeò quod tantùm est dicere, matre,vel patre existente in medio *Consuetud.* locum non habet ; quantùm pater, vel mater,in terminis *Consuetud.* præcedũt collaterales,quia *Consuetudo* parentes non exclusit , sed tantùm ordinauit modum succedendi post parentes,vt obseruauit idem *Franch. decis.* 92. *& decis.* 537.*&* 543.*& decis.* 606. *Molfes. p.* 4. *de success.ab intest.q.*46.*Prouenz.in obser. ad Consuetud.obser.*23.idem *R.de Marin.d.cap.*142.

Et hoc adeò verum,vt etiam patre,vel matre existentibus in medio , Consuetudines locum habeãt respectu exclusionis fœminarum, & in admissionem coniunctorum ex vno latere,idem *R.de Marinis d.cap.*142.*Caput.in prælud. ad Consuet.* §.3.*de pers.n.*15.*post. Napod. in Consuet. Si quis,vel si qua, n.* 154. *&* 223. *& seq. de Franc.d.decis.*92.*& decis.*486.*&* 543. *Molfes.d.part.*4.*q.* 46. *num.*35.*& seq.*& quandò ad successionem cum matre, vel patre concurrit frater,vel soror,est casus indubitatus , quod habeat locum Consuetudo, *Et si testator*,& non possit filius disponere in præiudicium fratris , & sororis vltrà medietatem,*Capyc.decis.*210. *Minad.decis.*26.*de Franch.d.decis.*92.*&* 486.

486. & 543. Reg. de Marin. d. cap. 142. Molfes. d. quaest. 46. Caput. in praelud. d. §. 3. de person. nu. 13. idem *Landulph. in d. allegat.* 101. *apud de Marin. tom.* 3. Quapropter non est dispar ratio, quare non debeat idem determinari in casu, quando post matrem adsunt agnati proximiores, respectu quorum relicto matri, vel patri bonorum subsidio debeat obseruari *Cōsuetud. Et si testator.*

Altera doctrina *Napod. in Consuet. filius familias, vers. si nolit, à Franc. allegata*, loquitur in casu, quando dispositio non erat facta in beneficium extranei, sed in beneficiū patris, vel matris, qui (vt supra diximus) per consuetudinem exclusi non fuerunt, & sic, agnati de dicta dispositione conqueri non possunt (vt suprà etiam notauimus) qui casus est maximè diuersus ab eo de quo agimus, quandò mater non est instituta, sed institutio cecidit in extraneum: Vtrùm mater, vel pater exclusi vltrà bonorum subsidium per dispositionem, & non succedentes, impedire debeant agnatos? & de hoc non loquitur *Napod.* & hic casus per rationes, & casus similes à nobis suprà traditos, erit determinandus ad beneficium agnatorū, quod auocent medietatem.

Et altera allegata doctrina *Napod. in ead. Consuet. in vers. testari*, similiter loquitur, in facti specie diuersa, nēpè quando testator non habebat consanguineos remotiores, sed tantùm patrem, vel matrem, in qua non cadit dubium, quod cū, & de iure communi, & de consuetudinario non debeant consequi, nisi debitum bonorum subsidium, illo eis relicto, possit filius de reliquis in extraneum disponere, & respectu ipsius matris, vel patris dispositio valeat; secus tamen dicendum esset, si vltrà patrem, vel matrem adessēt etiam alij collaterales; quorum respectu dispositio impugnaretur. Et in terminis supradictis loquuntur, & intelliguntur doctrinae Sapientum Regni, adductae per *Franch. n. 15. & 16.*

59 Ratio, qua vtitur *Franch. nu. 17.* quod nullum fiat praeiudicium proximioribus, matre, vel patre existēte in medio, & doctrina *Bart. in l. 1. §. si pater, ff. de coniung. cum emancip. liber.* quod non sint cōcludentes, apparebit ex infrà dicēdis, quādò adducentur in contrarium, etiam in nostra principali quaestione, & illis respondebimus; sed dicere iuuabit, quod in hoc casu non valet arguere, quod ex eo, quia mater, vel pater succederent ab intestato, proximiores post eos non laedantur, institutione facta in extraneum, quia in casu successionis ex testamento, ex *Consuet. Filius famil.* relicto matri, vel patri bonorum subsidio, debet peruenire medietas ad agnatos, qui laeduntur per institutionem in extraneum, vt supra probauimus.

60 Neque obstant similes per eundem *Franch.* adductę *ex l. filius fam. §. sed quis, de leg. 1. & Auth. licet, C. de natur. lib.* quia in illis ideò sola existentia absq; successione pręstabat alteri impedimentū, quia vocati, vocabantur sub conditione *si filij non extarent*, & sic illorum existentia faciebat deficere conditionem vocationis, & praestabat impedimentum; quod secus esset, quandò qui impedit successionem, illam impediret non ratione deficientiae conditionis, sed quia ipse habet ius potentius succedendi, vt punctualiter respondendo ad iura supradicta, declarauit *Bart. alleg. ab eod. Franc. in d. l. 1. §. si pater, ff. de cont. tab.* vt nos suprà notauimus; quae replicatio deseruit etiam prò exclusione alterius similis *tex.* per *Franch.* adducti *n. 19.* quod existentia filij impedit cōsolidationē vsusfructus in beneficium matris; quia proprietas matri debetur, filijs non existentibus, & sic est vocata tātùm sub conditione, si non extant, & illorum existentia facit deficere conditionem vocationis, non quod illi habeant ius potentius in successione.

Et ex his, cum appareat doctrinas, & rationes adductas per *Franch. in d. decis. 91.* non esse concludentes, imò esse contra *tex. in d. Consuetud. Filius famil.* multa cum ratione de veritate illius decisionis dubitauimus, adeò quod si casus acciderit, fortè erit contrarium decidendum, vt dixit idem *de Franch. decis. 92.* & per hęc

non

non debeat dicta decisio in contrarium allegare nostræ conclusioni.

61 Sed dato,& non concesso, quod verũ sit conclusum in *d.decis.* 91. illud est inapplicabile ad quæstionem nostram. Primò, quia processit, patre existente in medio, non matre, qui est casus specialis, in quo, data pro vera dicta decisione ex *Cõsuetud.Filius famil.* relicto patri bonorũ subsidio potest liberè disponere; quę specialitas arguit contrarietatem in cæteris casibus, adeò quod filius non habens patrem sed tantùm matrẽ, & agnatos; quia esset pater fam. teneretur seruare *Cõsuet. Et si testator*, iuxtà tradita per *Molfes. d. quæst.46.n.47.* Hinc est, quod *d.decisio*, vt potè ex ratione speciali facta, non debet trahi in exemplum ad nostram hypothesim.

Secundò est etiam inapplicabilis, quia maximè differt casus matris, vel patris existentis in medio, à casu Clerici, vel Ecclesiasticæ personæ in medio existẽtis; nàm Clericus, & persona Ecclesiastica consuetudinibus non ligantur, neque sunt cogniti, ità vt illorum nulla ratio habeatur, *de Franc.decis.*411. *Molfes. par.2.de pers. quæst.7.Caput. in prælud. §.3.n.13.* mater verò, vel pater, non solùm à Consuetudine non sunt incogniti, sed ab ea fuerunt contemplati, & vocati ante proximiores, *Capyc.decis.*210.*de Frãc. d.decis.*92.& 486.& 543. *Minad. decis.* 26.*R.de Marin.cap.*142. *tom.* 1. *Molfes. d.p.4.quæst.46.Prouenz. obser.* 21. 22.& 23. qui intellexit, verbũ *Poximiores*, positum in *Consuet.* contentiuè, quod comprehendat patrem, vel matrem; & supradictam differentiam notauit optimè *Caput.d.§.3.de person.post num.*13. Et adeò hoc est verum, vt dispositio facta in patrem, vel matrem sit valida (vt suprà notauimus) in Clericum verò non valet; Sicuti pro absoluto fuit decisum apud *Franch.decis.*411.*n.*4. Et proptercà quidquid sit, si pater, vel mater in medio existẽtes, vti vocati ante proximiores impediant eorum successionem, non potest ex illis argui ad personam Ecclesiasticam. Et sic non obstat *d. decis.* 91. *de Franch* in contrarium allegata.

62 Quintò per *R.de Marin.& Landulph.* allegatur in contrarium altera *dec. Pref. de Franch.*411.*n. 6.in vers. & sic est decisus alius casus.* Sed non videmus quomodo dicta decisio possit induci aduersus nostram conclusionem. Etenim in dicta decisione aliud non dicitur, nisi postquam *de Franch.n.*5.posuerit casũ, quãdò laicus condidit testamentum, & habens plures fratres laicos, & vnum clericum, instituit tantũmodò laicos; an Clericus non istitutus debeat habere partem vigore consuetudinis, & rumpat fratris dispositionem, & decidit casum cum *Capyc.decis.*98.quod Clericus non rumpat dispositionem, quia à consuetudine est incognitus; neque rumpant fratres laici, quia instituti; & sic dispositio firma remanet. Transit deindè ad *n.6.* dicendo: *Et sic est decisus alius casus, ex cuius decisione alij decidi possent, & præsertim quãdò existente Clerico, & alijs fratribus nõ existẽtibus, extraneus esset institutus, quia eadem ratio militat*, quæ decisio nihil habet contrà nos, quia decidit alium casum nostro valdè dissimilem, nempè quãdo disponens non habebat alios fratres, neque proximiores, nisi Clericum, in quo casu benè deciditur, sicuti in antecedenti, quod Clericus à consuetudine incognitus, non rumpat dispositionem.

Ex quo audemus dicere, quod ex *d. decis.* potius firmatur nostra conclusio, si valet ex ea deducere argumentum, dicẽdo, quòd sicuti Clericus, existentibus alijs fratribus institutis, & non existentibus, non rumpit dispositionem, quia à consuetudine incognitus: ità etiam existentibus, vel non existentibus proximioribus; & à contrario sensu, sicuti, si fratres non essent instituti, rumperẽt dispositionem, quamuis Clericus existeret, quia illius existentia non tollit consuetudinem respectu aliorum; ità etiam alij proximiores post fratres pro rumpenda dispositione non recipient impedimentũ à Clerici existentia.

63 Vndè fortius vrgere videtur sextum, & vltimum argumentum *Landulphi de*

Aqui-

Aquino defumptũ ex dictis per *de Franc. in d. decif.92.* & poteft etiam defumi ex dictis per *Caput.in d.§.3.de perfon.* in explicationem *d. decif.de Franch.* 411. dicendo:quòd fi proximiores poft perfonã Ecclefiafticam, putà Clericum, rumperent vigore Cõfuetudinis difpofitionem, factam in extraneum, certè, reducta fucceffione ad caufam inteftati, Clericus fuccederet;& fic vel difpofitio non rũpatur,vel rumpatur ad beneficium eiufdemmet Clerici;ità vt poffemus dicere, quod haberẽt proximiores hoc rumpẽdi beneficium vænale,vel pro Clerico, vel pro inftituto,argumento *l.filium,§. erit,ff.de bon.poffeff.cont.tab.*

Et inferatur ex his clara concordia decifionum 91.& 92. *d. Præf. de Frach.* nempè,quòd alter fit cafus, quandò matre,vel patre exiftente in medio,cùm illis adfint fratres, vel forores,concurrentes ad fucceffionem,iuxtà *Auth. defuncto,C. ad Tertull.* quibus omnibus per inftitutionem factam in extraneum fit iniuria; omnes enim reducta fucceffione ad inteftati caufam fuccederent;& tunc matre nõ rumpente difpofitionem, rumperent fratres,qui fimul eum matre ad fucceffionem concurrerent, vt in *d. decif. 92. cũ concord.fup.relat.* & in fimili,fi adfit Clericus cum fratribus non inftitutis, frater laicus rumpat difpofitionem,& admittatur in concurfu fimul cum Clerico, deducto argumento à contrario fenfu,*ex d.decif.Præf.de Franch.*411.

Alter verò fit cafus,quandò non adeft perfona in eodem gradu cum Clerico, qui poffit fuccedendo ab inteftato, cum illo concurrere,quia tunc, facta inftitutione in extraneũ, remotiores poft Clericum,fi rumperent difpofitionem: reducta re ad inteftati caufam, Clericus fuccederet,tanquam proximior,& ipfi rumpentes,nihil cõfequerentur; quapropter cum inftitutione in extraneum, nulla ipfis iniuria inferatur,vtpotè quibus ab inteftato nihil deberetur,rumpere difpofitionem non debeant; & hic fit cafus decifus in fimili, quando pater in medio exiftebat,in *d. decif.* 91.*Præf.de Franch.* & eft argumentum ab eodem *de Frãch.* adductum *n.17.* cuius refpõfionem fupra referuauimus.

Huic igitur argumẽto,de quo magnũ feftum facere vifi fuerunt Aduerfarij,benè erit plures tradere diftinctas refpon-
64 fiones.Et prima diluens totum Aduerfariorum fundamentum fit,quod non eft verum quod proximioribus impugnantibus vigore confuetudinis difpofitionẽ, reducatur res fimpliciter ad inteftati caufam, ità vt ab inteftato fuccedatur; fed tantùm auferunt ab herede porrionẽ, ipfis debitam vigore confuetudinis, vt funt in Iure communi iura fatis aperta in *l.fi ex duobus filijs 14.ff. de contr.tab. & in l.filiæ dotem 4. C. de coll.it.& in l.filia fuerit,ff.de collat.dot.& in l.fi filium,§.& hoc confequens,ff.de contra tab.& in l.prima,§.1.ff.fi tab tefta n.nul. extab.glof. in d.l.filiæ dotem,in verb. vel contra*; *Imola in d.l.Gallus,§. & quid fit tantùm, n.39. & 40.ff de lib.& pofth.* qui dixit,effe hoc remedium aduocatoriũ,& idem *Imol. in l.fi filius 7.ff.de lib.& pofth.nu.* 16.& in proprijs terminis *Confuet.* fundauit optimè *Præf. de Franch. decif.* 667. ex cuius rationibus in caufa reclamationis fuit fic decifum in caufa Portiæ Mirtæ, vt teftatur *Montan.* adducens *Reg.Confil. Hodiern. ad Surd. decif.* 20. & fic agnati poft Clericum exclufum difpofitione, auocãt partem ipfis debitam vigore *Confuetud.* ad ipforum beneficium;nec aperiunt locum fucceffioni inteftatæ ad Clerici beneficium; & *Nos fupra fundauimus in fimilibus, de fecundogenito exclufo propter primogenitum, & de ftatuto excludẽte fœ-*
65 *minam propter mafculum*. Et hoc ità verũ eft, vt fi difponens effet inteftabilis,& res reduceretur ad eaufam inteftati,effet neceffarium dicere cum *Caputo*, quòd etiam laico non rumpente, Clericus difpofitionem impugnaret, quia effet per fe nulla, & fuccederetur ab inteftato,quod eft omninò falfum,& cõtrà tot decifiones Sacr.Confil.apud *Capyc. Minad. Franc. in loc. fup. relat.* & contrà tradita per *eundem Dom.Reg.de Marin.& Landulph. de Aquino.*

X Secunda

Secunda reſponſio erit, quod non eſt verum, quòd iſtis laicis proximioribus, vt non vocaris ab inteſtato non fiat iniuria per inſtitutionem factam in extraneũ, & per hoc eam rumpere non poſſint; nam aliud eſt, aliquem non eſſe vocatũ, aliud eſſe vocatum, ſed non in primo gradu; nõ vocatis certè nulla fit iniuria: omnibus verò vocatis, ſiuè in primo, ſiuè in ſecundo, ſiuè in remotiori gradu, per inſtitutionem in extraneum fit iniuria; quia primo nolente, vel impotente ſuccedere, ſuccedit alter; & ideò etiam ad contrarabulandum teſtamentum, habet locum ſucceſſorium edictum; *Vt iuribus rationibus, & ſimilibus ſupra demonſtrauimus.*

Tertia erit reſponſio, nàm poſſem dicere, quod neque ſit verum, quod ſi adſit frater Clericus, & alter frater laicus, laico rumpente diſpoſitionem, admittatur Clericus inſimul cum eo; nàm hoc eſſet contrà *tex.* clarũ *in l. ſi poſt mortem, §. liberi, ff. de contratab.* ibi: *Liberi, qui cõtra tabulas haberi non poſſunt, nec partẽ faciunt, ſi per alios committatur edictum*, & ibi: *Exhæredati liberi, quemadmodum edictum non committunt, ità, nec commiſſo per alios edicto, cum illis venient ad bonorum poſſeſſionem*; Neque in hoc caſu adeſt vlla decìſio in contrarium: & quamuis plures à nobis ſupra fuerint denumeratæ deciſiones in caſu, quando mater, vel pater concurrunt cum fratribus; ſupra tamen demonſtrauimus, non eſſe æqualem caſum patris, vel matris, concurrentis in caſu Clerici, quippè quod iſte à Conſuetudine ſit incognitus, illi ſint vocati.

Verùm dato, & non conceſſo, quod fratte laico, auocante medietatem vigore Conſuetudinis, etiam Clericus concurreret, & vtetetur beneficio fratris laici, arguendo à *d. dec. Præſ. de Franch. 92. cum Landulpho de Aquino*; tamen iſte caſus eſt valdè diuerſus à noſtro, in quo Clericus præcederet alios proximiores, non concurrentes cum eis, nàm fratres laici rumpentes diſpoſitionem benè poſſent admittere Clericum in concurſum; non tamen alij cõſanguinei remotiores, impugnãtes diſpoſitionem, aperirent locum Clerico, qui ipſos excluderet; nàm

66 poteſt quis vti beneficio alterius, non tamen in excluſionem illius, & contrà eum, à quo habet, *l. ſi Iudex circumuẽto 42.* vbi *Bart. ff. de minorib. l. amiciſſimos 39. §. fin. ff. de excuſ. tutor. l. 2. ff. de oper. noui nunc.* punctualiter *Bart. in d. l. ſi poſt mortem 20. §. hi, qui, ff. de contratabul. de Franchis deciſ. 269. n. 15.* Et quãdo Clericus, & frater laicus ſint in eodem gradu, perſona, in conſuetudine incluſa trahit ſecum perſonam excluſam, vt obſeruauit *Prouenz. obſeru. 11.* quandò verò laicus eſt Clerico remotior, non aperit locũ Clerico, ſed ipſe aufert portionem debitã vigore Conſuetudinis, vt benè explicauerunt *Imol. Soc. Dec. Tiraq.* & alij, quos ſuprà retulimus in ſimili, de ſtatuto excludente fœminã propter maſculos, qui non curant de venali beneficio conceſſo in *l. filium, §. erit, ff. cont. tab.* vtpotè quod ibi conceditur hæredi ſcripto, qui habet facultatem adeundi, & non adeundi, & non adeundo, reducere ſucceſſionem ad inteſtati cauſam; quod beneficium, poteſt etiam dici quod habeat venale in caſu noſtro heres ſcriptus, qui non adeundo poteſt reducere ſucceſſionem ad cauſam inteſtati, & facere, vt Clericus ſuccedat, adeundo verò facere, vt auocetur portio à proximioribus, & Clericus excludatur, vt in ſimili *Tiraquell. d. quæſt. 53. n. 43.* Sed hoc non poteſt facere ille proximior, qui non inualidat teſtamentum; ſed tantùm auocat portionem ſuam, vt cum *Imo. & Socc. ſup.* fuit demonſtratum.

67 Neque eſt nouum in Iure, quod ille, qui aliàs admitteretur, excludatur, & ſuccedat remorior, iuxtà regulam, *Si vinco vincentẽ te*, cũ alijs iuribus, & caſibus ſimilibus, ſupra enarratis, & probatis.

Ex quibus remanet plenè reſponſum ſupradicto argumento in contrarium allegato ab *Aquino*, & apparet, quod ſumma ratione, ſiuè admittatur, ſiuè non admittatur Clericus in concurſum cum fratre laico; ſemper, agnato remotiore auocante partem vigore Conſuetudinis,

Cle-

Clericus admitti nō debeat, quòd in nostra facti specie multò magis concludit, stante renunciatione fratris Lelij, de qua infrà; quia, & si succederetur ab intestato, neque frater Lelius successisset, quia renunciauerat, vt obseruauit idem met *Caput.d.§.3.in fin.*

68 Demum pro stabiliori firmitate nostræ conclusionis, omittere nolumus replicare alteri doctrinæ *Bart.* adductæ per *Franch.decis.*91. & quæ posset in contrarium adduci in *d.l.1.§.si pater,ff.de coniung.cum emancip.lib.eius,in eod.n.* 2.in alio *vers. incip. ex hoc concludo ad aliam quæst.* dicendo, quod si statutum dicat, quod mater non succedat filio habenti fratres carnales ex patre, modò pone, quod vnus filius decesserit, fratre præterito, extranea, nō turpi, persona instituta, succedat nè mater? videtur quod sic, quia frater non potest succedere, quia est præteritus. Contrarium tamen *Bart.* putat, quia iste frater est priuatus successione facto defuncti, & actus priuationis non præcedit actum translationis in alterum, imò est idē; & ideò licuit defūcto auferre illi, & alijs dare; & ille frater ità impedit matrem, sicuti si haberet ex *tex. in l.* 1. *§.* 1.*ff. de assignat.libert.* qui videtur casus noster, in quo Religiosus priuatur successione iudicio testatoris, qui vnico, & eodem actu transfert successionem in extraneum, & sic agnati remotiores videntur exclusi, quamuis forsan non essēt exclusi existentes in eodē gradu, ex *eod. Bart.in d.§.eod.n.3.*

69 Cui *Bart.* doctrinæ respondet optimè *Tiraquell. d.quæst.* 53. Primò, quod illa fundatur in *d.l.1.§.fin.ff.de assign.lib.* qui *tex.* ponit casum valdè dissimilem; nàm in eo, qui subrogatur loco exclusi, non subrogatur contra mentem legis deferētis successionē. Casus enim *tex.* est, quod *Si ex vno Patrono est vnus filius, & ex altero Patrono adsint duo filij, & vni ex istis duobus libertus fuerit assignatus, quæritur, quot partes fieri debeant hæreditatis liberti: Vtrùm is, cui est assignatus habeat duas partes suam, & fratris: An verò fiāt æquales, quia assignatione alter excluditur? & decidit Vlpianus ex sententia Iuliani, quod quousq; frater viuit, & admitti potuit frater, habet bessem, & sic facies partē, ad quam eius frater admitteretur, si verò sit capite minutus, fient partes æquales:* & sic qui in casu *d. tex.* admittitur ad portionem fratris exclusi, non admittitur contra mentem legis, deferentis ius successionis: etenim assignatio facta erat vni ex filijs Patroni, in quem poterat transire ius patronatus; sed in casu nostro in locum Clerici exclusi subrogatur extraneus contrà mentem consuetudinis, quæ voluit, peruenire medietatem ad proximiores.

70 Secundò in *d. §. fin.* testator habebat liberam disponendi facultatem, ideò poterat portionem alterius alteri dare per assignationem; non sic in nostra hypothesi, in qua, vigore consuetudinis, agnati excludi non poterant.

71 Respondet tertiò *Tiraq.* quod non est vera ratio *Bart.* quod sit vnicus, & idem actus priuationis, & collationis; quia saltem prioritate intellectus, & ordinis ademptio præcedit collationē, & actus ademptonis ab vno actu collationis in aliū; cum duo non possint esse Domini in solidum, *l.hæreditatem,§.fin. ff. de castrens. pecul. l.si vt certò, §.duobus,ff.commodati.*

72 Quapropter succedit alia doctrina *Bart.in eod.n.3.in dist.* quod quādò actus priuationis, siuè fictè, siuè verè nō est idē cum actu collationis, & actus priuationis assumit effectum, adita hæreditate: tūc sequens in gradu non impeditur venire per exclusum *l. illud.ff. de contratab. & §.sed nostra, Institutionibus de success. libert.l.si quis filium, C.de inoff.test.l.3. §.si*

73 *emancipatus,ff. de cont. tab.* qui est casus noster, in quo, actus exclusionis Clerici per institutionem, sumit vires, adita hæreditate, & per hoc non debet impediri vlterior agnatus in auocatione medietatis.

Et iuxtà prædictas distinctiones fuit communiter intellecta supradicta doctrina *Bart.* vt est videre apud *Aret. in d. l.Gallus,§.& quid.si tantum,n.* 21.*ff.de lib.& posthu. Paul.de Castro* 1. *tom. cons.*

196.Socc.4.vol.conſ.35.n.17.poſt. Imol.in
d. §. & quid ſi tantùm;& Dec. conſ.296.
num.3.
Ex quibus omnibus, reiecta ſupradi-
cta oppoſitione,deſumpta ex Bartoli do-
ctrina,reiectiſq;omnibus in contrarium
adductis,tàm per Reg.de Marin. quàm
per Landulphum de Aquino, remanet fir-
ma noſtra conclusio, quod Dominis de
Podericis debeatur medietas bonorum
antiquorum peruentorum Octauio Bran-
caccio à Portia Poderico ; & ſolidè pro-
bata ex verbis; ex mente, ex ratione Cõ-
ſuetudinis;ex rationibus, & iuribus de-
ſumptis ex Iure communi;& ex pluribus
ſimilibus caſibus deciſis, tàm in Iure cõ-
muni,quàm in Iure conſuetudinario.
* Quo ad ſecundum articulum,non ob-
eſt Dominis de Podericis,renunciatio fa-
cta à fratre Lælio Brancaccio ad beneſi-
cium Io: Baptiſtæ eius patris, in anno
1548.ex pluribus.
74 Et primò,quia fuit facta à fratre Hie-
roſolymitano,contemplatione profeſſio-
nis,emittendæ in Religione,non tamen
ſeruata forma S.C.T.cap. 15.ſeſſ. 25.de
Regularib. ſecundùm quam milites Hie-
roſolymitani renunciationem facere de-
bent,vt ſit valida;Et ſic deciſum per Rot.
Rom.refert,& cõſulendo probauit.Mart.
contr.iur.par.4.reſp.4.
Secundò, quia dicta renunciatio lo-
quitur tantùm de ſucceſſione materna,
& omnibus Iuribus ſuper ea acqui-
ſitis, etiam ex teſtamento, & acquirẽ-
dis ab inteſtato tantùm ; nos verò non
agimus de ſucceſſione materna, ſed de
75 fraterna;in qua renunciatio hæreditatis
maternę, etiam in bonis fratri à matre
peruentis obſtare non debet,ex l.1.§.ve-
teres, ff. de acq. poſſ. vbi DD.Vrſill.Dec.
Loffred.Alex.apud Caput. in Cnſuetud.Si
moriatur p.3.§.6.n.20.& §.7.n.2. Reg.de
Marin.lib.2.reſol.cap.191.
Tertiò, quando dicta renunciatio cõ-
prehenderet hęreditatem,& bona frater-
na,quod non eſt ſub ea circa litem, de
qua agimus,non comprehenderẽtur bo-
na ſpectãtia ad Octauium Brancaccium,
& vti donatarium, & vti vnum ex filijs
Portiæ Poderico,de quibus agimus; ſed
tantùm portio bonorum ſupradictę Por-
tiæ,quæ ad fratrem Lælium ſpectauiſſet.
Neq;dicta renunciatio cõtinuit clauſulã,
ad habendum, ità vt etiam de dicta por-
tione fratris Lælij renunciata potuiſſet
argui facultas libera teſtandi abſq; ſub-
iectione Conſuetudinis, iuxtà dec.Capyc.
190.& 191.& de Franc.690.vltrà quod
76 etiã de his bonis renunciatis ſecundùm
Conſuetudinem teſtari debebat Octa-
uius,vt docuit Caputus d.§.6.n.5.
77 Quartò,dicta renunciatio non poteſt
officere,etiam ſi continuiſſet clauſulam
ad habendum,& diſponendum, quia tunc
dicta clauſula, quantumuis poſita non
in executiuis,ſed in diſpoſitiuis, opera-
retur liberam diſpoſitionem, quandò eſ-
ſet facta ad beneficiũ illius, de cuius hę-
reditate agitur; ſecus tamen eſt in caſu
noſtro, in quo agimus de hæreditate
fraterna, & renunciatio fuit facta in be-
neficium patris, in quo caſu pactum in-
ter alios factum,non immutat modum
28 ſucceſſionis inter agnatos, Napod. in d.
Conſuet.Et ſi moriatur,n.33. & in puncto
Caput.ad d.Conſuet. Si moriatur,par.3.§.
7.n.8.limit.3.& §.6.n.5.
79 Imò ex ſupradictis,non ſolùm dicta
renunciatio non obſtat,ſed maximè pro-
deſt confirmationi omnium eorum, quæ
notauimus in primo articulo;etenim non
ſolùm iſta renunciatio eſt hæreditatis
deuoluendæ,ſed eſt facta à monacho ob
ingreſſum Religionis;ideoq; eſt omninò
realis,extinctiua,& abdicatiua;per quam
de medio tollitur renuncians, de Franc.
deciſ.375.Rouit.conſ.43. & 44. Maſtrill.
deciſ.75.Couarr.in cap. quamuis pactum,
§. 3.de pact.in 6.cum alijs, quos longa
ſerie cõgerunt,& ſequuntur,R.de Marin.
lib.2.reſol.c. 189.& 190. Reg. Marcian.
diſput.8.Reg. Merlin.1.tom. controu. c.5.
& c.8.Caput.d.par.3.§.8.n.12.qua ſtan-
te renunciatione,eſt indubitatum, quod
remanet impedita ſecundùm Conſuet. &
non videtur conceſſa libera teſtandi fa-
cultas reſpectù aliorum, vt in puncto R.
de Marin.& R. Marcian. loc.ſup. cit. &
Caput.in d.§.7.n.8.lim.2.& in §.8. n.18.
80.

80 Quapropter, stante tali renunciatione, habebat necessitatem Octauius Brancacius secundum *Consuet.* disponere de medietate ad beneficiũ Domin. de Podericis, proximiorum post fratrem Lælium, qui istam medietatem benè auocare possunt ab extraneis institutis; neq; Lælius, qui renunciauit, posset vti beneficio laicorum, dispositionem rumpentium, ità *Caput. in prælud.* §. 3. *de person. post. n.* 28. & idem *R. de Marin.* 1. *tom. c.* 142. *nu.* 23. cum alijs, quos retulimus supra *in* 1. *articulo.*

* Quo ad tertium articulum; vt demonstretur bona peruenta à Portia Poderico matre, Octauio Brãcaccio disponenti, ad præsens existentia, esse Cõsuetudini subiecta, parum erit laborandum.

Etenim omnia supradicta bona consistunt in annuis redditibus, vel constitutis super bonis sitis intrà districtum, vel cũ contractu celebrato in Ciuitate Neap. cum destinatione solutionis in eadem Ciuitate iuxtà tradita per *Franch. decis.* 93. & *innumer. dec. relatas per Prouenz. ad Consuet. obser.* 17. & 19.

81 Neque dicatur ex supradictis bonis duc. 6. m. peruenisse Octauio ex causa donationis, eidem factæ à matre irreuocabiliter inter viuos, ex nunc pro tunc sequuta morte, cõtemplatione matrimonij; nàm ista donatio respectu viri est titulus lucratiuus, ideoq; non tollit vinculum *Consuetudinis*, & dicta bona, etiam ex d. donatione obuēta, *Cõsuetudini* subiacent, *Napod.* in proprijs terminis *in Cõsuet. Si quis, vel si qua, n.* 228. & 229. *Prouenz. obser.* 6. *n.* 12. & idē videtur annuere *R. Galeot. contr.* 32. *n.* 87. *ex l. fin.* §. *si à socero, ff. qua in fraud. cred. Bart. ibid.* & *in l.* 1. *C. de impon. lucrat. descript. lib.* 10. *num.* 7. *ex l. fin.* §. 1. & *ex l. meuia, ff. solut. matrim.*

Ex quibus omnibus, non obstante supradicta existentia, & renunciatione fratris Lælij, medietatem dictorum bonorum, Consuetudini subiectorum, siuè iure hæreditario, siuè titulo donationis, Octauio Brancaccio à Portia Poderico peruētorum, ad Dom. de Podericis spectare, & spectauisse vigore nostræ Consuetudinis, iudicandum speramus. Neapoli die 6. Martij 1669.

Hactenus consuetudinariam hanc disputationem, occasione præsentis causæ, quæ non ob Iurium defectum, sed ad remouendam litem, & vt partium penitùs sedarentur iurgia, absq; vllo iudiciali certamine, sed commoda nimis, vtiliq; fuit postmodum transactione sopita, perspieaci eius intellectu priùs percurrit Dom. Consil. Vincentius Raetanus, cuius sublimi quidem doctrina, & vndiquè admirabili eruditione, resolutis omnibus propositæ Controuersiæ difficultatibus, ac deuictis iam scopulis, & ambiguitatum syrtibus, tempus nunc poscit, vt post elapsum naufragium, prouido istius præsertim Nautæ regimine, ad optatam tandem ripam hic accedamus, portumq; sic tutum modò teneamus.

CONTROVERSIA XXXX.

Ingrediens Monasterium, àn comprehendatur sub Consuetudinibus, quæ de morientibus loquuntur; quomodòq; eidem succedant filij, proximiores, aut Monasterium, facta, vel secus, de eius bonis dispositione in ingressu, vel antè ingressum?

SVMMARIVM.

1 *INgredienti Monasterium qualiter succedant filij, & proximiores, quomodoq; idem Monasterium, nostris* Cõsuet. *attentis, distinctè perpenditur, & à n.* 55.

2 *Successio Nouitij differt omninò à successione Professi in Religione.*

3 *Ecclesiastici minimè astriguntur laicalibus Statutis, & Consuetudinibus.*

Possunt, ex viridi obseruantia, de omnibus bonis ad libitum testari, etiam aduersùs Consuetud. *dispositionem, vt num.4.*

Licèt secundum idem Ius municipale succedant proximioribus Laicis, ab intestato decedentibus, qui ità pariter ad intestatam illorum successionem admittuntur, vt n.5.

6 *Verbo*, Proximiores, *quamuis simpliciter vsi sint Consuetudinum Compilatores, distinctio tamen inter eos traditur per* Napodan. *vt n.7.*

8 *Monachus ân retineat annexam agnationem naturalem?*

9 *Religiosi, non succedũt iuxtà Ius consuetudinarium; nec admittuntur tanquàm proximiores ad medietatem antiquorũ bonorum, quæ tali casu acquiritur sequentibus in gradu; Sed consequuntur solùm illi, siuè Monasterium, ex eorum persona, id, quod Ius commune permittit, vt n.10. & seq. decisum traditur n. 11.*

12 *Mendicantium Religio non est successionis capax, nec aliquid possidere potest.*

13 *Fratres* S. Augustini *sunt successionis capaces: prout etiam Fratres, qui dicũtur,* Serui Diuæ Mariæ, *vt n.14.*

15 *Canonici Regulares ius habent in successionibus.*

16 *Monachi Cælestini possunt succedere.*

17 *Theatini sunt capaces successionis, saltem in communi.*

18 *Monachus habetur pro mortuo; nec post professionem testari amplius potest.*

19 *Monachus si condiderit testamentum ante ingressum, liberis non extantibus, & nihil Monasterio reliquerit, testamentũ rumpitur. Ratio elicitur n. 20.*

21 *Mors quotuplex sit? Eiusq; definitio traditur n.22.*

23 *Mortis naturalis diuisio assignatur.*

24 *Mors ciuilis, quæ dicatur?*

25 *Deportati, aqua, & igne interdicti, omnesq; quorum bona publicãtur, pro mortuis habentur.*

26 *Pœna perpetui carceris, vel triremis est maxima capitis diminutio.*

27 *Damnatus perpetuò ad* Carceres, *vel ad Regias Triremes, dicitur capite diminutus, & pro mortuo habetur.*

Amittit libertatem, & Ciuitatem, quia efficitur seruus pœnæ, vt n.28. Et etiam iura agnationis, cognationis, tutelæ, & successionis; vt n.29.

Est intestabilis, n. 30. nec per actus inter viuos disponere potest, n. 31.

30 *Deportatus dicitur capite diminutus; & habetur pro mortuo quò ad ea, quæ iuris ciuilis sunt, & n. seq. 31.*

32 *Mors naturalis sicuti dissoluit quæ naturalia sunt; ità mors ciuilis, quæ ciuilia sunt.*

33 *Pœna perpetui carceris nonnullis pœnis aquiparatur.*

34 *Pœna damnationis in metallum hodiè recessit ab aula; Sed eius loco accessit Foriudicatio.*

35 *Foriudicatus omninò pro mortuo habetur Et in eo vita potius de facto remanere dicitur, quàm de iure, vt nu.38. 39. & 40. Nàm potest impune à quolibet occidi, n.41*

36 *Filio Feudatarij foriudicati datur Balius, si ille sit minor.*

37 *Actio de dote, patre deportato, consolidatur in filiam, ac si naturaliter ille decessisset.*

42 *Bona damnatorum, filijs, & proximioribus agnatis vsq; ad tertium gradum quæruntur, tùm iure communi, tùm Constitutionis Regni attento, vt n. 43. & 48.*

44 Ius Regni *admittit ad Foriudicatorum bona Fiscũ simul cum liberis, natis antè foriudicationem, ad differentiam Iuris communis.*

45 *Parentis delicta magis filios, quàm proximiores officiunt.*

46 *Fiscus succedit ad bona mobilia Foriudicati, statim elapso anno à die banni, nulla habita ratione, si habeat, vel non habeat descendentes, aut proximiores.*

47 *Foriudicatione statim fit locus successoribus substitutis, & vocatis ad fideicommissum.*

48 *Foriudicatis Neapolitanis, quorum bona ex speciali gratia non publicantur, quomodò succedant descendentes, ac cæteri ab intestato venientes, de iure Consuetudinis? & n.51. & 52.*

49 *Nepos subintrans in locum patris, deficiẽtis deportatione, foriudicatione, vel quouis alio casu mortis ciuilis, succedit auo secundùm* Consuetud. *huius Ciuitatis.*

50 *Neapolitani per foriudicationem dicuntur non existere, ad hoc, vt faciant locũ alijs descendentibus, & proximioribus.*

51 *Foriudicatorum bona in Ciuitate Neapolis nõ publicantur ex speciali gratia, nisi in crimine Lesę Maiestatis Diuinę, vel humanæ in primo capite.*

Ideòq; quærũtur descendentibus, aut proximioribus agnatis, vsq; ad decimũ gradum de Iure municipali: Solita nimirum bonorum distinctione adhibita, vt n.52. Et ità practicari de Stylo, ostẽditur n.53.

54 *Bona Mulieris Neapolitanæ, etsi nuptæ extero, non publicantur.*

56 *Ingresso Monasterium quomodò succedãt filij? siuè volens Religionẽ intrauerit ipse pater, siuè inuitus, putà, ex delicto, num.59. facta, vel non facta præsertim dispositione in ingressu, vel antè, n.60.*

57 *Ecclesia, vel Monasterium habetur pro filio ciuili; & ideò non excludit fideicõmissarium; nec filium legitimum, & naturalem, præsertim à portione ei debita, vigore Consuetudinis. vt n. 58.*

61 *Proximiores àn succedant Monacho post emissam professionem in medietate, eis debita vigore* Consuetud. *vel potius excludantur à Monasterio?*

Quod excludantur per Monasterium, ostenditur n. 62. etiam, ex nonnullis S.C. decisionibus. Sed intellige, vt num. 65. & 70.

63 *Testamentum, factum antè Religionis ingressum, rumpitur posteà per ingressum. & n.72.*

64 *Monasterium loco filij agnascitur, & vt tale proximiores excludit, & n.67.*

66 *Testamentum paternum, quemadmodùm filij natiuitate rumpitur, ità pariter per Religionis ingressum, professione demũ sequuta.*

68 Consuetud. Neapol. *non habent locum in donatore, venditore, & monasterium ingredienti; vt decisum traditur n.69.*

71 *Ingrediens Monasterium, quando ante ingressum condidit testmentum, & aliquid monasterio reliquit, an tunc eius proximiores, auocare possint bonorũ antiquorum medietatem ab extraneo, hærede instituto?*

72 *Testamentum quando non reuocetur per Religionis ingressũ, siuè per ingressi professionem?*

73 Napodani *verba* in Consuetud. Si moriatur vers. sed quid si ingrediens *enixè perpenduntur.*

74 *Proximiores ingressi, aut professi absquè vlla dispositione, omninò excludũtur à Monasterio, non extantibus liberis, etiã in bonis subiectis* Consuetud. Neapol. *Et ratio elicitur n.75.*

Sed licet contrarium ex tribus argumẽtis substineri posse, asserat Napodan. *Tamen à priori eius opinione, non esse recedendum animaduertitur n. 76. & 78. & prędictis eius argumentis respondet Author à n.79. 80. & 84.*

77 *Dictio,* licèt, *exponitur pro* quamuis, *quæ est causatiua, non verò aduersatiua.*

79 *Medietas consuetudinaria, quòd sit debita iure naturæ, procedit tantùm in descendentibus; nàm in collateralibus, ac alijs proximioribus, est prouisio merè legalis, & positiua.*

80 *Monasterium an excludat substitutum professo, si sine liberis ille decesserit? & n. 82. vbi affirmatiua suadetur opinio, quæ limitatur, prout n.83.*

81 *Monasterium dicitur tantùm filius ciuilis.*

85 *Bona ingressi sequuntur personam Domini, & sic Monasterium, vbi ille professionem emittit, si sit capax in communi.*

ARGVMENTVM.

Illa exponitur, ac ad examen ducitur quæstio, notatu quidem digna: nùm succedant Monacho post emissam professionem in medietate, debita vi-

vigore Consuetudinum, consanguinei, siuè proximiores agnati, vel cognati, ex eo latere, vnde bona prouenerunt: aut potiùs excludantur à Monasterio, quia agnascitur sibi quasi filius?

Et quòd, legitimis liberis non extantibus, Monasteriũ istis præferatur proximioribus, etiam in bonorum antiquorum successione, alijsq; quorum fauore ingrediens disposuisset anteà; dùm eius testamentum per ingressum, & ratione emissę professionis prorsus irritum fit, apertè ostẽditur; explosis tandèm argumentis, quæ in contrarium finxit *Napodanus*, quamuis eandem ille videatur amplecti opinionem.

Rursùs, Cõsuetudinibus Neapolis nùm subijciantur, & quando, dispositiònes eorum, qui volunt emittere professionem in aliqua Religione capaci, saltem, in communi, vel omninò bonorum incapaci, dilucidè explanatur.

Hinc, bona, Monachorum, deportatorum, foriudicatorum, cæterorumq; omnium, qui ciuilitèr mortui dicuntur, tàm Iurecommuni, quàm municipali attento, quibus debeantur, latè discutitur.

Mors autem ciuilis, quæ sit, & quotuplex, describitur: in quo naturali morti æquiparetur, breuitèr ostenditur. Et multa hanc circà materiam per transitum etiam ponderantur.



Isserere, in præcedentibus Controuersijs, ad intellectum Consuetudinum huius Ciuitatis, de Ecclesiasticorum testata, & intestata successione: anuè illi, & quando præfatis Consuetudi-
1 nibus astringantur, enucleare, sum mopere elaborauimus. Modò non minori studio, quam labore congruum est, explicare: qualiter in terminis etiam nostratum municipalium Sanctionum succedatur Nouitio, mortuo antè emissam professionem, vel Monacho iam professo in Religione capaci, tàm ab intestato, quàm ex testamẽto, tàm per eius filios, aut Monasterium, quam per cæteros proximiores agnatos, & cognatos.

2 Et quia magna videtur adesse disparitas inter Nouitij, & Professi successionem; Idcirco, vt liquidiùs, de vtroq; discurramus, in duas propositam quæstionẽ diuidere oportet. In prima namq; quid de Monacho professo, & quòad eius successionem sit dicendum: in sequenti verò, quid circa defunctum Nouitium sit probabilius, distinctè patefaciemus;

3 Certa itaquè, vt ab incertis, seù controuersis, scernamus, principio est aduertendum, quod passim antecedẽter insinuauimus: Ecclesiasticos scilicèt, ac Religiosos nequaquam astringi nostris laicalibus Statutis, siuè Consuetudinibus, ex quibus, vt alibi pluries rẽperitum inuenies, licèt generaliter statutum esset, CiuemNeapolitanum posse tantùm de vna bonorum antiquorum medietate ad libitum disponere, cum reliquam medietatem necessariò eius liberis ipse relinquere teneatur; illaq; in defectum filiorum, saltem proximioribus ex illo latere, vndè bona obuenerunt eidẽ defuncto, spectare debeat, virtute decantatæ *Consuetud. si Aliquis moriens*, & *sequent. Consuetud. Et si testator, tit. de success. ex testam.* Ecclesiasticus tamen pro suę voluntatis arbitrio, nunc ex viridi obseruãtia, de omnibus eius bonis, absquè præfata *Consuetud.* restrinctione, sicq; in præiudicium proximiorum, testari benè potest, vt fatetur antè alios *Napod. in proæm. d. Consuetud. sub n. 303. n. 312. & in Consuetud. Si quis, vel si qua, n. 248.* & cũ eo communiter nostratum omnes affirmant, quorum authoritate, ad æqualitarem in successionibus seruandam, quod pariter laici Ciues testando non astrin-

gan-

gantur,proximioribus ecclesiasticis hanc
antiquorum bonorum medietatem re-
linquere, abundanter demonstrauimus
5 *in anteced.contr.*38.& 39. Quamuis pro-
ximiores Clerici ex traditis ibidem,pos-
sint etiam ad Laicorum ab intestato de-
cedentium successiones admitti, vnàq;
simul cum cæteris Laicis in æquali gra-
du coniunctis, eodem Iure Consuetudi-
nis attento; prout ità etiam admitteren-
tur isti proximiores laici, si, de intestata
Clericorum successione, ageretur.
6 Rursus aduertas,quod etsi Consuetu-
dinum Compilatores simpliciter vsi fue-
rint hoc verbo *Proximiores*, non distin-
guentes,quinam proximiores succedere
debeant; Tamen Auriga noster *Napod.*
7 *in cit.Consuetud. Si quis,vel si qua*, sigã-
ter *n.*249.ponit differentiam inter proxi-
miores Laicos,qui ipso iure vocantur,&
inter proximiores Monachos,qui quali-
ter succedant,dicemus infrà.Et quamuis
8 *Napod.ibid.*etiam substineat, quod pro-
ximiores monachi retineant agnationem
naturalem annexam, ex notatis per *Gloss.
in l.fin. C.de Codicill.* & *in l.iura, de reg.
iur.* Nihilominus deindè concludit, sub
9 *sequen.n.*255.*versic.& præmissa*:Religio-
sos non succedere de iure Cõsuetudinis,
ideòq;tanquam proximiores, nequaquã
admitti posse ad consuetudinariam bo-
norũ medietatẽ,illamq; acquiri sequẽti-
bus in gradu,vt colligitur ex traditis per
Napod. ibid. n. 261. & diximus *superiori*
10 *contr.* Consequuntur enim Ecclesiastici,
&Religiosi tantùm id,quod per Ius com-
mune defertur: & id solùm Monacho,si-
uè Monasterio,eius personã representãti
11 debetur, quod iure cõmuni permittitur,
dato,quòd monasteriũ prędictũ sit capax,
saltẽ in cõmuni.*l. Deo nobis,§.sed necesse,
C. de Episc.& Cleric.c.naturales coll.* 10.*si
de feud. contr.fuer. Napod. loc.* proximè
*cit.n.*251.*&* 255. cuius sunt Asseclæ *D.*
12 *Reg.de Ponte consil.*39.*n.*11.*&* 15. *vol.*1.
*Capyc.decis.*98.*in fin.& D. Præs. de Frãc.
decis.*411.*n.*5. vbi ità Sacrum Consilium
decreuisse, testantur;& eiusdem decisio-
nis meminit nouiter *Thor. in compend.
decis.tom.*1.*verb. Monachus Monasterium
ingressus*, *fol.mihi* 339. Quale verò Mo-
nasterium dicatur incapax, vide omninò
Iul. Clar. lib. 3.*sentent.* §.*testamentum
quæst.*29.*Menoch.cons.*114.*à n.* 1.*cũ seqq.
n.* 24. *&* 34. vbi de Mendicantibus lo-
quuntur,qui nec etiam Patri succedunt,
13 nec bona stabilia habere possunt.Quod
non militat in Religiosis professis inMo-
nasterio capaci;prout sunt Fratres San-
cti Augustini,ex *Felyn. in cap. præsentia,
sub n.*53. *Cuman. consil.* 169.*n.* 1.*& seq.
Capr.consil.*147.*num.*8.Itèm Fratres,qui
14 dicuntur Serui Diuæ Mariæ: *Felyn. vbi
suprà sub n.*52.*Capr.cons.* 24. *n.*4. *&* 12.
15 *Dec.in d.cap.in præsentia n.*8.Idemq;in
Canonicis Regularibus,& similibus, ser-
uandum probat *Bald. in l. cum acutissimi
num.*13.*de fideicom. Ias. in auth. Ingressi
n.*24.*Imol consil.*23.*n.*30.*lib.*1.In Mona-
16 chis Cælestinis id etiã notat *Imol.d.cons.*
32.*n.*20.post *Felyn.vbi suprà nu.*54. *Abb.*
17 *consil.*27.Et tandem in Theatinis, quorũ
Monasterium est capax saltem in com-
muni,prout fundant *Præs.de Franch. de-
cis.*14.*n.*11.*cum seq. & R. de Pont. consil.*
159.*num.*1.*lib.*2.quos refert,& sequitur
*Consil.Pascal.in suo tract.de vir. patr.po-
test.par.*1.*cap.*3.*à n.*71.*vsq;ad* 75.quibus
additur *D.Reg. Capyc. Latr. consult.*111.
*n.*32.*lib.*2.*Consil. Marcian.cons.*50. *nu.*5.
*lib.*1.& est videndus etiam *Calder.consil.*
46.*de testam.* relatus à *Ricc. in addit.ad
decis.*40.*de Franc.*ibi enim cumulat om-
nes Religiones successionis capaces, ac
de illis latè discurrit.
18 Notandum deniquè ad præsentis Cõ-
trouersiæ introductionem superest, Mo-
nachũ haberi ciuiliter pro mortuo: *cap.
placuit* 16.*in fin. quæst.* 1.*cap.nullus* 53.
*quæst.*7.ibi:*mortua est in talibus vox eorũ
d.l.Deo nobis,C.de Episc. & Cleric.* Ità vt
post professionem testari nequeat, cum
dicatur capite diminutus; & testamentũ
19 ante ingressum ab eo conditum, liberis
non extantibus,nihiloq; Monasterio re-
licto,statim rumpatur,ea ratione, quia
præfatum Monasterium agnascitur sibi
20 quasi filius: & ipsum Monachum se, &
sua bona eidem monasterio dicasse,præ-
sumitur,vt in *d.Auth.Ingressi,C.deSacros.*

Eccles. vbi Ias. Alijq; communiter, reportati per Napod. in d. Consuetud. Si moriatur, n. 9. & in seq. Consuetud. Si quis, vel si qua n. 256. quē sectantur Præs. de Frāch. decis. 40. R. Rouit. cons. 27. à n. 4. R. de Marin. t. 2. cap. 150. ac nonnulli infràcitandi.
21 Mors etenim duplex est, iuxtà tex. in l. verum est, §. societas, versic. intereunt, ff. pro socio. Altera nimirùm naturalis: altera verò ciuilis, vt optimè cum alijs aduertit noster Napodan. in d. Consuetud. Si moriatur, & in Consuet. viro mortuo, vbi mortis differentiam enixè perpenditibiquè vide Camill. Salern. in addit. fol. 74. ad d. Consuetud. Si moriatur. Afflict. ibid. in addit. incipien. An, & quando, fol. 76. Prouenzal. obseruat. 1. Molfes. quæst. 49. par. 4. in ead. Consuetud. & Caput. par. 3. §. 1. n. 2. circà fin. fol. mihi 283. Naturalis
22 namquè, quæ non pæna, sed ipsa natura contingit, quæuè appellatur terminus incertus vitæ, vt in auth. de hær. & falc. §. hæc quidē, vers. eodem ordine; nisi velis dicere cum Cicer. 1. Tuscul. quod sit discessus animę à corpore; diuiditur à Napod. in d. Consuetud. viro mortuo n. 48. fol. 348.
23 in acerbam, scilicèt infantium, immaturam, quæ est iuuenum, & in maturam
24 tandem, quæ est senum. Ciuilis autem dicitur, quæ vi fit, hoc est, cùm à se ipso, vel ab alio inferatur, vt patet in tit. de pænis, & de bon. eorum, qui ant. sent. & de sicarijs, cum simil. Homines enim maxima, media, minimaq; capitis diminutione, vt est morte interire dicuntur; ità expressè disponitur in d. l. 64. §. vlt. ibi: Intereunt autem homines, quidem maxima, aut media capitis diminutione, aut morte, ff. pro socio. Napod. in cit. Consuet. Si quis, vel si qua, gloss. magna, n. 187. Ità quod depor-
25 tati, siuè aqua, & igne iterdicti, omnesquè, quorum bona publicātur, pro mortuis habentur, l. in contrà tabulas, ff. de bon. poss. cont. tab. l. 4. ibi: Si deportatus patronus sit, qui mortui loco habetur, ff. de bon. liber. l. 29. §. & quid si tantum, ff. de
26 lib. & postum. Imò, quod tres sint species capitis diminutionis, habetur in l. capitis dimin. ff. de cap. dimin. Quibus additur pæna perpetui carceris, vel triremis; Nā
27 quilibet damnatus perpetuò ad Carceres, vel ad Regias Triremes, est capite diminutus, & pro mortuo habetur, quia amittit libertatem, & Ciuitatem, l. 1. C. de his qui non poss. ad lib. peru. efficiturquè
28 seruus pænæ, vti constat ex l. 8. §. 3. & 10. & l. 29. ff. de pænis, l. 17. l. 36. ff. eod. tit. l. 7. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. l. 6. §. irritum, ff. de iniust. rupt. l. 3. ff. de his, qui pro non script. Instit. quib. mod. ius patr. pot. solu. §. pænæ, l. 1. in fin. & l. 2. ff. de bon. poss. cont. tab. Instit. de cap. dimin. §. 1. Di-
29 cūtur ergò serui pænę in omni iure mortui, prout ait Cuiac. lib. 3. obseruat. cap. 10. circà fin. Et amittunt iura agnationis, cognationis, tutelæ, successionisuè, ac proindè dicūtur non existere, Institut. de cap. dimin. §. quod autem. Napodan. in d. Consuetud. Si quis, vel si qua n. 187. in fin. Reg. de Marin tom. 1. resol. cap. 332. in fin. & tom. 2. resol. cap. 5. nu. 52. R. de Pont. consil.
30 90. vol. 1. n. 87. Suntq; etiam intestabiles, vt deportati, qui pariter dicuntur capite diminuti: Instit. eod. §. minor. l. aut damnū, ff. de pæn. Bart. in l. 2. n. 3. ff. de his, qui pro
31 non script. nec actiuè, nec passiuè, nec per procuratores in iudicio comparere, nequè per actus inter viuos, aut ex causa mortis disponere possunt, tex. sunt expressi in l. quidam, ff. de pæn. & l. eis, qui, §. fin. ff. de testam. vbi Gloss. R. de Pont. consil. 72. vol. 1. P. Molfes. d. par. 4. quæst. 49. & R. de Marin. d. cap. 5. lib. 2. à n. 14. Nàm
32 sicuti mors naturalis dissoluit quæ naturalia sūt, ità mors ciuilis, quæ ciuilia sūt, l. eas, ff. de cap. dimin. Imò idē R. de Pont. in seq. consil. 73. n. 9. & 13. asserit, post Capyc. in decis. 153. & Pręs. de Franch. decis. 140. vbi D. de Luc. in obseru. pænam perpetui
33 carceris æquiparari pænæ deportationis, pænæ triremis, & damnationis in metallum, quæ hodiè recessit ab aula; sed tantùm accessit foriudicatio, secundùm Con-
34 stitut. Regni Foriudicatorum bona, de qua meminerunt Afflict. & Andr. in constitut. & post eos Præs. de Franc. decis. 102. 213. 562. & 563. vbi plenè cum alijs Dom. de Luca in obser. Et quod foriudicatus in
35 omnibus habeatur, non tàm ciuiliter, sed ac si naturaliter etiam mortuus esset,

&

& proinde nec dominium , nec posses-
sionem suorum bonorum retineat,tradit
idem *de Franch.* præcipuè *in cit. decis.*
213.*n.*11.ex *tex.in constitut.pœnam eorū*,
ibi:*In omnibus ferè pro mortuo habetur*,&
ibidem *Afflict.& in constit.si quando*, vbi
36 filio Feudatarij foriudicati datur Balius,
si ille sit minor; quemadmodùm pupillo
non datur tutor, nisi mortuo eius patre.
Idq;comprobatur ex *tex. in l.insulam,ff.*
37 *sol.matrim.* vbi actio de dote, patre de-
portato,consolidatur in filiam , ac si na-
turaliter ille decessisset; conuenit etiam
tex.in l.Gallus,§.quod si tantùm,ff. de lib.
38 *& posthum.* Quinimò,quod in foriudica-
to vita potius de facto remaneat,quàm
de iure, fatetur *D. Consil. de Medic.consi.*
69.*n.*12. Nàm,cum foriudicatus,seruata
39 forma Constitutionum,iam præsumatur
condemnatus ad mortem naturalem,& à
tali sententia appellari non possit; statim
efficitur propterea seruus pœnę, ex dispo-
sitione *tex. in l. qui vltimo, ff. de pæn.* &
l.quòad statum,eod.tit,quia sequuta for-
iudicatione amplius audiri non potest,
nec aliud remanet,quàm exequi senten-
tiam,quæ in tantùm differtur,in quātùm
ille persistit in fuga , nec venit in fortijs
40 Curiæ,vbi exequeretur sententia . Vndè
infertur ex his,quod vita naturalis, quæ
remanet post foriudicationē,non est vita
relaxata per sentētiā;sed vita potiùs, quæ
non de iure, sed fortuitò,& de facto prę-
seruatur, vt etiā aduertūt *Afflict.notab.*7.
& Andr. in d. const.Foriudicatorū bona,in
princ. vers. ex damnatione , *& supplicio;*
41 cum damnatus foriudicationis sententia
possit à quouis impunè occidi,& occidēs
præmium consequatur;ità *Consil.de Me-*
dic.loc. antè cit. Præs. de Franch. d.decis.
102.*n.*31.*& decis.*213.*Boer. decis.*278.*R.*
*de Pont.consil.*69.*n.*5. *Ann. consil.*9. *n.*13.
*& consil.*12.*lib.*1. Licèt Alij contrarium
sustineant in eo casu , quando foriu-
dicatus esset redactus ad carceres, cum
tūc non remaneat aliud,quàm dare exe-
quutionem condemnationi, vt aiunt *Pe-*
*regrin. de iur. fisc.lib.*3.*tit.*2.*nu.*9.*D.Reg.*
*Merlin.cent.*2.*contr.*21.*nu.*33. *Dom.R.de*
*Marin.lib.*1.*resol.* 177.*n.*5. *& Dom. Reg.*
Rouit. consil. 96. *num.* 5. *lib.* 2.
42 Ad hęc verò , quæ de mortuis ciuiliter
breuiter diximus, incōgruū mihi videre-
tur,nisi hìc etiā ānotare perquirerē,quod
in omnibus prænarratis casibus, non so-
lùm Ius commune, quòad istorum suc-
cessionem locum habet,scilicèt,*Auth.bo-*
na damnatorum , *C. de bon. proscrip.* vbi
dispositum reperitur, vt si damnatus ha-
beat descendentes,aut agnatos vsquè ad
tertium gradum , illi ad bona hæredita-
ria concurrere possint ; sed etiam atten-
ditur huius Regni municipalis Sanctio,
43 nimirum *d.constit.*exordiens, *Foriudica-*
torum bona,quę pariter admittit Fiscum,
nisi foriudicatus habeat liberos , vel pa-
rentes,vsq;ad tertium gradum; licèt dif-
44 ferat ab *Authent.* ex eo,quia admittit, &
connumerat Fiscum simul cum liberis
natis,& conceptis antè foriudicationem,
quibus minùs fauetur, quàm proximio-
ribus, qui excluso Fisco in totum succe-
45 dunt;ea ratione,quia fas est,vt patris de-
licta magis filios,quàm alios officiant,ex
l.quisquis,C.ad l.Iul.Maiest.D.R. Sanfe-
46 *lic.decis.*392. Et hoc in bonis stabilibus;
Nàm in mobilibus statim Fiscus succe-
dit, elapso anno à die banni,nulla habi-
ta ratione,an habet descendētes, vel pa-
rentes , siuè collaterales, secundùm ea,
quæ notant *Afflict.in d.constit.si quando,*
*n.*9.*D.R.de Pont.d.consil.*69.*lib.* 1.*Consil.*
*Marcian.consil.*19.*n.*12.*lib.*2. *Dom.R.de*
*Marin.obseru.*143.*ad decis.D. R. Reuert.*
*& Ann.d.cons.*9.*nu.*31.vbi ex *Menoch.in*
consil. 227.*n.*44. & alijs,refert,per foriu-
47 dicationem statim fieri locum successo-
ribus, substitutis,& vocatis ad fideicom-
missum, vt scripsit etiam *Peregrin.de iur.*
*fisc.tit.*5.*de deport.n.*19.*cum Farinac.in*
*prax.crim.quæst.*102.*per tot.*vbi nonnul-
48 la ad materiam notabilia inuenies , &
Surd.decis. 280. vbi *Consil.Hodiern. in*
addit. Verùm hodiè, etiam inspecto Iure
Constitutionis,damnatorum bona, sicuti
prius statim applicabātur Fisco,nūc filijs,
ac cęteris ab intestato veniētibus querū-
tur. *Præs.de Franch.decis.*501.*n.*5. *&* 14.
*d.decis.*213.*n.* 10.13. 21. *&* 37. *in fin.&*
*d.decis.*563.*R.de Pont.d.cons.* 69.*nu.*6.*&*

7.cum

7. cum alijs suprà citatis. Idquè in hac Ciuitate quotidiè practicatur, vbi stante speciali priuilegio Neapolitanis concesso, quo damnatorum bona non confiscātur, sed ad successores transeunt, Cōsuetudines idcircò de successione loquentes
49 locum habent; ità vt si contingat, aliquē decedere, relicto filio deportato, cum similibus, qui pro mortuo habetur, sanè nepos subintrans in locum patris deficientis, hæreditatem consequitur. *Napod. in cit. Consuetud. Si moriatur*, §. *& omnia*, nu. 107. ibi: *Secundus enim gradus lineæ descendentis subintrat in locum primi deficientis, siuè pater eius defecerit morte, siuè deportatione, siuè exhæredatione, siuè quouis alio delicto; talis enim filius subintrans in locum patris deficientis suo iure admittitur, non enim paterni delicti notam
50 meretur.* Imò Neapolitani, p̄ foriudicationem, dicuntur non existere in medio, ad hoc, vt faciant locum alijs descendentibus, & proximioribus, ab intestato, ad successionem, venientibus. *P. Molfes. par. 4. de success. ab intest. quæst.* 47. signanter *num.* 15.

51 Supposita igitur gratia, huic Fidelissimæ Ciuitati, concessa, qua mediante, Neapolitanorū bona nō publicantur, nisi in duobus casibus, nempè in crimine hęresis, & Lesæ Maiestatis Diuinæ, vel humanæ in primo capite; quibus casibus damnatorum bona statim applicantur Fisco. *Napodan. d. Consuetud. Si quis, vel si qua*, n. 188. *vers. item deficere, & vers. idem in patre hæretico, &c. Molfes. d. par. 4. quæst.* 49. *Vrsill. ad Afflict. decis.* 361. *n.* 24. qui capitulorum verba recenset: *Præs. de Franch. d. decis.* 102. *n.* 1. *Clar. in §. hæresis, n.* 13. *&* 14. *lib.* 5. *Facchin. lib.* 9. *contr. cap.* 87. *in princ. Dom. D. Fului. Maiorana, in opropr. crim. cap.* 10. *n.* 18. *& cap.* 11. *n.* 11. licèt foriudicatus amittat, vt diximus, bona omnia, nec penès ipsum remaneat dominium aliquod illorum, tàm si essent burgensatica, quàm feudalia; Tamen ad filios, vel ad eius agnatos dicta bona
52 transeunt, & fit locus Consuetudini. Nā statim admittuntur tali casu descendentes, vel proximiores, seù collaterales vsq; ad decimum gradum, succedentes virtute Iuris nostri municipalis, cum consueta nimirum bonorum distinctione, inter bona paterna, & materna, vel quæ prouenerunt, tam ex parte patris, quàm ex parte matris, & illis deficientibus, vxor, & in subsidium posteà Fiscus, prout in alijs casibus regulariter de Iure communi seruatur, vt tradit *Consil. Prouenz. in d. Consuetud. Si moriatur, obseruat.* 3. *à n.* 7. & pro absoluto fatetur *Lel. Caput. d. par.* 3. §. 1. *nu.* 8. quamuis contrarium videatur annuere *Præs. de Franch. in præalleg. decis.* 213. *post. n.* 24. vbi ait, Neapolitanorum bona, post foriudicationem, remanere penès filios, vel agnatos iuxtà formam Iuris *Authenticorum*, & *Constitutionum Regni*; nam idem *de Franch. in suprà cit. dec.* 563. *circà fin.* explicando id, quod dixerat per transendam *in d. decis.* 102. *&* 213. *antè n.* 25. ruminato melius
53 articulo, seipsum corrigit. Estq; hoc nunc in viridi obseruantia, vt testantur *R. de Pont. in sepè alleg. cons.* 69. *Molfes. super Consuetud. par.* 2. *tit. de bon. quæst.* 4. *n.* 2. *& d. par.* 4. *q.* 47. *n.* 23. *Thor. in compend. dec. verb. Foriudicatus Neapolit. vol.* 1. *Ricc. collect. decis.* 1401. Sed quòad Neapolitanorum priuilegia est omninò videndus *Carauit. in rit.* 301. *& cum eo D. Præs. de Franch. decis.* 382. *nu.* 7. *decis.* 477. *nu.* 8. *&*
54 *dec.* 416. vbi asserit, quod etiam si Mulier Neapolitana nupta esset extero, adhuc gaudeat huiusmodi priuilegio, & cum sequitur *Molfes. loc. cit. n.* 3.

55 Sed his ità premissis, atquè ad mentem reuocatis, nè videar prorsus à proposito quæstionis discussione, hoc multiloquio recessisse, quia Consuetudines Neapolis indistinctè de morientibus loqui videntur; sicq; etiā de Ingressis Monasterium, & ibidem professis, qui pariter pro mortuis habentur, vt superiùs annuimus. Idcircò ex prædictis meritò hæc insurgit dubitatio: quomodò scilicèt Monacho, iàm professo succedant filij, proximores, aut Monasterium, peracta ab illo, vel nō facta, de suis bonis, dispositione, in ingressu, vel antè ingressum, iuxtà nostri municipalis Iuris normam?

56

56 Sigillatim ergò discurrenti (beneuole lector) mihi optimè constat, tibi esse valdè notum id, quod ex *Napodan. in supràcit. Consuetud. Si moriatur in 2. gloss. n. 6.* sancitum reperitur, quòad Monachum, qui ingreditur Monasterium in communi possidens: eius filijs nimirùm competere legitimam, iure naturæ debitam, reliquas autem duas partes ipso Monasterio prorsùs applicari; Quia licèt Pater profitēdo, se, & sua bona monasterio dicauerit, per *tex. in auth. Ingressi, C. de Sacros. Eccles.* filij tamen non excluduntur propter Ecclesiam institutam, vel ingressam, *l. si quis ad declinandum*, vbi *gloss. C. de Episc. & Cleric.*

57 Ecclesia enim, aut Monasterium habetur pro filio ciuili, qui non excludit fideicōmissarium, *Auth. nisi rogati, C. ad Terbell.* & sic multo minùs excludet filium legitimum, & naturalem: non tantùm à bonorum antiquorum medietate, vsquè ad quam, de iure municipali, est liberorum

58 aucta legitima: Sed etiam à tertia parte aliorum bonorū, nouiter à Patre acquisitorum, in quibus non est immutatum Ius commune, scilicèt *Auth. de triente, & semisse, coll. 3. & auth. nouiss. C. de inoff. testam.* prout expressè dispositum reperitur in *Consuetud. Si aliquis moriens*, vbi

59 *Gloss. in verb. subsidio n. 9.* Verùm hoc intellige: primò, si ille intrauerit Monasterium volens; aliàs si inuitus, putà ex delicto, tunc eius filij habebunt duas partes hæreditatis, in reliqua verò tertia parte

60 succedet Monasterium. Secundò, quādo per ipsum ingredientem, non fuerit facta dispositio aliqua inter viuos antè ingressum, vel in ipso ingressu, vt admonet idē *Napodan. ibid. n. 8.* vbi cum Alijs *Addēt.* hæc notabilia circà filios ingressi, & Monasterium breuitèr aduertit.

61 At quia præsentis disputationis maior, ac notabilis profectò esse inspicitur difficultas in casu, quo ingrediens Monasterium non habet filios, sed alios proximiores agnatos, vel cognatos: an scilicèt emissa professione, succedant illi in medietate debita vigore Consuetudinis, ex eo, quia cēsetur ipse per ingressum mortuus mundo: & per consequens vindicēt sibi locum vulgaræ Consuetudines, de morientibus ab intestato, & ex testamēto loquentes, vt dictum est: aut potiùs Monasterium ex persona Monachi eos penitùs excludat, quia sibi quasi filius agnascitur, vt suprà insinuauimus? Hic propterea, nunc figere tantū pedes, oportet, vt ad huius veritatis indagationem, inquantùm vires sufficient, etsi, laboriosum, calami posteà dirigamus, cursū; Sicquè distinctè loquendo, quid sit dicendū, quoties Monachus antè professionem nullam fecit dispositionem: quid verò si restatus fuerit, non abs re patefacere, conabimur.

62 Certum equidem, & indubitatum est, quod communis apud nostrates, & receptior inuenitur opinio: proximiores scilicèt omninò excludi à Monasterio; quemadmodū ante omnes, Antesignanus, adest *Napodanus*, Currus, & Auriga in nostrarum Consuetudinū explicatione, qui hāc quæstionem præsertim tangit *in Consuetud. Si moriatur*, & propriè in *verb. moriatur, vers. sed quid si ingrediens, n. 9. fol.*

63 *mihi* 77. Imò, quamuis Monachus anteà testatus fuerit, quòd rumpatur illius testamentū per Religionis ingressum, professione demùm sequuta, asserit ipsemet *Napod. ibid.* & cum eo eandem amplexus fuit sententiam *Præs. de Franch. decis.* 40. vbi iuxtà ea, quæ allegauit *Napodan.* decisum fuisse per S.C. refert in causa Beatricis de Medicis cum Monasterio Diuę Claræ; cuius decisionis etiam meminit *Felix de Rubeis in addit. ad d. Consuetud. Si moriatur, post. Consuetud. impræs. vers. hic casus nunc est.* Et aliam similem decisionem in causa S. Laurentij de Padula tradit *Naucler. in addit. incipiente Si quis vel si qua*, etiam in calce *Consuetud. fol. mihi* 11. *versic. in eadem Consuetud. & Gloss.* vbi recenset *Capyc. decis.* 98. *sub nu.* 4. *in fin.* Tangunt etiam præfatam quæstionē, eodēq; modo resoluunt, *D.R. Rouit. consil.* 27. *n.* 3. *& cons.* 28. *n.* 7. *lib.* 2. vbi est vidēdus *D. Altimare, in obser.* 27. *nu.* 9. *P. Molfes. par.* 4. *sui comment. ad Consuetud. Neapol. quæst.* 64. *nu.* 2. *& in addit. ad*

d.

*d.quæst.R..de Marin.tom.2.resol.iur.cap. 150.n.2.Montan.contr.46.*vbi hoc diffusè examinat.*Ricc.ad d.dec.*40.*de Frāch. & in collect.decis.*162.*Theodor.alleg.* 36. *n.16.Prouenzal.obseruat.* 2.*ad d. Consuetud.Si moriatur n.*4.*&* 9.ibiq; etiam *Caput.par.*3.§.1.*n.*13.*Consil. de Georg. allegat.*30.*n.*23. *& seq.* Alijq; cumulati per *Thor.in compend.decis.tom.*1.*verb.Ingredientis,fol.mihi* 71.*& verb. Monasteriū an excludat proximiores, fol.* 339. quos omnes breuitatis causa prętermitto,cum penès eum videri possint.

64 Mouentur verò,hancq; sectantur opinionem præcitati DD.ex eo potissimùm quia Monasterium,vt hic pluries repetitum est,loco filij agnascitur, & sic videtur, vt tale proximiores, ac consanguineos excludere ab omnibus bonis In-
65 gressi.Intelligendo tamen de Monasterio, cui possessio in communi permittitur;aliàs si non posset in communi possidere, vti sunt nonnullæ Religiones vouentes omninò paupertatem,& nihil in communi habentes, præfato casu ingrediens Monasterium incapax bonorum, si anteà non disposuisset,quia prorsùs pro mortuo haberetur posteà , & perindè quòad bona,ac si naturaliter decessisset, cum illa amplius ipse nec possidere, nec in Monasterium trāsferre possit, isti quidem proximiores, ac ex latere cōiuncti, ad eius bona omnia liberè succederent; & de hac sententia est etiam *Gratian. in d.scept.forens.tom.*1.*cap.*102.*n.*9.omninò videndus.

66 Mouentur denique fauore Monasterij, ad proximiorum exclusionem , etiam si essemus in vltimæ voluntatis dispositione ab ingrediente facta; quia sicuti Monasteriū, tanquam legitimus filius agna-
67 scitur;& quemadmodùm patris testamētum natiuitate filij rumpitur,*l.quod dicitur* 12.*ff.de lib.& posthum.l.quod certum l.Vxoris ab ortu,C. de posth. hæred. instit.* Ità pariter per Religionis ingressum rūpitur testamentum , professione demùm sequuta, & Monasterium tāquam recens filius ab intestato succedit; sicq; consanguineorum , & ex latere coniunctorum prætentio prorsus cessare debet,cum illis Monasterium præferatur, vt testatur idem *Napodan.in ead. Consuetud. Si moriatur , & in cit. Consuetud. Si quis,vel si qua,verb.proximiores,vers.sed an ipsi,nu.* 156.*fol.mihi* 148. quem sectantur *Præs. de Franch.cit.decis.*40.*R. Rouit. d. consil.* 27.*à num.*4.& *Reg.de Marin.d.cap.*150. Quinimò ad hæc addit *Consil. Prouenz. loc.*proximè *cit.*affirmatq; *Lal.Caput.*tàm
68 *loc.*vbi suprà *nu.*13.quàm *in prælud.*§.3. *n.*36.quod per ipsum ingredientem , semota tamen fraude,liberè fieri possit anteà dispositio aliqua inter viuos,vel donatio , in præiudicium proximiorum, vltrà portionem illis nimirum debitā ; ea solidissima,& generali ratione;quia Cōsuetudines non habent locum in donatore,venditore, & Monasterium ingredienti,quoties euidens , & manifesta non appareat fraus, vt ex *Napodan. in Consuetud.Et si testator nu.*7.fatentur *Capyc. decis.*210.*Præs.de Franch.decis.*91. *n.*17.
69 & cum *Caput.loc.cit.*ità per S.C.iudicatum refert *R.Rouit.d.cons.*27. *&* 28.Donationes scilicèt,ac dispositiones omnes, etiam inter viuos esse validas: in causa
† Vittoriæ Capomazze , die 29. Ianuarij 1607.contrà Fratres consanguineos Lutij Burrelli, referente Dom. Marco Antonio de Ponte, ac patrocinante eodem Dom.R.Scipione Rouito ex vna parte,& Dom.Cons. Io:Baptista Meliore ex alia, qui tunc temporis famigeratissimi erant Aduocati ; vt cerni potest ex eiusdem Consil. Millioris allegatione,inserta *in d.consil.R. Rouit. lib.* 2.Hanc eandem sequitur opinionem,*Molfes.par.*3.*sui comment.tit.de success.ex test. quæst.* 8.*nu.*12. qui quamuis à principio valdè de illa dubitasset, audita postmodum decisione facta in supradicta causa *Reg.Rouiti*,asseruit, quod hæc decisio difficultates abstulit, eamq; propterea libenter amplexus fuit.

70 Vndè pro absoluto prorsùs remanet, quod quoties ingressus non condidit testamentum , vel si eius dispositio primo loco facta à Monasterio infringatur,tunc proximiores à Consuetudinaria bonorū me-

71 medietate excludantur. Idquè solùm nõ posse procedere mihi nimis iustum videtur, eo casu, quo scilicèt ingrediens relicta Monasterio aliqua bonorum portione in extraneorum beneficium de reliquis antè ingressum disposuisset; tunc enim proximiores agnati minimè excluduntur à præfata medietate antiquorum bonorum, ea ratione, quia non rumpitur testamentum, cum Monasterium suam cõsequatur portionem, iuxtà *tex. in d. auth. si qua mulier, C. de Sacros. Eccles.* vt etiã admonet *Consil. Prouenzal. in d. eius obseruat. 2. à n. 9. cum seqq.*

72 Idcircò ad id, quod diximus *n. 63.* dato ingredientis testamento, condito ante ingressum, illud scilicèt statim irritum fieri per ingressum, ex *Napodano*, & alijs; discedendum haud puto à communi distinctione illa: nimirùm, si in testamento fuerit verè cogitatum de ingressu, etiã si longo interuallo esset factum antè ingressum, vel præsumptiuè, vt quando est factũ occasione ingressus, vel paulò antè, vel si aliquid Monasterio fuerit relictum, & tunc testamentum non infirmatur per subsequentem ingressum. Si verò testamentum longo temporis interuallo reperiatur conditum antè ingressum, & testator in illo de monacatu aliquam non fecit mentionem; & tunc reuocatur per subsequentẽ ingressum, & professionẽ ingressi: ità *Bartol. in d. auth. si qua mulier, n. 3.* vbi *Bald.* & *Castrens. C. de Sacros. Eccles. Dec. in cap. in præsentia n. 260. de probat. Facchin. lib. 6. contr. iur. cap. 14. & 15.* vbi hoc fusè pertractat *Horat. Montan. d. contr. 46. n. 4. ver. sed verius est, R. de Marin. d. cap. 150. à n. 9. vsq. ad 13. in fin. Cõs. Prouenz. d. obseruat. 2. n. 14.*

73 Dubitandum igitur quòad præsentẽ controuersiam solùm remanet: an ambigua illa *Napodani verba, in d. Consuet. Si moriatur, versic. sed quid si ingrediens n. 9.* communem hanc, vel potiùs contrariam, fauore nempè proximiorum, amplecti videantur opinionem. *Napodanus* etenim, vti Antesignanus in nostrarum Consuetudinum explicatione, antè om-
74 nes hanc tangit quæstionem *loc. cit.* ibiq; disputato articulo, quamuis concludere prima facie videatur, quòd si ingrediens Monasterium non habeat filios, sed tantùm aliquos proximiores, & absquè vlla dispositione professionem emittat, tunc excludantur consanguinei, & proximiores agnati ab omnibus bonis ingressi,
75 etiam subiectis Consuetudini; cum Monasterium illis omninò preferatur in successione, ex rationibus suprà ponderatis: nimirùm, quia sibi quasi filius agnascitur, per *d. auth. si qua mulier, C. de Sacros. Eccles. & auth. de Monach. §. cogitandũ coll. 1.* & quia Monachus se, suaq; bona Monasterio dicauit, vt in *d. auth. Ingressi.* Secùs autem, si ille disposuisset anteà inter viuos, iuxtà *tex. in d. auth. de Monach.*
76 *§. illud.* Nihilominus ipse *Napodan.* ibid. pro contraria opinione, quod scilicèt nõ excludantur isti proximiores, tria affert argumenta, quæ posteà non resoluit: ibi enim sic ratiocinatur. *Licèt videatur arg. contra. Primò, quia medietas debetur proximioribus, vt debita iure naturæ, quia iure Consuetudinis, quæ est altera natura, ff. ad Macedon. l. 1. in princ. ff. de lib. & posth. l. si quis posthumos 1. resp. Ergò ipsa primò curari debet; vt dixi in Consuet. filius fam. in glos. possunt; Et quia non excludit fideicommissarium, vt est dictum; Et quia Monasterium non debet esse causa defraudationis.* Et hactenùs *Napodan.* ex cuius verbis elicitur, non recessisse à prima opinione, vt pariter aduertunt *Præs. de Frauch. in d. decis. 40. & Montan. d. contr. 46. sub n. 1.* vbi ait quod dùm *Napodan.* posita prius affirmatiua sententia, quod excludantur scilicèt proximiores, subdit postea, *licet videatur argumentũ*
77 *contra*, illam non mutat ex hoc, nec negatiuam amplectitur opinionem, sed potiùs residet cum prima in beneficium Monasterij; nam dictio illa *licèt* exponitur pro *quamuis*, quæ est causatiua, non verò aduersatiua, vt *in l. si maritus, ff. famil. hercisc. l. si finita, §. ex hoc, ff. de damnat. infect. cum simil.* Et sic à cõclusione, primò loco posita per hæc verba subsequentia *Napodan.* minimè recessisse supponitur; eò magis, quia argumenta non sunt

sunt tanti ponderis, vt possint eius primum reuocare intellectum, prout breuiter ostendere conabor. Nàm dùm *Na-*
78 *podan.* etiam quoàd primam opinionem dubitatiuè loquutus est per verbum *videtur, quod sic &c.* & non resoluit argumenta secundæ opinionis, in vtraque idcircò fuisse perplexus videtur. Idq; mihi nunc ansam præbet, huius articuli veritatem excogitandi, quæ licèt à nonnullis fuerit cognita, à nemine tamen obiectionum euersione fundata reperitur.

Quapropter calamum dirigẽs ad *Napodani* argumenta, quæ pro secunda põderauit opinione, illa haud obstare, ac faciliter resolui posse, demonstrabo.

79 Et primò non obstat primum: scilicèt, quod hæc bonorum consuetudinatia medietas debeatur proximioribus, vt debita iure naturæ, quia præcipitur dari à Consuetudine, quæ est altera natura; Nàm propositio prędicta, quamuis sit vera in descendentibus; in collateralibus tamen, ac in cæteris proximioribus, quibus præfata medietas in liberorum defectu tantùm debetur, minimè verificatur, sicq; est potiùs prouisio merè legalis, & positiua, vt asserit idem *Napodan. ibid.* & alibi.

80 Secundò nõ obstat, quod Monasteriũ non excludat fideicommissarium in substitutione, *si sine liberis decesserit*, cũ Monasterium dicatur solùm filius ciuilis;
81 Nàm licèt hæc conclusio fuisset satis dubia, & controuersa, tàm de Iure canonico, quàm ciuili, vt *in cap. in prǽsentia* vbi omnes ferè DD. *de probat. n. 13. & seq.* & *in §. sed, & hac præsenti, auth. de Sacrosf. Episcop. auth. nisi rogati,* C. *ad Tre-*
82 *bell.* nunc verò est valdè recepta, & communior sententia fauore Monasterij, ex quò loco filij habetur; & sic fideicõmissi, aut substitutionis conditio illa *si sine liberis decesserit*, in totum euanescit, prout docent *Peregrin. in suo tract. de fideicomm. art. 18. n. 58. Fusar. de subst. quæst. 429. n. 8. Præs. de Franch. decis. 469.* & latiùs *decis. 29. sub n. 2.* Al ijq; quos post antiquiores congerit *Gratian. discept. forens.*
83 *cap. 305.* Quæ opinio limitatur tantùm, quandò substitutio reperitur facta expressè fauore descendentium à testatore: vel propter agnationis, & familiæ conseruationem, his, & similibus nimirùm verbis, si sine filijs legitimis, & naturalibus, ex legitimo matrimonio, vel ex suo corpore natis grauatus decesserit. Excluditur namq; Monasterium tali casu, & nõ substitutus, quia constat de enixa testatoris voluntate, circà exclusionem filij legalis, & ficti, vt est monasterium; & manifestè apparet, testatorem voluisse, semper tali casu substitutum cæteris præferri, vt fusius infrà *contr. 42.* demonstrare curabimus.

84 Neque demùm obstat, quod tertiò in contrarium ponderauit *Napodan.* scilicètquod, Monasterium non debet esse causa defraudationis eorum, quibus Cõ-
85 suetudo defert medietatem bonorum gentilium suorum; Nàm Monasterium vtitur iure suo, nempè, vt bona ingressi sequantur personam domini, qui subijciendo, & dedicando eius personam Monasterio, per professionem ibi emissam vnà simul, & bona dedicasse, pręsumitur, reiectis prorsùs conditionibus, sub quibus fuerunt illa sibi quæsita, vt ex *d. Auth. Ingressi, §. hoc præsenti* & *d. cap. in præsentia*, in imis apertè colligitur.

Ità ergò profligatis obiectionibus, quæ *Napodani* authoritate ex aduersò fieri poterant; nè amplius odioso multiloquio, Lectoribus molestiam pariam, nùnc, vt promissa pleuè seruentur, ad sequentem controuersiam me conuerto.



CON-

CONTROVERSIA. XXXXI.

Monasterium, an vero Proximiores, eo penitus excluso, succedant Nouitio, ante professionem scilicet decedenti, ab intestato, vel ex testamento, saltem quoad portionem, eis debitam vigore Consuetudinis?

SVMMARIVM.

1 *Proximiores an succedant Nouitio, decedenti antè emissam professionē, in medietate eis debita ex dispositione Consuetudinum, an potius excludantur à Monasterio?*

At cum duplici modo alicui succedatur; idcirco diuiditur Quæstio inter nouitij successionem ab intestato, & vigore testamenti, vt à n. 18. & 20. & 43.

2 *Nouitius intrà professionis annum non est verè religiosus, sed tanquam laicus reputatur, & n. 8. & 22.*

Retinet interim plenum suorum bonorū dominium, durante probationis anno, n. 3. & beneficium etiam ecclesiasticum, quod statim per professionem amittit, num. 4.

Habet testamenti factionem actiuam, & passiuam, etiam si sit de Fratribus minoribus S. Francisci, n. 5.

Nec amittit feudum, nisi professionem emiserit, n. 6. vel donec feudi quæstio à Domino mota fuerit, n. seq.

3 *Religiosus cum effectu censeri non potest ille, qui Religionem ingreditur; sed ille, qui tacitè, vel expræsè professus fuit.*

4 *Religiosus nequit beneficium possidere; Nouitius verò durante probationis anno beneficij ecclesiastici dominium retinet, & facit fructus suos.*

5 *Ecclesiasticum beneficium potest Nouitio etiam de nouo conferri, cum non sit verè religiosus.*

7 *Feudum amittitur per Feudatarij professionem, non verò per simplicem Religionis ingressum.*

8 *Nouitius ex eo potissimum dici debet secularis, quia repugnat eodem tempore, esse ecclesiasticum, & feudum, cum alijs bonis, possidere.*

9 *Miles Christi, qualis est Religiosus, non dicitur ille, qui adhuc est miles seculi, qualis est Feudatarius.*

10 *Nouitius ex eo, quia gaudet Foro, & Canone,* si quis suadente diabulo, *quòd dicatur propterea religiosus, aliqui asseruerunt.*

Contrarium verò est verius, vt n. 11. & rationibus suadetur à n. 12. & 14.

13 *Religiosus quis efficitur tantùm per professionem, & per tria religionis vota; nec aliter.*

14 *Nouitius non ligatur oneribus Regularium; Nec subiacet præceptis, ac censuris Religionis, vt n. 15.*

16 *Nouitij non tenentur diuinum officium recitare; quemadmodum non coguntur adire superiorem regularem pro obtinēda absolutione à casibus reseruatis.*

17 *Nouitius potest confiteri cuicumque ab ordine approbato à superiore regulari.*

18 *Proximiores, & non Monasterium succedunt Nouitio, decedenti ab intestato ante professionem. Et ità iuxtà communem DD. sententiam, decisum traditur, etiam in Cur. Archiep. Neapol. n. 19.*

20 *Nouitius, qui ante professionem, seruata forma* Concilij Tridentini *disponit, an possit eius proximiores defraudare in medietate debita vigore Consuetudinis?*

Et quòd possit, si disponat in beneficium Monasterij, in quo professionem vult emittere, concluditur n. 25. & suadetur ratione num. 26.

Secus verò, si extraneorum fauore disponat; nàm tunc eius testamentum infringi potest per proximiores quoad medietatem, ipsis debitam, virtute Consuetudinis. Ratio apparet. n. 29. & seq.

Idq; etiā procedere, ostenditur, quāuis nouitius disposuisset anteà irreuocabiliter inter viuos, vt à n. 31. cum seqq. vsq. ad n. 42.

21 *Nouitij dispositio quocumq; modo fiat, vltima voluntatis naturam sapit, quia est reuocabilis quousq; non emittatur professio, cuius intuitu fit.*
Idcireò est hic regulanda secundùm dogmata nostrarum Consuetud. *& n.* 30.
23 *Nouitij cũ effectu non censentur religiosi, donec tacitè, vel expressè professi non fuerint.*
24 *Fraus fit legi, vbi fit quod fieri noluit lex.*
32 *Donatio, cessio, vel renunciatio, quam alicui facit Nouitius, licèt sit actus inter viuos, dubitari tamen non potest, quin potius vltima voluntatis naturam sequatur, cum sit reuocabilis, quoties professio annullatur, aut suum non sortitur effectum. Vt n.*34.36.37.38.*&* 39.
33 *Nouitius, dum vult professionem emittere, se ciuiliter moriturum cognoscit.*
35 *Professio dicitur mors ciuilis, & spiritualis.*
36 *Monachus, professione declarata nulla, & inualida, aut si de licentia Summi Pontificis Religionem relinqueret, num recuperaret eius bona donata, vel renũciata ante dictam professionem?*
40 *Obligatio est iuris vinculum, quo necessitate adstringimur ad alicuius rei solutionem.*
41 *Dispositio vltima voluntatis non inducit obligationem disponentis, qui, eius morte non sequuta, ad libitum illam reuocare potest.*
44 *Proximiores, infringentes, quòad consuetudinariam medietatem, testamentum factum in extraneorum beneficium ab ingredienti Monasterium, vel quemlibet aliam eius dispositionem, etiam inter viuos, conflito de fraude: an expectare debeant mortem naturalem ipsius ingressi?*
Negatiuè respondetur contrà Molfesij *opinionem n.*45.*&* 53.
*Imò sic nouissimè decisum traditur n.*57.
46 *Legitima debetur filijs statim emissa professione patris ingressi, non autem est expectanda eius mors naturalis. Et hæc est communis, & verior sententia, vt n.*50. 51.*&* 52. *vbi ità pluries per* Rot. Rom. *decisum fertur.*
47 *Filius fictus non est preferendus filio vero, legitimo, & naturali.*
48 *Monasterium, iniquum est, quod statim capiat bona ingressi, & illius filijs legitimam non tradat.*
49 *Mulier, & vir monasticam vitam eligentes, possunt in eorum vita, filijs legitimam assignare.*
51 *Liberorũ potior est causa, quàm Ecclesiæ. Et propterea potius est filijs, quàm Ecclesiæ fauendum, vt n. seq.*
54 *Ratio naturalis suadet, & id rectè disponit, quod per leges non reperitur prouisum.*
55 *Rationem sufficit allegare, vbi legem non habemus.*
56 *Proximiores non debent esse deterioris conditionis instituti, qui ex facto hominis ad defuncti hereditatem admittitur, dum illi vocantur virtute Consuetudinum.*

ARGVMENTVM.

Consuetudines Neapolitanæ, ex quibus libera disponendi facultas in vltima voluntate Ciuibus refrenatur, quòad medietatem bonorum antiquorum, fauore proximiorũ ex eo latere, vndè illa obuenerunt disponenti, sigillatim differitur, vtrùm comprehendant etiam Nouitios, de bonis suis antè professionem disponentes, seruata forma *Sacros. Concilij Trident.* in beneficium Religionis, vel cuiuslibet extranei, etiam per actus inter viuos.

Item, Nouitio ab intestato decedenti, àn Proximiores omninò succedant, excluso prorsus Monasterio, diffusè examinatur. Et pro affirmatiua opinione concluditur; quia in omnibus tanquam laicus reputatur ille, durante probationis anno, in quo suorum bonorum, etiam feudalium dominiũ retinet. Sed

Sed non esse mortem naturalem ingressi expectandam, ad hoc, ut proximiores eorum consequantur portionem uigore Consuetudinum; imò statim emissa professione eis illam deberi, prout etiam filijs debetur legitima, tandèm animaduertitur, & de recenti ità per S.C. decisum fertur.

1 
Ouitio, antè emissam.s.professionem decedenti, vtrùm succedant Proximiores agnati, & cognati, saltem in medietate debita per nostras Cõsuetudines, vel potius Monasterium eos penitus excludat (superioris Controuersiæ solutis iam difficultatibus, quòad Monachos professos) nunc perpẽdere, vt supra promisimus, non parum confert. Et quia dupliciter alicui succedi potest, nẽpè ab intestato, aut ex testamento; Idcircò, vt veritas in vtroquè casu hic magis elucescat, non abs re distinctione vtor; & priùs quid sit dicendum, si Nouitius intestatus decesserit, quid postea, dato illius testamento, demonstrare conabor, vt meos sensus sigillatim aperiam.

2 Sed cum extrà dubium sit, Nouitium intrà probationis annum ad professionẽ emittendam, non dici verè religiosum; reputari ergo debet tanquam laicus; Nã licèt religionem quis ingrediatur, religiosus cum effectu censeri non potest, nisi tacitè, vel expresè professus sit, vt ex pluribus probat *Ricc.decis. Cur. Archiep.* 252.*par.*2.& apertè statuit summus Põtifex in *cap.Religioso*,§.*fin.de sent. excom. in 6.*ibi: *Quamuis autem is, qui religionem ingreditur, religiosus censeri cum effectu non possit, donec sit tacitè, vel expresè professus; Si quis tamen violentas manus in eum injciat, excomunicationis latæ à*
3 *canone vinculum non euadit*. Retinet nãquè nouitius plenum suorum bonorum dominium, durante probationis anno ad deliberandum, si velit mutare statum laicalem, vt habetur ex decreto Sac.Cõcil. Trid. *sess.* 25. *cap.*16.dum exeunti è Monasterio, mandat, restitui omnia, quæ
4 sua erant. Item possidet interim beneficium ecclesiasticum, facit fructus suos, illiusq; domininm etiam retinet, prout antè religionis ingressum, quod statim amittit, professione demùm sequuta, ex eo, quia religiosus nequit beneficium possidere, *ad text.in cap.beneficium,de regul.iur.in 6.Sanchez lib.*7.*cap.*4.*n.*2.*Scãzan. cap.* 2. *à nu.*21. *cum seq.*quos refert *Maran.resp.iur.lib.*1.*resp.*56.*n.*13. ideò-
5 què, cum non sit verè religiosus, potest eidem ecclesiasticum beneficium de nouo etiam conferri, vt testatur *Ricc.in praxi, par.*4. *resol.*244.*&* 247.*nu.*2. Rursùs habet testamenti factionem actiuam, & passiuam, etiam si esset de Fratribus minoribus Sancti Francisci, vt docet *D.R. Tap.in repet.Auth.Ingressi, cap.*1.*nu.*48.
6 *&* 49.*& c.*20.*n.*3.4.*&* 5. Vlteriùs, Nouitius non amittit feudum, nisi professionem emiserit; vel saltem retinet dominium, donec feudi quæstio eidem à Domino mota fuerit, *ad text.* expressum *in cap.*1.§. *Quod clarius, si de feud. defun.*
7 *contr. sit.* Vbi feudum per professionem amitti sancitur, non verò per simplicem feudatarij ingressum; sic etiam ratiocinantur, *Cuman. cons.* 107. *Felyn. in cap. inter dilectos, sub n.*3. *de fid. istrum. Capyc.in inuest. feud.fol. mihi* 63.*col.*2.*vers. aduerte tamen*, *Menoch. de arbitr. Iud. cas.*231.*num.*13.& latè *Vrsin. de success. feud. par.*1.*quæst.*9.*art.*2.*sub n.*15.*vers. Idem profitetur.* licèt contrarium teneat *Reg.de Pont. in tract.de potest. Proreg.tit. de assens.Reg.* §.4.& *in eius decis.* 4. nam iuxtà priorem opinionem per Reg.Cam.
† & Collat. Consil. in causa Io: Baptistæ Cenci Romani cum Reg. Fisco, decisũ tradit *Montan.contr.*46.*sub n.*12. Vndè, si Nouitius, durãte probationis anno, retinet etiam feuda, quorum est incapax Clericus, & Religiosus, *cap.qui Clericus tit.si de feud.defunct. milit. contr. sit*, *& cap.*1.*de milit. vers.qui arma bell. depos.*
8 infertur quidem, ipsum Nouitium sæcu-

larem esse, potissimùm ex eo, quia repu-
9 gnat eodem tempore, esse ecclesiasticũ,
& feudum possidere: imò dici eodem tẽ-
pore militem sęculi, qualis est Feudata-
rins, & militẽ Christi, qualis est Religio-
sus, vt habetur in *d.c.1.de militevassallo.*
10 Et quamuis DD. àliqui contrarium
asserant, nouitium scilicèt esse verè re-
ligiosum, ea ratione, quia gaudet illo
priuilegio Fori, & Canoni, *si quis suaden-
te diabulo* 17.*quæst*.4.ex *tex.in d.cap.Re-
ligioso*, §.*quamuis, de sent.excom. in* 6.Ta-
11 men istorum opinio non est recepta, vt
admonent *Ias.in auth.si qua mulier*, *nu.*
59. *C. de Sacros.Eccles.*& *Farinac.*quem
tradit *Ricc. decis.* 119.*par.*2.*Xuar.alleg.*
20. *nu.* 29.*Consil.Pascal. de vir.patr.pot.
par.*1.*cap.*3.*nu.*92. magistraliter *Horat.
Montan.contr.*46.*à nu.* 10. *cum seqq.*vbi
plenè eisdem respondet, & *R. Capyc.La-
tr.decis.*118.Nam priuilegia illa canonis
12 & fori, tanquam concessa iure speciali,
firmant regulam, vt quòad omnia alia
dicatur nouitius vti secularis persona, si-
cut optimè cõsiderauit *Cost.in d.cap. Re-
ligioso n.*4.& *Gemin. in cap.* 2. *nu.* 12.*de
reg.iur. in* 6.inquit, exceptis casibus præ-
dictis, nouitium quòad reliqua secularẽ
reputari, & eum sequuntur *Campanil. in
diuer.iur.canon.rubr.*12.*cap.*3.*nu.*29.*Ge-
rund.de Episcop.lib.*1.*cap.*1.*disp.* 1.*sub n.*
14.*versic.respondeo, Guttier.canon. quæst.
lib.*2.*c.*1.*n.*107.*Ricc. in praxi lib.*2. *resol.*
419.*& lib.*4. *resol.* 260. Religiosus enim
13 efficitur quis tantùm propter professio-
nem, & per tria religionis vota, nec aliter
*Laim.tract.*4.*lib.*5.*par.*1.*n.*7.*Frãc. Mar.
decis.*62.*n.*20. Sicq; nouitius antè profes-
sionem dicitur, velle fieri monachum; &
proindè, cum possit habitum dimittere,
& à pristina voluntate recedere, eo tem-
pore reputatur prorsùs sæcularis; ità
14 quod nõ ligatur oneribus Regularium,
vt *in Sylu.in summa, verb. Reglgio, il* 5.
15 *quæst.*6.nec subiacet præceptis, àc cen-
suris religionis, vt *in Silu.ibid.Armill.in
summa, verb.Nouitius nu.*17.*Argel.n.*18.
*Henriquez in summa lib.*7.*cap.* 23. §. 7.
16 *Graff.cons.*8.*n.*8. Et tandem non tenen-
tur Nouitij Diuinum officium recita-
re; sicuti non coguntur adire superiorem
regularem pro obtinenda absolutione
casus reseruati, vt cogitur professus,
*Graff.in append.cap.*7.*nu.*69. *lib.* 1.*Ema-
nuel Sà, in suo opere, verb.casus reseruati.
Homo bonus in tract.de cas.reser.cap.* 32.
*par.*1.*Nald.in summa, verb.Nouitius nu.*
17 7.Et quod possit Nouitius etiam confi-
teri cuicumq; ab ordine approbato à su-
periore regulari, ex *Megala, Rodr.*& alijs
docet *Dian.resol.moral.tom.*1.*par.*1. *tra-
ct.*6.*resol.* 27.
18 Quibus igitur ità positis, omnis euane-
scit difficultas, quòad primũ huius quę-
stionis caput, quòd scilicèt Nouitius, qui
pro Laico habetur, si è viuis decedat,
nulla de bonis suis peracta dispositione,
sibi quidem succedãt agnati, vel cogna-
ti ab intestato venientes, non autem Mo-
nasterium, prout ex ore *Ias. in d. auth. si
qua mulier in fin.nu.*58.*C. de Sacros. Ec-
cles.& Lucæ de Penna in l.stigmata col.* 2.
*in fin.C.de fabr. lib.*11.loquuntur in ter-
minis nostrarum Consuetudinũ, *Camill.
Salern.in Consuetud.Si moriatur, in addit.
incip. quid si ingressus, fol.* 76. *Consil. Io:
Bapt. Melior*, optimus noster consuetu-
dinista, cuius est *cons.*28.apud *D.R.Rouit.
lib.*2.*P.Molfes.in addit. ad qu.* 64.*sui cõ-
ment.n.*2.*par.*4.*tom.* 2.*D. Reg. de Marin.
tom.*2.*resol.iur.c.*150.*n.*2.*&* 3.*Ricc. var.
resol.cap.*138.*Montan.d.contr.*46.*n.*12.
*in fin.*Alijq; traditi per *D.Blasium Altim.*
19 *ad Rouit.consil.*27.*n.*7.*lib.*2.Et quod Mo-
nasterium omninò per Nouitij proxi-
miores excludatur in successione ab in-
testato, ex alienigenis docent *Abb.in
cap.in præsentia, de probat. Syluester in
summa verb.Religio, quæst.*12.*Azor.lib.*
12.*instit.moral.cap.*3.*lit.D.Honded.cons.*
44.*nu.*1.*vol.*1.& *Menoch.cons.*396. *nu.*3.
quos pariter refert *Altimar. vbi sup.* Et
ità fuisse decisum testatur in Curia Ar-
chiepiscopali Neapol. *Ricc. d. resol.*138.
& vide *Bottilier.theor.* 72.*n.*5. *de success.
ab intest.*
20 Vrget tantùm quòad secundum caput
nùnc difficultas: an scilicèt Nouitius,
antè emissam professionem, seruata for-
ma Sacros. Concilij Tridentini disponẽs,
pos-

possit de medietate, debita vigore Consuetudinis, proximiores fraudare, ità vt si moriatur, illi ab hęrede instituto prorsus excludantur?

21 Vrget inquam principaliter, quia dispositio illa quocumq; modo fiat, vltimę voluntatis sapit naturam, cum sit reuocabilis quousquè non fuerit emissa professio, cuius intuitu fit, vt *in sess. 25. Sac. Concil. Trident. d. cap. 16.* subijciturq; per consequens nostris Consuetudinibus, de successione testata loquentibus, respectu medietatis antiquorum bonorum proximioribus addictæ.

22 Vrget etiam secundò, quia si in omnibus, vt annuimus, Nouitius reputatur tāquam Laicus, vt ex *d. cap. Religioso, §. fin. de sent. excom. in 6.* vbi habetur, quod Nouitij non possint cum effectu censeri religiosi, donec tacitè, vel expressè pro-
23 fessi non fuerint, & *ex d. cap. beneficium de regular. in 6.* vbi permittitur Nouitio infrà annum probationis facultas, retinēdi Ecclesiasticum beneficium, quod Religiosis interdicitur. Meritò, vt talis, nostris videtur astringi Consuetudinibus, & sic disponendo illarum dogmata seruare tenetur; aliter eius dispositio infringi potest, saltem quòad medietatem bonorum,
24 quę ab Ascendentibus prouenerunt; Nā fraus fit legi, vbi fit quod fieri noluit lex. *L. fraus, l. ius singulare, & l. quod vero, ff. de legibus.*

Hæc, & similia ad propositum proponerem, imò sufficeret dicere, ità disponitur per nostras Consuetudines, exordientes, *Si aliquis moriens*, & *Et si testator, de success. ex test.* nisi in tali articulo etiam ad distinctionem esse recurrendum, existimarem.

25 Vndè obseruare, non parum prodesse, censeo, pro præsentis Controuersiæ resolutione; quod aut Nouitius disponit in beneficium Monasterij, in quo vult professionem emittere, & in hoc casu Proximiores excluduntur, & Monasterium capit omnia bona, ex dispositione iuris
26 *auth. Ingressi, C. de Sacros. Eccles.* ea ratione, quia si Nouitius non disposuisset, & intestatus decessisset post professionē, adhuc Monasterium exclusisset eos, vt
27 discussum est suprà in *praced. controuer. 40.* Sicq; dispositio fauore Monasterij facta, resoluitur in non titulum, & habetur, ac si facta non esset, argumento *cap. 1. §. & si libellum, de alienat. feud. pat.* in quo casu procedere decisionem *D. Reg. Rouiti*, relatam in *consil. 27. n. 4. lib. 2.* nec aliter, perbellè obseruat *Montan. d. contr. 46. signanter n. 6.* cui adscribitur socius *D. R. de Marin. d. cap. 150. n. 4. circà fin.* cum alijs suprà citatis *d. contr. 40. num. 68. & 69.*

28 Aut verò disposuit Nouitius in beneficiū aliarū personarū, ex eo, quia ingressus fuit Monasteriū successionis incapax, vel quia sic ei placuit; & tunc proximiores agnati, aut cognati venire quidem
29 poterunt aduersus hanc dispositionem, saltem respectu consuetudinariæ medietatis, seruata forma nostrarum municipalium Sanctionum, quibus Nouitius, vti merè Laicus omninò subijcitur, eiusq; propterea testamentum, vti factum in fraudem Cōsuetudinis, statim per proximiores infringetur, quemadmodum ad-
30 uertit *Montan. loc.* sępè *cit.* ea potissimùm ratione, quia huiusmodi dispositio, tanquam actus vltimæ voluntatis, est regulanda secundùm regulas *Consuetud. Et si testator.*

31 Idq; pariter dubio procul procedere, cum *Montan. loc. cit. n. 13.* asseuerat *D. Reg. de Marin. tom. 2. suar. resol. d. cap. 150. n. 5. 6. 7. & 8.* quamuis ipse Nouitius disposuisset irreuocabiliter inter viuos, ex eo, quia euidēter appareret fraus in dicta dispositione; quæ licèt actus dicatur inter viuos, dubitari tamen non
32 posse videtur, quin potius vltimæ volūtatis naturam sequatur, cum sit reuocabilis, quoties professio annullatur, vel
33 suum non sortitur effectum. Nouitius enim emittere dum vult professionem in Religione aliqua, se ciuiliter moriturum cognoscit, vndè per donationem, cessionem, renunciationem, vel per testamentum de bonis suis disponit, quod proprium est morientium, sed seruata forma decreti Sacr. Concil. Trident. *in d. cap. 16.*

16. vbi sancitur, quod dispositiones fa-
34 ctæ per Nouitium iuxtà decretum præ-
dictum, suum non sortiantur effectum,
nisi sequuta professione, quæ quousquè
non fuerit facta, semper quęlibet Noui-
tij dispositio cēsetur reuocabilis, quia fit
intuitu emittendæ professionis, quæ di-
35 citur mors ciuilis, & spiritualis, *l. Deo
nobis* C. *de Episc. & Cler.* cum vulgatis
alijs.

36 Hinc etiam *Abb. in cap. quod à te, n. 4.
versic. si verò fecerit professionem, & n. 5.
versic. secundus casus, & vers. expressè cō-
tulit, & n. 8. vers. alij dexerunt, & vers.
secus, extrà de cler. coniug.* ac *Rebuff. de
priuileg. Scholar. priuil. 63. n. 2.* dixerunt,
quod si post Nouitij dispositionem, pro-
fessio non sequatur, vel si indè sequuta,
fuerit declarata nulla, & inualida, sicque
de licentia Summi Pontificis professus
exiret à Monasterio, tali casu recupera-
ret bona donata, vel renunciata intuiru
professionis emittendæ; quia finalis causa
præfatæ dispositionis est professio, ex qua
37 oritur incapacitas habendi dominium
bonorum; quod obstaculum quocūque
modo tollatur, resoluitur meritò dispo-
sitio, facta ob causam iam resolutam, &
bona recuperantur, vt ait *Montan. vbi su-
pra, n. 14.* vbi Aduersariorum obiectioni-
bus plenè satisfacit.

38 Si itaquè vltimę voluntatis naturam
habent Nouitij dispositiones, etiam si
sint donationes, renunciationes, & simi-
lia, dùm fiunt intuitu emittendæ profes-
sionis, quæ si nō sequatur, vel propter in-
ualiditatem, habeatur ac si nō esset facta
l. 4. §. condemnatum, ff. de re iud. statim re-
uocantur, prout decreuit Sacr. Concil.
Trident. per verba vniuersalia, scilicèt;
*Quod nulla renunciatio, aut obligatio, fa-
39 cta in fauorem cuiuscumq; personæ, etiam
causæ piæ cum iuramento, sertiatur effe-
ctum non aliter, nisi sequuta professione;*
quibus comprehendere voluit etiam cō-
tractus de sui natura irreuocabiles, vt est
pręsertim donatio inter viuos, dum di-
xit, *aut obligatio*; Est enim obligatio iu-
ris vinculum, quo necessitate astringimur
40 ad alicuius rei solutionem, *Instit. de obli-
gat. §. 1.* dispositiones verò vltimæ volū-
tatis non inducunt obligationem dispo-
41 nētis, quia eius morte nō sequuta, ad li-
bitum reuocari possūt *l. 4. ff. de adim. leg.*
sicq; illis in verbis, *nulla renunciatio, aut
obligatio*, cum comprehendantur omnes
obligationes, seù contractus, vt declarat
Barb. de diction. dict. 195. Sequitur ergò
ex hoc, vt omninò subijciantur nostris
consuetudinibus præfatę dispositiones,
42 factæ in extraneorum beneficium, & nō
Monasterij, cum manifestam fraudem
continere videantur; sicuti post *Montan.
d. cōtr. 46.* asserit *D. Reg. de Marin. d. cap.
150.* à quorum opinione minimè in con-
43 tingentijs recederem; hac tamen distin-
ctione, quod si Nouitius disposuisset in
beneficium Monasterij, in quo professio-
nem emittere cupit, & tunc proximiores
haud auocabunt à Monasterio bonorum
antiquorum medietatem; si verò in
extraneorum beneficium disposuisset,
& tunc eius dispositio infringetur per
agnatos, vel cognatos quòad hanc me-
dietatem, seruata forma nostrarum Con-
suetudinum, quibus Nouitius, vt Laicalis
persona subijcitur, quoties intuitu pro-
fessionis emittendæ in fraudem proxi-
miorū disponit, tàm per contractus inter
viuos, quia vltimæ voluntatis, cum om-
nes (vt diximus) censeantur reuoca-
biles quousquè non sequatur pro-
fessio in eodem Monasterio, quod siuè sit
capax, siuè successionis incapax, semper
Nouitij dispositio, facta in beneficium
extranei reuocari poterit, quòad con-
suetudinariam medietatem per proxi-
miores, quorum fauore, liberis deficien-
tibus, fuerunt introductæ Consuetudines
de successione testata, & intestata loquē-
tes, vt sepè repititum est.

44 Verùm à prædictis non discendendo,
videndum deniquè superest, præsenti oc-
casione: àn in casu, quo proximiores in-
fringerent testamentum, in extraneorum
beneficium factum à Nouitio, siuè ab in-
gredienti Monasterium, respectu medie-
tatis eis debitæ, prout diximus, vigore
Consuetudinis; vel venirent aduersus
quālibet aliam illius dispositionem, etiā
in-

inter viuos, in qua manifestè fraus appareret: deberetur, inquam, hæc medietas statim post emissam professionem, aut verò esset expectanda mors naturalis ipsius ingressi, & interim hæres institutus, vel potiùs Monasterium, capax saltem in communi, vsumfructum istius medietatis caperet?

45 Et quod mors naturalis ingressi requiratur, adhoc vt proximior in consuetudinaria medietate succedat, quamuis, circà propria commoda laborans, probare contrà communem nostratum sententiam, conetur *R.P. Molfes. d. par. 3. sui comm. quæst. 8. à num. 26. vsq; ad fin.* Mihi verò contrarium magis arridet: non solũ, quia communis etiam, & verior illa est
46 opinio, vt scilicèt filijs legitima, iure naturæ eis debita, statim quæratur post emissam professionem eorum parentis, non autem sequuta morte naturali illius, ex notatis per *Gloss. in §. illud quoq; in verb. detur, auth. de Monach. coll. 1.* & magis expressè *in cap. cum simus de regul. & Monach.* vbi *Gloss. in verb. & bo-*
47 *na paterna, cap. si qua mulier 19. quæst. 3.* ea ratione, quia filius fictus non debet præferri filio vero, legitimo, & naturali; Imò iniquum est, vt Monasterium statim capiet omnia bona ingressi, absq; eo, quod
48 eius filijs legitimam tradat. Quod confirmatur authoritatibus *tex. in supra tit. auth. si qua mulier, C. de Sacros. Eccles. auth. de Sanctiss. Episc. §. si qua mulier, coll. 9. & §. si qua mulier 19. quæst. 3.* ex
49 quibus colligitur, mulierem, & virum monasticam vitam eligentes, & Monasterium ingredientes, si filios habeant, posse legitimam eis assignare etiam in vita. Idq; pariter suadetur dispositione *tex. in auth. de Monach. coll. 1. §. si quis*
50 *autem, vers. si verò filios*, vbi Imperator Iustinianus statuit, vt statim filijs legitimis, & naturalibus ingressi, legitima, & eius supplementum debeatur, non expectata illius morte naturali: Et tandem elicitur, *ex tex. in d. cap. cum simus*, vbi *Andr.* & *Abb.* hanc strenuè tuentur sententiam; prout inter alios pro eadem opinione militant *Bald. nouell. in suo tract. de dot. par. 4. col. 3. Couarr. 1. var. cap. 2. n. 7. de testam. Facchin. lib. 6. contr. iur. cap. 13. Caeuall. quæst. 342. Gutt. can. 99. lib. 2. cap. 1. n. 77. Crass. §. legitima quæst. 12. n. 6. Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 29. n. 7.* cũ nonnullis, relatis à *Merlin. in tract. de legit. lib. 5. tit. 3. quæst. 3. per tot.* vbi ad cõfirmationem quamplures affert rationes, & signanter, quia potior est causa liberorum, quàm Ecclesiæ, & propterea potiùs est filijs, quàm Ecclesiæ fauendum, iuxtà
51 sententiam *Diui Augustini*, ibiq; subtiliter etiam Aduersariorum confutat argumenta, & omni fundamento pro hac opinione concludit, quemadmodum sic pluries in *Rot. Rom.* decisum tradit *D. Reg. de Marin. tom. 1. resol. iur. cap. 253.* vbi casus licet fingatur in ascendente, tamen adhuc facit ad nostrũ propositum, cum in correlatiuis æqualitas primum locum
52 obtineat, *l. 2. l. quamuis, C. de imp. & al. subst.* cum similibus.

53 Sed etiam, his relictis, eadem conclusio fauore proximiorum quòad consuetudinariam medietatem, quam, veluti aliud iure naturæ debitum, statim professione emissa per nouitium, eis deberi supponimus, ex quadam naturali, euidentiq; ratione, id suadente, quod per leges non repetitur prouisum, iuxtà tradita per
54 *Bald. cons. 38. vol. 3. et cons. 233.* cuius est affecla *Affl. decis. 403. n. 8.* sufficit namq;
55 rationem allegare, vbi legem non habemus, *Gloss. in cap. ex eo, in verb. rationis, de elect. in 6.* & *Gloss. in cap. consuetudo dist. 1.* sed espressè in *l. cum ratio naturalis quasi lex quædam, ff. de bon. damn. l. scire oportet, §. sufficit*, vbi *Bald.* post *Cyn.* & alios, *ff. de excus. tutor.* clarè quidem infertur; quia proximiores non debent esse deterioris conditionis instituti, qui ex facto homi-
56 nis ad hæreditatem admittitur, illiq; vocantur ex lege municipali, cui statim parendum est, propter pactum, & concordiã Ciuium, his legibus subiacentiũ. Vndè, si præsupponitur mors naturalis ingressi in benificium instituti ad hoc, vt testamentũ suum sortiatur effectum, ità pariter ad fauorem proximiorum, saltẽ ratione æquitatis, iudicare debemus, nè iniquæ videãtur

5 tur I.C.sententiæ; Prout in facto fuit nouissimè decisum, secundùm hæc breuiter
7 exharata, in M.C.V. anno 1672. & præcedente longa discussione, fuit deindè cõfirmatum decretum prædictũ in S. R. C. ad relationem Regij Consil. D. Erasmi de Ponte integerrimi Aulæ Prefecti; cuius decisionis tenor fuit: bona scil. remansa in hereditate Andreę Auletta professi in Religione Capuccinorum, eidem peruēta ex parte matris, sita intra districtũ, spectare, & spectauisse pro medietate, vnà cum fructibus à die professionis ipsius Andreę, Mattheo Marescа fratri vterino, non obstante dispositione facta ante professionem in beneficiũ Antonij Auletta, fratris consanguinei, qui ad prędictorum bonorum medietatem concurrere non poterat; vt ex processu in Banca tùnc Mag. Amenta.

Qua recenti decisione cuiuslibet difficultatis absoluta omninò remaneat quęstio proposita, dùm alteram ęquè difficilem, & controuersam discutere aggredimur.

CONTROVERSIA XXXXII.

Fideicommissi restitutioni vt locus sit: nùm sufficiat, quod grauatus de restituendo post mortem, professus sit aliqua in Religione; vel etiam tali casu expectari debeat eius mors naturalis, ità vt ipsa Religio, aut heres ingressi fructibus interim fruatur?

SVMMARIVM.

1 *SVbstitutioni, vel Fideicõmisso collato ad tempus mortis fauore descendentium, et familiæ, àn aperiatur via, statim emissa professione grauati post Religionis ingressum; vel expectanda sit mors naturalis illius, ita vt non sufficiat tantùm ciuilis?*

Contrà Fideicommissarium substinetur opinio, à n. 2. 19. & 45.

Qua vero limitatur n. 48. 51. 54. & 60.

3 *Substitutio,* si sine liberis decesserit, *non habet locum, sed omninò expirat, si grauatus fuerit professus in Religione, capaci saltem in communi; & bona spectant ad Monasterium, quia agnascitur sibi quasi filius, vt n. 5.*

Et hæc est inter DD. communis conclusio, tam de iure canonico, quàm ciuili, vt n. 5. & 7.

Verùm in duobus tantùm casibus limitatur, à n. 8. 9. & 11.

Qua limitatio procedit quòad bonorum proprietatem, & facto casu mortis naturalis ipsius grauati, vt ostēditur n. seq.

6 *Conditio,* si sine filijs decesserit, *prorsus deficit, quoties grauatus Monasterium ingrediatur, & in eo professionē emittat.*

10 *Testator, si substitutum omninò preferri voluerit, vel habuerit respectũ ad cõseruationem bonorum in Familia; tunc substitutus minimè excluditur per Monasterium, vbi grauatus professionē emisit. Et rationibus suadetur n. 12. & seq.*

13 *Monasterium vt loco filij habeatur, est quędam filiatio ficta, quæ fit legitima à lege, hoc disponente, non autem à natura.*

14 *Substitutio, quando est facta alicui, cum cõditione, si sine filijs legitimis, et naturalibus, vel ex eius corpore natis decesserit, tunc excluditur Monasterium, vbi granatus professus fuit, et substitutus admittitur.*

15 *Testatoris verba in vero, et non in ficto casu sunt intelligenda.*

16 *Testatoris voluntas in conditionibus primum locum obtinet.*

17 *Monasterium, si sit capax, durante naturali vita professi, an retineat interim fructus bonorum Fideicõmisso subiectorum; vel statim emissa professione grauati sint illa fideicõmissario restituēda? Referūtur Doctorũ opiniones fauore Mona-*

nasterij n.19.20.& ità nouiter decisum traditur n.21.

18 *Monasterium si sit bonorum incapax, statim emissa professione grauati, substitutus admittitur, non expectata illius morte naturali.*

22 *Substitutio qualibet in casu mortis non purificatur, nisi sequuta morte naturali grauati; nec sufficit eius professio in Religione capaci saltem in communi; Et quid in fideicommisso ordinato fauore familiæ. n.23.& à n.31.33. & 34. cum seqq.*

24 *Fructus bonorum fideicommisso subiectorum, si grauatus professionem emittat in Religione, omninò incapaci, quòd spectent hæredibus ab intestato, durante naturali vita istius professi, tenet* Barbat. *sed eius opinio reijcitur per* Authorem, *n.27.& 28. cum seq.*

25 Fideicommissi *in restitutione debet expectari mors naturalis grauati, nec sufficit illius mors ciuilis; & quarè n.26.*

29 *Fructus bonorum substitutioni subiectorum, quoties Monasterium non excludit substitutum, vel quia est bonorum incapax, statim cum proprietate acquiruntur substituto, nõ autẽ venientibus ab intestato, vt malè sentijt* Barbat. *durãte saltem naturali vita grauati, & nu. 30. vbi traditur in tali casu disparitas, quæ videtur esse, quando Monasterium est capax, vel successionis incapax.*

31 Peregrini *sententia, sanè peregrina, vt scilicèt fructus bonorum, fideicommisso subiectorum, spectent statim fideicommissario, post professionem grauati in Religione, quamuis capaci saltem in cõmuni, quoties testator habuit respectum conseruationi bonorum in famila, prorsùs exploditur à n.33. & de ea nulla habetur ratio.*

32 *Monasterium non valet succedere in Maioratu, fauore familiæ instituto. Sed quid dicendum de eius fructibus vita durante professi? n.35. distinctè perpenditur, & seq. n.36. & 37.*

38 *Maioratus, quando nullam habet iurisdictionem, aut dignitatẽ in se annexã, durante vita naturali Monachi, grauati de restituendo post mortem; pertinet ad Monasterium, & quarè n.39.*

Secus verò si maioratui reperiatur annexa dignitas aliqua siue iurisdictio, vt n.36.

40 *Ius aliquod substituto competere non potest in fructibus bonorum hæredis grauati, nisi post purificatam conditionem, & facto casu substitutionis.*

41 *Mors ciuilis non operatur eosdem effectus ac mors naturalis.*

42 *Fructus bonorum fideicommisso, vel substitutioni subiectorum sunt hæredis grauati, naturali eius vita durante, & nu. 43.*

44 *Dominium in fideicommissarium non transfertur, antè factam, re, verbo, vel morte, restitutionem.*

46 *Vsusfructus bonorum professi acquiritur Monasterio, saltem durante eius vita, quoties bona sunt fideicommisso subiecta.*

Sed hoc limitatur, vbi Monasterium esset bonorum incapax; nàm statim post professionem grauati fideicommissarius succederet, vt n.47.

49 *Vnusquisquè de re propria est moderator, & arbiter.*

50 *Testatoris voluntas seruari debet.*

52 *Pater duos, vel plures habens filios, si illos ad inuicem substituat, quoties eorum aliquis sinè liberis decederet; Monasterium tali casu excluditur per substitutos, non obstante professione grauati.*

53 *Filiorum fauor est naturalis, Monasterij verò dicitur ciuilis.*

54 *Pia causa, quando est substituta, admittitur statim emissa professione grauati, nõ expectata eius morte naturali. Quod tamen intellige, prout num.57.& 58.*

55 *Priuilegiatus non vtitur suo priuilegio aduersus alium æqualiter priuilegiatum.*

56 *Priuilegia conquassantur in pari causa.*

59 *Priuilegium quando iudicatur indiuisibile, quia causa est indiuidua, ex eis vnus benè vti potest alterius priuilegio.*

60 *Testator si certum quid hæredi grauato reliquisset casu, quo Monasterium ingrederetur, statim emissa illius profes-*

ßone, substitutus admitteretur, excluso penitùs Monasterio.

ARGVMENTVM.

In substitutione, vel Fideicommisso ordinato fauore descendentium ex stirpe, siuè ad conseruationem bonorum in familia, vtrùm fideicommissarius statim admittatur, emissa professione grauati de restituendo post mortem; aut verò sit illius mors naturalis expectanda, & interim, vel monasterium, capax saltem in communi, vel tertius, cui fuerit ius quæsitum, tamquam hæres ingressi, fructibus potiatur?

Difficilis prima facie licèt videatur præsens disceptatio, distinctione verò adhibita, faciliter hic resoluitur, explosis prorsùs *Peregrini*, & *Barbati* opinionibus, inter se non parum discrepantibus.

Et quod semper expectari debeat mors naturalis ingressi fauore tãtùm Monasterij, si successionis sit capax, & nõ alterius tertij, concludit *Author*, exceptis nonnullis casibus, quibus contrarium ex Testatoris voluntate argui posset, nec alitèr.

1 Onasteriũ, si successionis sit capax, àn durãte vita naturali Monachi professi, cuius bona nonnulla, vt perpetuò conseruarentur in familia, fideicommisso fuerunt à primo acquirẽte subiecta, retineat interim istorũ bonorũ fructus, ità vt tantùm, sequuta morte grauati, illa substituto, aut Fideicommissario restituere teneatur; & in casu, quo fuerit bonorum incapax, dictis fructibus potiatur tùnc hæres ingressi: àn verò statim emissa eius professione sint ipsi fideicommissario restituenda, nullaquè sit propterea mors naturalis expectãda? Difficilis quidem primo

2 aspectu, nec leuioris momenti licèt priscis videbatur temporibus hæc disceptatio; In forensi tamen Palestra de illa amplius disputandum minimè erit, cum pluribus rationibus inter eximios Iuris Peritos, omninò contrà substitutum, cui ex sola ciuili morte grauati, ex aliquibus anteà præsupponi poterat, fuisse in omnibus quæsitum ius, nunc decisa congruenter inueniatur. Quemadmodum hic euidenter demonstrare conabimur.

3 Nulli dubium est, omnibusquè nimis vulgata fuit illa Iuris conclusio, per Testatorem scilicèt, quotiès facta reperitur substitutio alicui cum simplici conditione, nimirùm *si sine liberis decesserit*, & ipse hæres grauatus Religionem aliquam, in communi capacem ingrediatur, ibiquè professionem emittat, præfata substitutio, vt prorsùs tali casu euanescat, ac intelligatur iàm defecta illa conditio à Testatore apposita, tanquam si idem grauatus cum liberis decessisset, ex eo potissimùm, quia loco filij Monasterium

4 habetur, & proindè substitutus perpetuò excludatur, etiam mortuo deindè religioso naturali morte; Sicq; in bonis hæ-

5 reditarijs, quod ipsum Monasterium, vti filius prorsùs succedat, *textus* sunt expressi, tàm de Iure Canonico, quàm ciuili, *vt in cap. in præsentia*, vbi *DD.* communitèr *extr. de probat. in §. sed*, *& hoc præsenti, auth. de Sanctiss. Episcop. Auth. nisi rogati, C. ad Trebell.* Vtroquè enim iure sancitum est, Monasterium operari

6 defectum istius conditionis, *si sine filijs grauatus decesserit*, & ex hoc, substituto præualere, vt plenè scripsit *Sfor. Odd. in suo compend. par. 6. art. 6. in 2. dubio*, quẽ sequitur *Peregrin. de fideicommiss. art. 28. n. 58. & seq. Fusar. de substitut. quæst. 429. n. 8. cum seq.* Hancq; veriorem, ac magis

7 communem esse opinionem, ex pluribus testantur *Gayll. obseruat. 136. lib. 2. num. 7. Caualcan. decis. 1. n. 1. par. 3. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 7. nu. 20. Co-*

uarr.

uarr. Var. resol. lib. 1. cap. 9. nu. 11. Soc. iun. consil. 63. n. 61. vol. 3. Dec. consil. 674. Gutier. canon. quaest. cap. 32. n. 25. & 33. n. 34. Decian. cons. 13. lib. 3. Idem *Sfor. Oddus consil. 19. n.* 19. alijquè multi, quos post antiquiores, quia cōgerit *Gratian. discept. forens. cap.* 305. & coaceruant *D. Praes. de Franch. decis. 29. Dom. Reg. Capyc. Latr. consult. 63. nu.* 6. & *D. Reg. de Pont. consil. 39. n. 7. lib.* 1. Idcircò illos breuitatis causa praetereo.

Verùm haec apud omnes cōmunis regula, quia suas patitur exceptiones, praesertim in duobus casibus; eas ergo, priusquàm ad vlteriora progrediamur, hic etiam laconicè annotare, non incongruum arbitror.

8 Animaduertendum itaquè est primò,
quod licèt nonnullos habuerit contradictores opinio illa, scilicèt: substitutum
nullatenus excludi posse à Monasterio
capaci, quòad proprietatem illorum bonorum ingressi, ac fideicommisso grauati,
quotiès manifestè pluribus ex coniecturis appareret, Testatorem voluisse, substitutum omninò praeferri; Nunc verò, vti
magis aequa, & verior, vnanimitèr in nostris Tribunalibus, ac alibi est vsu recepta. Idquè pro indublrato procedere. Secundò Doctores communitèr asseuerant,
quandò Testaror habuit respectum ad
9 conseruationem suae familiae; tunc enim
substitutus non excluditur per Monasterium, vt suprà diximus, sed ipse tali casu
Monasterium penitùs excludit, signantèr
si de testatoris descendentibus sit. Ità in
proprijs terminis loquuntur *Menoch. de praesumpt. lib. 4. praes. 83. n. 35. Peregrin. de fideicomm. d. art. 28. n. 78. Mantic. de coniect. vlt. volun. d. tit.* 7. latè *Caualc. decis. 1. n. 7. & 12. cum seq. par. 3. Cacheran. decis.* 126. praesertim *n. 3. tom.* 1. & ad saturitatem etiam *Fusar. d. quaest. 429. num. 27. &*
10 35. Ex quibus expresè sancitur, circà
huiusmodi substitutionem, à Testatore
ordinatam in casu obitus filij, sinè liberis
legitimis, & naturalibus, ex se, siuè ex suo
corpore natis: vt decedēte ipso filio grauato in aliqua Religione professo, substitutus tantùm admittatur. Quae determinatio recentiorum praesidio paritèr munitur, & nostrum S. C. sepiùs in contingentijs eam amplexus fuit, teste inter
alios *D. Praes. de Franch. in supracit. dec. 29. n. 7.* vide etiam *Caspar. Thesaur. quae. for. 70. lib. 1. Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. claus. 6. glos. 3. par. 6. n. 6.* vbi contrarijs
ille plenè satisfacit, *Sese decis. Arag. 30. n. 53. Reg. Sanfel. decis. 193. P. Molfes. in suo comment. ad Consuet. Neapol. par. 4. quaest. 65. à n. 15. tom. 1. P. Afflict. contr. iur. cap. 29. n. 13. & D. Consil. Staiban. resol. 51. n. 3. & in obser. ibid. n. 22. lib. 1.*

11. Vndè infertur ex his, tunc subsitutū
excludi à Monasterio, quotiès in simplici
conditione deficientium liberorum testator loquutus fuerit., secus alitèr. *Textus* namquè illi suprà allegati non trahi debent ad conditionem mixtam, in
12 qua addita esset illa alia qualitas, scilicèt *si filius meus decesserit sinè filijs, per ipsum procreatis, vel ex suo corpore natis, vel sine filijs legitimis, & naturalibus, cum similibus;* Tunc enim Monasterium excluditur ea principali ratione, qua mouetur *Peregrin. vbi suprà nu. 79.* quia, vt
13 Monasterium loco filij habeatur, est
quaedam filiatio ficta, quae fit legitima à
Lege hoc disponente, non autem à Natura, ideſt ex corpore illius, cui est facta
substitutio; Et sic, dùm Testator substitutionem ordinando dixit exempligratia,
si filius meus haeres decesserit, sine liberis ex legitimo matrimonio procreatis, ex eius corpore natis, vel similibus verbis, clarè
14 praesumitur, voluisse tunc recedere à filiatione Iuris, & per haec verba, quae adaptari minimè possunt fauore Monasterij,
quod filius naturalis, nec familiae conseruator dici potest, Naturae filiationem
15 tantùm voluisse; nam Testatoris verba
in vero, & non in ficto casu sunt intelligenda iuxtà *tex. in l. fideicommissum, ff. de condit. & demonstr.* Imò in conditio-
16 nibus voluntas testatoris semper primū
locum obtinet, *l. in conditionibus primum locum, ff. eod. tit.*
17 Sed ad propositam quaestionem nunc
rediens, scilicèt àn Monasterium, durante naturali vita professi, retineat interim

fructus illorum bonorum, præfatæ substitutioni, vel perpetuo fideicommisso subiectorum; licèt duplici modo posset de hoc iuris articulo disputari, nempè in Monasterio successionis capaci, & in Religione saltèm in communi capaci; Ni-
18 hilominus, quia omnibus est indubitatum, vt si Monasterium esset incapax bonorum, isto casu statim emissa professione grauati, admitteretur substitutus, tàm ad proprietatem, quàm ad illius fructus, nõ alitèr expectata morte naturali ipsius ingressi, vt post *Bart. & alios* docent *Peregrin. d. art. 28. n. 63. Caualc. d. decis. 1. n. 34. par. 3. Osasc. decis. 126. nu. 36. & seq. Soc. consil. 92. lib. 2. Surd. consil. 90. num. 8. Menoch. d. præsumpt. 83. num. 77. Simon de Prat. de interpret. vlt. vol. lib. 2. interpr. 1. dub. 1. solut. 6. n. 5. Craff. de success. §. fideicommissum, quæst. 40. n. 7. Fusar.* plenissimè *in quæst. 430. nu. 11. Mantic. d. lib. 11. de coniect. vlt. vol. tit. 7. n. 8. Doct. Mart. de success. par. 3. quæst. 13. art. 4. n. 8.* & alij quamplures, relati à *Thesau. lib. 3. quæst. forens. 36. n. 6. & 7.* vbi tradit ità fuisse decisum per totum Senatum Pedemontanum, qui in iudicando nunquam ab hac communi recessit opinione. Idcircò remanet hic tantùm dilucidanda differentio illa, quæ vertitur inter Religionem capacem, & substitutum.

19 Et quidem ad id, quod attinet ad fructus bonorum fideicommisso subiectorũ, durante vita naturali Monachi professi, etiam in casu illo, quando Testator habuit respectum ad legitimos descendentes, & ad conseruationem bonorum in familia, vel costat de eius mente, quod voluerit substitututum Monasterio præferri; nullum ius super prædictis fructibus antè mortem naturalem grauati substituto competere, sed ad Monasterium, vel alium successorem ipsius ingressi, pro hoc temporis interuallo illos spectare, colligitur primò ex doctrina *Bartol. in l. cum pater, §. hereditatem, ff. de leg. 2.* quem sectati sunt communitèr *Bald. ibid. & Angel.* tàm *in d. l. cum pater, §. si quis rogatus*, quàm *in l. ex facto* vbi etiam *Imol. & Castrens. ff. ad Trebell. Curt. iun. conf. 148. in fin. Alex. consil. 12. n. 1. lib. 2. & conf. 10. lib. 5.* Et ex alijs, quos longa serie congerit *Pelaez Mieres de maior. par. 2. quæst. 5. n. 37. cum seqq.* loquens in articulo maioratus. Idem habetur ex traditis per *Couarr. var. resol. cap. 19. n. 7. lib. 1. Mantic. d. lib. 11. de coniect. tit. 6. n. 8. Surd. consil. 238.* quos cum alijs nonnullis refert *Peregrin. loc. sepè cit. n. 63. & 81.* Plures cõgerit etiam *Gratian. discept. for. cap. 102. n. 8.* & melius *cap. 815. n. 18. & seqq. tom. 5.* vbi latissimè hoc ex diuersis rationibus fundat, prout fatentur etiam *R. Capyc. Latr. d. consult. 63. n. 27. cum seqq. Iacob. Cancer. var. resol. cap. 24. nu. 31. lib. 1.* vbi ità pluries decisum tradit, *Sese decis. Aragon. 44. n. 24. & seq. Marott. discept. forens. 19. n. 37. D. Marcian. consil. 60. n. 4. P. Afflict.* & *Molfes. loc. suprà cit.* quibus
20 additur *Mastrill. decis. 65.* dicens *num. 3.* quod licèt ex expressa, vel tacita, siuè cõiecturata testatoris voluntate substitutus, vel fideicommissarius sit admittendus ad proprietatem post professionem grauati, excluso Monasterio, adhùc tamen excluditur ab introituum perceptione, durante vita naturali ipsius ingressi; Quemadmodum omnes præcitati DD. firmitèr concludunt, præsertim *D. Consil. Staiban. in d. resol. 51. n. 8. & in*
21 *sua obseruat. n. 29. cum seqq.* vbi ità nouitèr, ipso referente, per S. C. in puncto
† decisum fuisse testatur, ãno 1664. die 23. Ianuarij, in beneficiũ Monasterij Scolarũ Piarum, ex persona Patrũ Honophrij, & Io: Franc. Conte in eo professorum, vt patet ex actis in Banca Vendicti.

22 Nimis ad hoc propositum faciunt etiam, quæ ponderauit *D. Præs. de Franch. decis. 14. n. 14.* vbi expressè docuit, in qualibet substitutione esse expectandam mortem naturalem ipsius ingressi, cui est facta substitutio, non autem sufficere Religionis ingressum, & professionem grauati, quo viuẽte, si substitutus moriatur, substitutio in eius beneficiũ facta pror-
23 sus efficitur caduca; prout etiam rueret, ac expiraret fideicommissum ad conseruationem familiæ ordinatum, si ex dicta testatoris familia omnes fideicommissarij

rij prædecederent, ex *tex. in l. si ex pluri-*
bus, ff. de suis, & leg. l. in causa, §. Papinia-
nus, ff. de minor. l. statius Florus, §. Corne-
lio, ibi *quia potuisset prius ipse mori, ff. de*
iur. Fisc. l. 1. l. dies in certus, ff. de condit. &
demonstr. & in l. vnica, §. sin autem sub
condit. C. de caduc. toll. Idem animaduertit
Boer. decis. 554. *n.* 13. cum alijs, quos sigil-
latim enumerat *Peregrin. in suo tract. de*
fideicommiss. d. art. 28. *n.* 83. Ità etiam de-
cisum tradunt *Molin. de Hyspan. primog.*
lib. 1. cap. 15. nu. 95. Ant. Gomes. in l. 40.
Tauri n. 66. Castill. contr. iur. lib. 3. cap.
12. *nu.* 56. quos cum cæteris enumerat
Reg. Capyc. *Latr. d. consult.* 63.
24 Et quamuis *Barbat.* ex *Imol.* & alijs,
eadem motus ratione *in tract. de diuis.*
fruct. par. 2. cap. 2. à n. 63. conetur proba-
re, per ingressum scilicèt Religionis, etsi
incapacis, statim non esse locum substitu-
tioni, vel fideicommisso, sed bona inte-
rim detinenda fore per venientes ab in-
testato, vt frui possint fructibus illorum,
vsquè ad diem naturalis obitus grauati,
& professi in dicta Religione, ex eo quia
possent prædecedere fideicommissarij, si-
uè substituti, & sic propter spem futuræ
caducationis, iuxtà *tex.* dispositionem in
d. l. statius, §. cornelio, ff. de iur. fisc. l. ex fa-
cto, §. ex facto, ff. ad trebell. & d. l. cum pa-
ter 79. §. hæreditatem, & §. ab instituto, ff.
25 *de leg.* 2. Ex quibus felicitur, in restitu-
tione fideicõmissi, non obstante mutatio-
ne status grauati, debere expectari mor-
tem naturalem ipsius, nec sufficere mortẽ
ciuilem tantùm, ista peculiari ratione,
nàm posset, prædecedẽte substituto, expi-
26 rare fideicõmissũ. Quarè, cũ spes solùm
prædecessus afficiat, vt expectari debeat
dies mortis naturalis, non autem status
mutatio, sequitur ergò, quod nulla habi-
ta distinctione inter ingressum Religionis
capacis, vel incapacis, eadẽ militare pos-
sit ratio in vtroquè casu; tàm si Monaste-
rium, quod ingreditur grauatus, reperia-
tur capax, quàm si bonorum sit incapax.
27 Nihilominus quicquid sentiat de hac
quæstione *Barbatus*, à probabiliori opi-
nione non esse amplius recedendum, ar-
bitramur, tùm quia vbiq; videtur rece-
pta, communitèrq; approbata, vt insinua-
uimus: tùm etiam, quia licèt in hoc arti-
culo, tanquàm vnicus, & singularis, ina-
nem *Author iste* existimauit differentiam
28 à Doctoribus designatam, inter Religio-
nem capacẽ, & incapacẽ; Mihi verò eui-
dentèr illa nimis necessaria, videtur, ex eo
potissimũ, quia ratio suprà tradita militat
tantùm, quãdo grauatus ingreditur Reli-
gionẽ in cõmuni capacẽ, quæ durante vi-
ta naturali ipsius ingressi retinere potest,
eius personam representans, bona illa fi-
deicommisso subiecta, prout retinet etiã
Fiscus, pendente conditione, scilicèt na-
turalis obitus deportati, & similium, ex
d. l. Statius Florus, §. Cornelio, ff. de iur.
29 *Fisc.* Secùs tamen procederet, si grauatus
profiteretur in Monasterio penitùs inca-
paci, quandoquidem non extarent, qui
possent tunc retinere bona prædicta, pen-
dente mortis naturalis euentu; non enim
Monasterium, quia esset bonorum inca-
pax: Non venientes ab intestato, vt per-
peram considerauit idem *Barbat. loc. cit.*
quia venirẽt contrà expressam Testatoris
voluntatem, qui in defectum instituti vo-
luit, vt statim substitutus succederet.
30 Quinimò sequeretur, quod venientes ab
intestato excluderent substitutum, & hoc
non est affirmandum, stante *tex. in cap. si*
Pater de testam. in 6. Quod absurdum
haud euenit, quando grauatus Religio-
nem capacẽ ingreditur; tali namq; casu,
cum agatur de proprio interesse, pendẽ-
te ista spe prædecessus substituti, & ca-
ducationis, Monasterium successionis ca-
pax, ex persona ipsius professi, bona sub-
stitutioni, vel fideicommisso subiecta, in-
terim retinebit, fructusq; ex illis benè
percipere poterit.
31 Reijcienda igitur, pro totali huius the-
sis dilucidatione, demùm superest, *Pere-*
grini opinio, sanè peregrina *in alleg. art.*
28. *de fideicommiss. n.* 82. vbi licèt censue-
rit, hæc dicta fauore Religionis capacis
quòad fructus illorũ bonorum ingressi,
quæ fideicommisso subiecta reperiuntur,
non procedere, quando Testator expres-
sè cauit de conseruandis bonis prædictis
perpetuò in sua familia, sed tunc tantũ-
modo

modò retinere posse Monasterium fructus, durante naturali vita ipsius ingressi, dictoq; fideicōmisso grauati, quotiès idē testator non habuisset respectum ad cō-
32 seruationem bonorū in familia. Et quod ideò in primogenijs, & maioratibus, quę familiæ gratia instituuntur, statim quod quis efficitur religiosus, est admittendus alter proximior vocatus ad fideicommissum, excluso Monasterio, etiam durante vita naturali primi, prout idem strenuè in maioratu defendit *Pelaez Mieres d. quæst. 3. à n. 65. ad 117.* & in fideicommisso perpetuo etiam *D. Marcian. d. consil. 60. à nu. 6.* Attamen hæc *Peregrin*, & eius sequacium traditio, quod minimè possit obstare, patefaciamus oportet.

33 Et principalitèr contraria istorum nō est substinenda opinio, quia iuris rationibus caret, nulloq; legali adhæret fundamento, vt plenè eam reprobando considerauit *P. Molfesius. d. quæst. 65. n. 19. cum seqq.* quem sequitur *P. Afflict. d. cap. 29. contr. iur. à n. 17.* ibi enim ait, *Peregrinum* somniasse in Parnaso, & fuisse loquutum cōtrà communem, veriorem-què sententiam. Nàm sicuti Testator habuit respectum ad veram familiam, & ad veram filiationem, ità etiam respectum habuisse videtur ad mortem naturalem, non autem ad mortem secundùm Iuris fictionem, vt est professio.

34 Imò ex bonis subiectis fideicommisso, contemplatione familiæ ordinato, ad hoc nempè, vt illa perpetuò conseruarētur in ea, quòd Monasterio capaci, ex persona Monachi grauati fructus percipere, permittatur, donęc naturaliter ipse grauatus moriatur. Non solùm receptis-
35 sima fuit semper inter DD. opinio; verū etiam idem procedere, expressè voluerunt in maioratibus, fauore familiæ, & agnationis gratia, constitutis, s. expectādam fore mortem naturalem grauati, & interim fructus non pertinere ad substitutum, vt ex pluribus testatur *Molin. de primogen. Hispan. lib. 1. cap. 13.* vbi *à n. 68* disputato fusiùs articulo vsq; ad *nu. 95.* ità in contingenti casu iudicatum fuisse tradit; hac distinctione nimirum præmis-
36 sa, quod aut Monachus professus est in Religione successionis incapaci, & ipso tunc excluditur: aut in Religione, quæ in communi possidere potest, & in hoc casu, si maioratui reperiatur annexa dignitas, putà Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & similis, seù iurisdictio, tunc Monachus, siuè Monasterium, ex eius persona, non succedit per ea, quæ fundat, reie-
37 ctis contrarijs *à n. 81.* Si verò Maioratui hæc dignitas, seù iurisdictio aliqua non sit annexa, sed solùm ex bonis patrimonialibus constet, & tunc admittitur monachus professus in Religione capaci, vt ipse concludit *n. 95.* & resoluit *Ant. Gomes. in l. 40. tauri n. 66. vers. si verò maioratus*, quemadmodum ex professo etiā idem latè disputauit *Georg. Gabed. decis. Lusit. 133. part. 1.* omninò videndus, vbi
38 cum arguisset contra hanc opinionem per *tot. n. 6.* tandem *n. 7.* concludit, quod quando maioratus nullam habet iurisdictionem, aut dignitatem annexam, durāte naturali vita monachi, grauati de restituendo post eius mortem, pertinet ad Monasterium, & ad hoc nonnullas refert decisiones, & præsertim quatuordecim Doctores hoc substinentes, ea præcipua ratione, quia bona restitutioni subiecta
39 adhuc conseruantur in familia, quamuis interim possideantur per Monasterium, nec durante vita monachi grauati extinguitur istius familiæ perpetuatio, sicuti refert eodem modo decisum *Gamm. dec. Lusit. 6.* & affirmant *Capyc. decis. 10. n. 10. Reg. de Pont. in suo tract. de potest. Proreg. tit. 7. de assens. Reg. §. 8. n. 4. Castill. contr. iur. lib. 3. cap. 12. n. 56.* cum alijs, quos cōgerit *Molfes. d. quæst. 65. n. 21.* & *Reg. Capyc. Latr. d. consult. 63. n. 27.*

40 Nec postremò inficiunt tradita per *Peregrin. loc. cit.* nàm nullum ius substituto competere potest ad fructus bonorum hæredis grauati, nisi post purificatam cōditionem; nec illi ad ipsum aliter pertinere possunt, quàm facto casu substitutionis, & purificato fideicommisso ex morte nimirùm naturali istius grauati, non autem ciuili, nempè post emissam professionem in Religione, quæ tanquam in cō-

mu-

muni capax, ex perſona eiuſdem profeſſi ad fructus prædictos ſtatim admittitur,
41 donec ille vixerit. Hic namquè, & alibi pluries repetitum eſt, mortem ciuilem minimè operari eoſdem effectus, quos producit naturalis; Quinimò omnibus clarum eſt, fructus bonorum fideicom-
42 miſſo, vel ſubſtitutioni ſubiectorum, eſſe ipſius hæredis grauati, ſaltem durante eius vita, vt docent *tex. in l. poſtulante, §. ſed huiuſmodi, & in l. deducta, §. qui poſt, ff. ad Trebell. l. in fideicommiſſariam eod. tit. l. quando purè, ff. quand. dies leg. ced. l. ſi quis bonorum, §. 1. ff. de legib.* Ipſe enim
43 vocatur tunc Dominus; fructuſque ſpectant ad Dominum, *l. ſi dominium, C. de pignor. l. 2. & 3. C. de pignor. act. Cephal. cõſil. 3. num. 71. Menoch. conſ. 305. num. 5. Couarr. lib. 2. reſol. cap. 5. Riminald. conſ. 623. num. 26.* Et dominium quoad bona fideicommiſſo ſubiecta in fideicommiſſarium, haud transferri poteſt, antè factam, re-
44 verbo, vel morte reſtitutionem, *l. reſtituta, in princ. & l. facta in princ. ff. ad Trebell. §. reſtituta. inſtit. de fideicommiſſ. hæred.* prout notant omnes præcitati Authores, & ſignantèr *Peregrin. de fideicommiſſ. art. 49. per tot. Fachin. lib. 4. contr. iur. cap. 43. verſ. Sed elegantiſſimi, Marot. cõſil. 81. Surd. deciſ. 21. num. 9. & deciſ. 25. n. 1.* aliijquè innumeri.

45 Igitur concludendum eſt pro veriori opinione in beneficium Monaſterij, quãdo eſt ſaltim capax in communi, vt ſcilicet poſſidere poſſit bona Monachi grauati, durante eius vita, reſtituenda ſtatim ſubſtituto poſt eius mortẽ naturalem; ſicuti poſt nonnullos, quos ſuprà cumulauimus, hanc eſſe receptiſſimam ſententiam, teſtantur *Pinell. in l. 1. C. de bon. matern. par. 1. num. 47. & 49. cum ſeqq. & Gratian. diſcept. forenſ. cap. 519. num. 20. & 21.* & meliùs *cap. 815. n. 2.* vbi quam-
46 pluribus relatis in caſu Clerici profeſſi in Religione Theatina, cõcludit, vt vſuſfructus tranſeat in Monaſterium, durante vita ipſius profeſſi, & *num. 6. & 7.* ſubdit, eſſe veriſſimam concluſionem, paſſim in iudicando approbatam, quamuis à teſtatore fuiſſet expreſsè contemplata eius familia. Et ab eadem opinione nunquã
47 mentem diuertere, mihi videtur conſonum, niſi quando Monaſterium, vt inſinuauimus, eſſet omninò ſucceſſionis incapax; quo caſu minimè dubitari poſſet, quin ſubſtitutus, vel fideicommiſſarius ſtatim ſuccederet, emiſſa profeſſione, non expectata naturali morte hæredis grauati, qui tunc haberetur verè pro mortuo, quoad bona, perindè ac ſi naturaliter deceſſiſſet, quia illa nec poſſidere, nec transferre poſſet in Monaſterium; & ſic ſpectarent ad ſubſtitutum. Prout etiam idẽ ſuſtineri debet in infràſcriptis caſibus, videlicet.

48 Primò, ſi contrarium ex claris coniecturis, & aperta teſtatoris voluntate appareat; vel ſi hoc ipſe diſponens expreſſis verbis in ſuo teſtamento explicet, dicens nimirùm, volo, quod ſi inſtitutus Religionem ingrediatur, Monaſterium nõ ſuccedat, ſed vt bona ſemper permaneãt, & conſeruentur in familia. Per hæc enim verba apertè colligitur, grauati hæreditatem poſt eius profeſſionem ſtatim ſubſtituto integraliter competere vnà cum
49 fructibus, non expectata eius naturali morte; Nàm vnuſquiſque ad libitum diſponere poteſt de bonis ſuis, ex *regul. tex. in l. 1. C. de Sacroſ. Eccleſ.* Imò cùm quilibet ſit de re propria moderator, & arbiter, iuxtà *tex. in l. re mandata, C. de*
50 *mand.* meritò teſtatoris voluntas ſemper eſt ſeruanda, *l. 4. ff. de vulg. l. non aliter, ff. de legat. 3.* Quam limitationem communiter ſectantur *Mantic. d. tit. 7. de coniect. vlt. volunt. num. 8. Menoch. d. præſumpt. 83. num. 2. Ceuall. d. quæſt. 193. num. 10. cum ſeqq. Guttier. d. cap. 32. num. 26. & Peregrin. d. art. 28. num. 92.* cum alijs ſuprà cumulatis.

51 Secundò, quando teſtator ſubſtituiſſet alium eius filium: putà ſi duos, vel plures habens filios, illos ad inuicẽm ſubſtituat, quoties eorum aliquis ſine liberis decederet. Tunc namquè ratione naturalis affectionis ergà filios, & ex coniecturata teſtatoris voluntate, ſubſtitutus excluderet Monaſterium, ſimili quo ſuprà eueniente caſu; & bona eſſet ipſi reſti-

ſti-

stituenda statim sequuta professione gra-
52 uati. Quoniam semper præsumitur, quod pater potiùs velit pro filijs, quàm pro Monasterio, *cap. fin. 17. quæst. 4. Gloss. in l. si quis ad declinandū, C. de Episc. & Cler.*
53 Cum fauor filiorum sit naturalis, fauor verò Monasterij dicatur ciuilis, *Bald. in cap. in præsentia, num. 10. in fin. extrà de probat. & in l. iubemus, C. de testam.* Ità latissimè idem probant omnes præcitati Authores, præcipuè *Menoch. loc. proximè cit. num. 38. Mantic. d. tit. 7. lib. 11. nu. 13. Peregrin. d. art. 28. num. 79. & 87. Caualc. d. decis. 1. num. 15. par. 3. Osasch. d. decis. 126. num. 35. & 36. Fusar. d. quæst. 429. à num. 48. usque ad 53. Præs. de Franch. d. decis. 29. sub num. 8. Molfes. d. quæst. 65. n. 26. & Consil. Staiban. d. resolut. 51. per tot. & seq. resol. 97. num. 5. cum seqq.*
54 Tertiò, hoc idem procederet, quando esset substituta alia pia causa, vt Ecclesia, Hospitale, vel aliquid aliud Monasteriū pro exoneratione cosciētiæ. Tali quidē casu cum vulgare nimis sit illud axioma,
55 scilicet, vt priuilegiatus non vtatur suo priuilegio aduersus alium æqualiter priuilegiatum; nàm in pari causa conquas-
56 santur priuilegia ex decantatis iuribus: ipsa igitur causa pia substituta omninò esset præferenda; ex quò Monasterium, quod grauatus fuit ingressus, non potest exercere coniecturatam testatoris voluntatem contra aliam piam causam, expressè substitutam, vt scripsit *Gloss. in Auth. nisi rogati, C. ad Trebell. & in cap. in præsentia in fin. de probat.* vbi *Felin. num. 54. & Dec. nu. 56.* Sicquè statim esset admittenda post professionem grauati, eius morte naturali non expectata, prout affirmant *Mantic. loc. sepè cit. num. 11. Menoch. d. præsumpt. 83. num. 47. Peregrin. d. art. 28. num. 84. Decian. cons. 61. nu. 9. lib. 5.* quem allegat *Fusar. d. quæst. 430. num. 7. Mastrill. decis. 65. num. 4. vers. Item nec obstabat,* ibiquè refert *D. R. Tapp. in Auth. ingressi, cap. 13. num. 29. & Gratian. discep.*
57 *forens. cap. 815. num. 19. tom. 5.* vbi tamen hoc restringit in casu illo, quando pia causa est immediatè substituta, non autem quando primo loco fuit substitutus laicus, & post plures substitutionum gradus pius locus substituitur, ibique nonnullos ad propositum congerit, quemadmodum etiam huic conclusioni assentiri videtur, *D. Cons. Staiban. in obseru. ad d. eius resol. 51. in fin.* Verùm si si-
58 mùl cum causa pia esset aliquis priuatus coniunctim substitutus, gauderet etiam priuilegio causæ piæ ad exclusionem Monasterij, statim post grauati professionem. Priuilegium enim in hoc casu iudi-
59 caretur indiuisibile, quia causa esset indiuidua, & vnus benè vti posset priuilegio alterius, vt plenè probant *Peregrin. d. art. 28. num. 86. Afflict.* ex pluribus *decis. 173. Ann. singul. 73. Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. cas. 371. num. 13.* quos dat, & sequitur *P. Molfes. d. qu. 65. n. 30. & seq.*
60 Quartò deniquè circa Monasterij exclusionem viget opinio, quoties præfato hæredi grauato certum quid testator reliquisset, si Religionem ingrederetur: hoc enim casu in cæteris bonis substitutus admitteretur, statim emissa professione ipsius grauati, non autem esset expectanda eius naturalis mors, ex eo potissimùm, quia videtur testator iàm cogitasse de Monasterio, & noluisse bona sua, nec illorum fructus applicari dicto Monasterio, præter illa, quæ liberè fuerunt ab ipso relicta eidem hæredi grauato, si Monasterium prædictū ingressus fuerit; prout ex *Alex. in cons. 121. à num. 3. vsque ad num. 16. lib. 2.* & alijs pluribus perbellè aduertit *Gratian. discep. forens. cap. 481. n. 38. cum seqq. tom. 3.* quem dat, & sequitur *Cons. Staiban. in obseru. ad d. res. 51. n. 34.*

Et hactenùs dicta sufficiant, quò ad hanc Controuersiam, de qua sic scripsi pro mero tantùm veritatis zelo, licet motus precibus cuiusdam mei familiaris, qui postmodum se transegit cum Monasterio illo, à quo in S. C. fuit mota lis. Et ità distinctè semper iudicandum forè crederem, quoties iudiciali certamine huiusmodi articuli essent dirimendi, nec aliter.

*****

CON-

CONTROVERSIA. XXXXIII.

Agnatorum vltimus moriens, vtrùm disponere, ad libitum possit, vel secus, de bonis subiectis fideicommisso, fauore agnationis, & familiæ, instituto, non obstante, quòd adsit de Testatoris familia Monialis agnata, professa in Monasterio, quamuis bonorum capaci?

SVMMARIVM.

1 *Fœmina, quamuis sit Monialis, professa verò in Monasterio successionis capaci: àn admittatur ad fideicommissum, ordinatum pro conseruatione bonorum in familia, & agnatione, quoties nullus existat proximior, aut remotior agnatus?*

Et quid, si vltimus de agnatione in extraneorum beneficium liberè etiam disposuerit? n.2.

Affirmatiuè concluditur post multa n.17. Idemq; suadetur, ac rationibus confirmatur nonnullis à n. 18. & 61.

Verùm argumentis, quæ pro contraria finximus opinione, n.6.8.12. & 15. plenè respondetur à n.63. & 69. Et ità nouitèr per S. C. decisum traditur n. 72.

3 *Monialis agnata, & pro ea Monasterium, sinè dubio admittitur ad fideicõmissum, ordinatum fauore familiæ, si vltimus ex agnatis intestatus decesserit.*

4 *Moniali, vel Monasterio, ex eius persona, denegari non potest admissio ad ea, ad quæ alij de agnatione, & familia admittuntur.*

5 *Fœminæ admittuntur semper ad fideicõmissũ, fauore agnationis, ordinatũ, masculis deficientibus.*

7 *Fideicommisso illi tantùm censentur vocati, quorum mediante persona, testatoris volũtas omninò adimpleri potest.*

9 *Ius retinendi, possidendi, aut acquirendi bona, nec per momentum temporis apud Religiosos remanet; sed statim transit ad Monasterium.*

10 *Ius succedendi nunquam dicitur Monacho, sed Monasterio, delatum.*

11 *Monasterium absq; consensu Monachi professi potest ad libitum adire, vel hereditatem repudiare.*

12 *Fideicommisso, fauore familiæ instituto, vocantur tantùm qui bona in ea conseruare possunt.*

13 *Verbum*, conseruari in familia, *duo respicit tempora, nempè mortis, & vitæ proximioris successoris.*

14 *Persona, cui deficit qualitas, requisita in testatoris dispositione, omninò excluditur.*

16 Læl. Altogradi cons. 96. *recensetur; & expenditur n.70.*

18 *Descendentium, appellatione connumerantur omnes vtriusq; sexus.*

19 *Liberorum nomine, veniunt omnes descendentes.*

20 *Nomen descendentium fœminas pariter includit.*

21 *Familia, etsi videatur consistere in descendentibus per masculinum sexum; eius tamen appellatione veniunt etiam fœminæ in masculorum defectum.*

23 *Frater potest transferre sorori rem, à patre prohibitam alienari extra eius familiam; & quarè?*

24 *Soror dicitur de familia eius fratris, & patris respectiuè.*

25 *Filia nupta adhuc est de parentis familia.*

26 *Bonorum alienatione prohibita extrà familiam, possunt etiam illa alienari in filiæ, sororis, vel agnatæ beneficium.*

27 *Fœmina licèt sit finis cuiuslibet agnationis, dicitur tamen de agnatione, & appellatione familiæ continetur, vt n.28.*

29 *Fœminis denegari non potest admissio ad fideicommissum, fauore familiæ ordinatum, alijs agnatis masculis non extantibus*

tibus, licèt aliqui contrarium edixerint; Nam hæc nūc videtur receptior, & cōmunis sententia, vt n.30. Quæ ampliatur n.31. pro ea recensentur DD. nonnulli n.32. & ità decisum fertur n.33.

34 *Fœmina, licèt sit finis lineæ masculinæ, tamen continetur in ea tanquam vltima pars.*

35 *Ille dicitur descendere ex linea, qui est in aliqua parte lineæ.*

36 *Fœmina descendens ex masculo, quamuis sit in parte posteriori lineæ masculinæ, dicitur tamen de linea masculina.*

37 *Fœminæ, ac descendentes ex eis prorsùs excludūtur, quotiès testator in fideicommisso vocauit masculos, & descendentes ex linea masculina, & agnationi, familiæq; prospexit, vt n.40. & 41.*

Sed hoc limitatur, quando de agnatione nulla est facta mentio n.48.

38 *Descendentes ex fœminis nō comprehenduntur sub dispositione facta fauore lineæ masculinæ; etiam si sint masculi, & n.39.*

42 *Agnatio per fœminas, nèdum non conseruatur; sed in earum personis prorsus deficit, & n.45.*

43 *Agnati remotiores præferuntur proximioribus agnatis fœminis in successione fideicommissi, ordinati fauore agnationis, & familiæ.*

44 *Fœminæ non conseruāt, sed destruunt potiùs familias.*

46 *Mares sunt semper fœminis præferendi, præsertim quotiès agitur de conseruanda agnatione.*

47 *Fœminarum conditio est deterioris conditionis.*

49 *Agnatione per testatorem vocata, fœmina remotior agnata proximiores cognatos excludit; & sic decisum traditur n.51.*

50 *Agnationis qualitas, masculis deficientibus, in fœminis remanet.*

52 *Filia testatoris etiam excluditur, si disposuerit ille, tantùm fauore lineæ masculinæ, & discendentium ex ea.*

Idq; ampliatur etiam in filia primi gradus, n.55.

53 *Fœmina, tanquam principium lineæ fœmininæ, nunquam venit sub vocatione lineæ masculinæ.*

54 *Feuda, vel Emphiteusis, concessa pro se, & linea masculina, non dicuntur concessa filiæ recipientis.*

56 *Fœminæ eò magis excluduntur, vocata per testatorem linea masculina, vbi viget Statutum, eas propter masculos excludens.*

Idemq; ampliatur, etiam si testator mentionem fecerit simpliciter de linea, n.57.

58 *Masculis deficientibus, fœminæ admittuntur ad fideicommissum perpetuum, & proconseruatione familiæ, ordinatū.*

Sicq; bis iudicatum traditur in S. C. & sepè alibi n.59. etiam in maioratu, vt n.60.

62 *Moniales per professionem agnationis ius non amittunt.*

64 *Religiosi dicuntur Mundo mortui, solùm quoad matrimonia contrahenda, & quoad alia carnalia; verum retinent agnationem, & cognationem naturalem quoad successiones.*

65 *Monachus non amittit ea, quę sunt de iure sanguinis, & nobilitatis; sed conseruat ius suitatis, & agnationis, n.66.*

67 *Monasteriū, in communi saltem capax, ex persona professi, qui nullam fecit antea renunciationem, benè admittitur ad quamlibet successionem.*

68 *Professio abstulit omne proprium à Religioso, nè scilicèt ipse nomine suo possit aliquid pretendere; ius autem succedendi transfusit ipso tunc ad Monasterium, quod tanquam filius reputatur.*

71 *Monialis agnata, & pro ea Monasteriū admittitur ad fideicommissum, ordinatum fauore familię, quotiès nullus alius de Testatoris familia remansit, nō verò vltimi morientis extraneus hęres.*

73 Dom. R. & S. R. C. Præf. D. Felix Vlloa cum cæteris Consenatoribus *laudatur.*

74 *Decisio nouissima, ęquè ac notabilis ad quæstionem tandèm traditur.*

ARGVMENTVM.

Quàm curiosa, ità sanè difficilis, quia valdè videtur anceps, ea discutitur dispu-

putatio, nuper etiam apud supremos huius Regni Senatores excitata: àn Monasterium ex persona Monialis professę admittatur ad fideicommissum, ordinatum pro conseruatione bonorum in familia, & testatoris Agnatione, dato, quod nemo amplius adsit ex Agnatis, tàm masculis, quàm fęminis, nisi pręfata Monialis: vel potiùs per vltimi morientis testamentarium hęredē omninò excludatur?

Sed bona, huiusmodi fideicommisso subiecta, censeri, iàm remansisse in libera dispositione vltimo loco defũ-cti, quamuis adhuc adesset Monialis prędicta de fideicommittentis agnatione, dilemmate priùs ostenditur, ad exclusionem Monasterij.

Postmodùm verò, hac explosa opinione, contrarium euidenter fundatur; Idq; pro veritatis tutamine suadetur; ac ità fuisse nouiter iudicatum in S.R.C. demum traditur; Nonnullaq; de materia fideicōmissi laconicè resoluuntur.

1 

Vperioris Controuersiæ profligatis difficultatibus: ac præteruectis iàm sentibus, & ambiguitatum spinetis, quæ ibidem nobis occurrerũt; vtilem modò, nec non difficilem, atq; Foro versantibus necessarium aggredimur discutere Iuris articulum, nuper in Sacro Consilio excitatum: An scilicèt Monasterium ex persona Monialis, in eo professæ, admittatur ad fideicommissum, à Testatore ordinatum pro conseruatione eius familiæ, quotiès nullus alius de agnatione remansit proximior, vel remotior, tàm masculini, quàm fœminini sexus, qui præfatam agnatam monialem, tanquam mortuam Mundo, excludere posset, stante hac expressa prohibitione alienationis, facta per Testatorem, qui voluit, vt eius bona, semper in familia, & agnatione, conseruarentur?

Et quia, non solùm valdè curiosa, sed quidem peregrina nimis videtur esse huius disceptationis indagatio, cum nemo illam adunguem pertractet. Idcircò quæ sit substinenda, quòad thesim propositam, opinio, nō vt clientis iura patefaciam scribens; verùm ex solo etiam veritatis motus zelo, prout in præcedenti, nulloq; præmio, aut prece astrictus, neq; alterius spe lucri sollicitatus, sigillatim insinuare, pro viribus conabor.

2 Vt autem omnia sint clariora, vtquè certa secernamus ab incertis, siuè controuersis; Sciamus oportet ergò, in præsenti disputatione cunctas dissentionum syrtes, difficultatũq; vortices tantùm oriri posse, quoties supponitur, quod ex agnatis vltimus moriēs ad libitũ disposuerit, de bonis nimirùm huiusmodi fideicommisso subiectis. Tali enim casu quæritur: an Monialis agnata, seù Monasterium, eius reprę̄sentās personā, alijs de familia nō extātibus, venire posit cōtrà prædictũ hæredē institutum, hanc Testa-

3 toris dispositionem infringens? Quandoquidem ipsa monialis, tùm quia videtur vocata ex præsumpta Fideicommittentis voluntate, quę fœminas in masculorũ defectum semper vocasse, præsumitur: tùm etiam quia, cæteris cognatis ab intestato venientibus, omninò præferri debet; benè poterit ad prædictum fideicōmissum, fauore familiæ ordinatum, concurrere, alijs omnibus exclusis, cum vltimus moriens ex agnatis intestatus deces-

4 serit. Præfatæ namquè moniali, vel Monasterio ex eius persona, denegari haud potest admissio ad ea, ad quæ alij de agnatione, & familia admittuntur, iuxtà dispositionem *tex. in Auth. de restitut. fi-*

5 *deicomm.* vbi ad fideicommissum fauore familiæ, & agnationis, statuit Imperator, fœminas esse admittendas, agnatis masculis deficientibus, quemadmodum fusiùs id infrà demonstrabimus.

6 Vrger verò,circà excluſionem Mona-
ſterij , & per conſequens Monialis, quæ
ibi profeſſionem emiſit,antequam fidei-
commiſſi caſus euenirct,ea præcipua, &
principalis ratio,non tantùm , quia ex
coniecturata teſtatoris voluntate eadem
Monaſterij præſumitur excluſio ; ſicquè
videntur bona prædicto fideicommiſſo,
ac reſtitutioni priùs ſubiecta, iam remā-
ſiſſe in libera prorsùs diſpoſitione vltimi
morientis de agnatione,& teſtatoris fa-
milia ; licèt præfata adeſſet monialis
agnata, quæ poſt emiſſam profeſſionem,
cum ciuilitèr dicatur mortua , familiam
amplius conſeruare proindè non poteſt.
7 Sed etiam, quia per prohibitionem,de
non alienando, pro conſeruandis bonis
in familia,cum illi tantummodò cenſeā-
tur vocati , quorum mediante perſona
teſtatoris voluntas omninò ſuum ſortia-
tur effectum;Monaſterium idcircò vigo-
re huius diſpoſitionis admitti nequit;
prout clariùs ſequenti oſtenditur dilem-
mate,ac Iuriſconſultorum quamplurium
ſuadetur authoritate.
8 Aut enim Monaſterium agit ex per-
ſona monialis,profeſſæ antè obitum vl-
timi grauati inter agnatos : aut ex pro-
pria perſona , ſuoquè principali iure,ip-
ſi delato per profeſſionem. Si ex iure,&
perſona Monialis;Et tunc quia ſequuta
illius profeſſione nullum ius eidem mo-
9 niali amplius ſupereſt,nedùm retinendi,
aut poſſidendi bona prædicta , quæ nec
per momentum temporis apud monia-
les,& Monachos profeſſos remanere
poſſunt,iuxta tradita à *Præſ. de Franch.*
deciſ.40.& R.Capyc.Latr.deciſ.180.n.35.
& 36. ac ab alijs nonnullis,pluriès alibi
relatis;ſed per medum ſcintillæ, & ictu
oculi tranſeunt ad Monaſterium , ſicut
ſcripſit *Bald. conſil. 494. in fin. lib. 5.ex*
tex.in l. placet,ff.de acquirend.hæred. Nec
10 etiam ſupereſt actio acquirendi;dùm ſe-
cundùm magis receptam Canoniſtarum
ſententiam , ius ſucceſſionis minimè di-
citur Monacho,ſed Monaſterio delatū,
vt habetur penès *Abb.Io: And. Innoc.&*
alios in cap.in præſentia, de probat. quos
cum multis legum Profeſſoribus refert
Gratian.diſcept.forenſ.cap.363.à n.16.cū
11 *ſeqq.* Imò,quod poſſit idem Monaſteriū,
hæreditatem abſquè Monachi conſen-
ſu,& miniſterio ad libitum adire,vel re-
pudiare,dummodò non ſimus intrà an-
num probationis, quo caſu ſunt penitùs
ſeruanda in tali repudiatione ea,quæ ha-
bentur *in Concil.Trident.cap. 16.ſeſſ.25.*
vt docent *Caualc.dec.346.Caeuall. quaeſt.*
366.n.4. & latè *Andreol.contr. 61.nu.13.*
hancq; communiorem dici opinionem,
teſtatur *Gratian loc.cit.num.* 20.ſequitur
profectò, his præmiſſis, Monaſterium ex
iure monialis, haud eſſe admittendum
ad huiuſmodi fideicōmiſſum; quia dictæ
moniali nulla penitùs,ex traditis,ſuper
eo,competit actio.
12 Sin autem principalis actionem idem
Monaſterium experiri voluerit,veluti ſi-
bi competentem iure proprio, & pariter
erit excludendum ; quia ad hoc fideicō-
miſſum vocantur illi , ex quibus bona
conſeruari poſſunt in familia , iuxtà vo-
luntatem teſtatoris;Verbum nàquè,*con-*
13 *ſeruari in familia*,duo reſpicit tempora,
nempè tempus vitæ illius , qui tanquam
de familia ſuccedit , ac vita durante
bona poſſidet,ſibiquè conſeruat: & tem-
pus futurum , hoc eſt mortis illius , qui
primo loco ſucceſſit, quo tempore alio
proximiori de eadē familia bona conſer-
uata transferri,ac reſtitui debent.Sed in
Monaſterio,cum nullo tempore teſtato-
ris voluntas effectum habere , ac verifi-
cari poſſit;Non quidem habito reſpectu
ad vitam monialis , quia ſibi bona con-
ſeruari nequit,dùm ei,nec momento tē-
poris,vt diximus,illa poſſidere,permitti-
tur;nec habito reſpectu ad ipſumMona-
ſterium,quia nihil commune habet cum
prædicta teſtatoris familia . Igitur, con-
14 cludēdum neceſſariò videtur, Monaſte-
rium non habere pro ſe voluntatem te-
ſtantis,qui volens, bona in familia con-
ſeruari, illos vocaſſe tantùm præſumitur,
per quos adamuſſim poterat eius volū-
tas adimpleri: & propterea eſſe idē Mo-
naſterium omninò excludendum , dùm
ei non conueniunt verba huiuſmodi diſ-
poſitionis,nec in eo concurrit qualitas,
requi-

requiſita in teſtatoris voluntate, iuxtà *tex.in cap.ſuſpicimus,de reg.iur. in 6.*

15 Rurſus fundatur hęc Monaſterij excluſio: bonaq; fideicommiſſo prædicto ſubiecta omninò remanſiſſe in libera diſpoſitione vltimo loco defuncti, probatur etiam authoritate, ac deciſione Doctorum. Nàm ità in caſu ferè cõſimili fuiſſe deciſum legitur apud *Lælium Altograd.*

16 *in conſil.96.* qui non tàquam Aduocatus ſcripſit in cauſa illa, ſed vti Iudex cum alijs duobus de Senatu ſic articulũ decreuit; & huic deciſioni addimus, ea, quę tradit *Ricc.in collect.deciſ.565.par.3.* qui cum propoſuerit, monaſterium penitùs excludi, quotiès ſubſtitutionis conditio eſt, ſi ſinè liberis ex corpore grauatus deceſſerit, ſubdit circà finem hęc formalia verba, *Ex qua ratione decidendus ſine dubio venit conſimilis caſus, cum teſtator probibuit alienationem ad ſauorem deſcendentium, nam tunc vltimus ex deſcendentibus poteſt alienare, ex deciſ. Io: Franciſ. de Ponte 39.n.14. illud idem dicendum erit, ſi præfatus vltimus deſcendens ingreſſus fuerit Religionem, quia illius Pater tunc poterit alienare, dum teſtator intellexit iuxtà prædicta de deſcendentibus veris, & conſequenter non de Monaſterio, & propterea dicitur extinctum vinculũ, quod appoſitum, ad fauorem filiorum, & deſcendentium per naturam, intelligitur ex prædictis; Et altera deciſ. Rot. Rom. quam legi manuſcriptam, quod ſi alia verba adeſſent, quæ reſpicerent perſonas ipſas deſcendentium, vt ipſis ſcilicèt bona illa poſſiderent, &c. tunc multò magis dicatur ceſſare fideicommiſſum, & poſſit ille diſponere; tùm quia illi tanquam Religioſi poſſidere nequeunt, tùm quia non incluſum, ſed excluſum dicitur Monaſteriũ.* & hactenus *Epiſc. Ricc.*

17 Verùm his, & ſimilibus minimè refragantibus, alitèr dicendum exiſtimo; Quinimò magis æquam, veriorem q; libenter amplector ſententiam pro contratia opinione dictantem, ſcilicèt bona fideicommiſſo ſubiecta, vt conſeruentur nimirum in teſtatoris familia, omninò ſpectare agnatæ moniali, cæteris de familia non extantibus, & perindè ex eius perſona Monaſterio, vbi ipſa profesſionẽ emiſit, non obſtante diſpoſitione, aliorũ beneficio facta per vltimum defunctum ex agnatis.

18 Et infràſcriptis quidem euidentiſſimis moueor rationibus, videlicèt: Primò, quia nimis commune eſt illud apud Doctores adagium, vt inter deſcendentes, eorumquè appellatione connumerentur omnes vtriuſquè ſexus, tàm maſculini, quam fœminini. ſc. quemadmodũ libero-

19 rum nomine veniunt omnes deſcendentes, & maſculi nimirùm, ac fœminæ, *tex.* ſunt aperti *in l.liberorum, l. cognoſcere, §. liberorum, l.non eſt ſine liberis ff. de verb. ſignif. l.fin.ff.de pollicitation.l.ſed ſi hac, §. liberos, ff.de in ius vocando l.fin.C.de leg. hæred.* Et in *Auth. de hæred. ab inteſt. venient.§.1.Alex.conſil.160.Dec.conſil.241. conſil.346.n.1.& 5. conſ.413.n.11.conſ. 205.& conſil.222.n.1.& in l.2.n.125. ff. de reg.iur.Cor.conſ.230. n.6. lib.2. Socc. conſ.51.n.3.Iaſ. conſ.142.vol.3. verſ.3. lib.2.Curt.iun.conſ.49.n.4.Rol. conſ.82.n. 32.& 41.lib.3.Cæpb. conſ.46. n.43. Menoch.conſil.204.n.50. & in ſuo tract. de præſumpt.85.n.22.Gayll.ad Minſing.obſ. 2. num.16.* Idq; in contractibus pariter

20 procedit, vbi nomen deſcendentium fœminas etiam includere videtur, ſicut ex *Alex.in cit.conſil.160.* docet *Peregrin. de fideicom.art.25.n.8.& art.30.n.2.& 14.* cum alijs innumeris.

21 Secundò moueor; Quia licet familia videatur conſiſtere in deſcendentibus tantùm per maſculinum ſexum, *l. familiæ in fin.ff.de verb.ſignif.inſtit.quib.mod. ius patr.pot.ſolu.§.fin. Alex.d.conſil. 160. vol.2.n.4.* quem ſequitur *Dec.* etiam *in cit. conſil.223.n.2.* Nihilominus, in maſculorum ſaltem defectum, appellatione

22 familiæ veniunt pariter fœminæ, *argum. tex.in l.voluntas, C. de fideicommiſs.* vbi voluntas patris, prohibeñtis, rem aliquã extrà familiam alienari, minimè impedit,

23 quin frater poſſit illam transferre ſorori; nàm ſororẽ etiam, præſumitur, eſſe de familia eius patris, ſuiq; fratris; & *ibid.* ità communiter affirmant DD. qui idem intel-

24 telligunt, quamuis filia sit nupta, & sic translata in alienam familiam; nam adhùc dicitur de agnatione, & patris fa-
25 milia, vt *Castr.& Corn.in d. l. voluntas.* Imò adest *tex.in l.filius emancipatus*, *&*
26 *in l.pater nubenti,ff. de coll.dot.* vbi prohibita alienatione bonorum extrà familiam, illa alienari posse sancitur in filiæ, sororis,& in alterius agnatæ beneficium, *Socc.consil.227.vol.2. Cur.sen. cons.63. n.56.Ias.consil.142.col.2.versic.sextò facit, lib.2.Dec.consil.287.n.12.Ruin.cons.133. n.8.lib.3.Paris.cons.81.n.20. lib.3. Socc. iun.cons.94.n.7.in fin. & consil.68. n.17. Mascard. de probat. concl. 1236. n.42. Menoch.præsumpt.88.lib.4.n. 3. Peregrin. de fideicomm.art.22.Intrigliol.de substit. centur.3.quæst.83.& 352.n.1.Barbat. de fideicom.par.1.cap.9.n.23. versic. cæterù.*
27 Licet enim fœmina sit finis cuiuslibet agnationis, tamen vti agnata dicitur de agnatione, & continetur appellatione familiæ,iuxtà *tex.in l.pronunciatio, §.familiæ, ff.de verb.signif.§. vetustas, instit. de hæred.quæ ab intest.defer.*
28 Dùm igitùr fœminæ ex masculis descendentes sunt de familia,& inter agnatos connumerantur, eisdem minimè potest denegari, masculis non extantibus, admissio ad fideicommissum, fauore familiæ,ac descendentium ex linea masculina, ordinatum; nàm etiam in testatoris dispositione censentur cõprehensæ. Quinimò pro sententia fœminarum exclusi-
29 ua,licèt steterint DD.plurimi, quos inter *Socc.sen.cons.63. vol.3. Corn. cons.26. lib.4.Crauet.cons.18.n.10. Ruin. cons.24. lib.2. Decia. cons.495.* congerit *Menoch. cons.197. n.55.* Receptior tamen ac cõmunis fuit semper aliorum opinio,subsi-
30 nentium, fœminas esse nimirum admittendas ad fideicommissa restitutoria, successiua,durante scilicèt familia, & sic fauore agnationis instituta; eamq; vnanimitèr sectantur omnes in *d.l. voluntas C.de fideicommiss. Alex.cons.56.n.4.lib.1. Dec.d.consil.287.n.12.Menoch. in supracit.cons.197.n.37.cons.680.n.21.cum seq. & cons.730.n.12.Fulgos. cons.18. & 38.*
31 *Agel.cons.191.Bursat.cons.1. n.33. lib.1. Paris.consil.57.lib.5.Peregr. cons.31. n.7. lib.4.cons.42.n.8. & cons.58. lib.5. Thes. decis.188. nu.12.* vbi hoc eò magis ampliat in casu dispositionis, factæ à fœmina, quam odio habuisse proprium sexũ, præsumi non potest. *Mascard.de probat. concl.1236.num.42. Mant.de coniect.vlt. vol.lib.8.tit.12.n.6.Crass.in §. legitima quæst.41.n.1.Intrigl.de substit.d.quæst.43. n.2.Peregr.de fideicom.d.art.22.n.26. Simon de Prat.de interpret. vlt.volunt. nu. 66.cum seqq.fol.293.& num.10.fol.332.*
32 cum alijs nonnullis eiusdem sententiæ, quos plenè recenset *Fusar. de subst. quæst.311.n.103.& 352.nu.1.& 24.*vbi iura,& rationes,quibus pro hac sententia DD. præcitati mouentur, sigillatim coaceruat; & eisdem addi possunt etiam ex nostratibus, idem substinentes *D.R. Rouit.consil.57. n.8. lib. 1.Camill.de Medic.cons.156.n.9. & 10. Ann.alleg.138. Cyriac.contr.281.n.88.tom.2.Barbat. de fideicom.d. cap.9.n.24.* vbi quamplures ad propositum ampliationes refert,*Petr. de Gregor.de success.feud.par.6. quæst.18. Marta de success. leg. par.1. quæst.20. art.2.& par.4.quæst.21. art.5. sub n.18. R.Valenzuola,cons.97.n.93.vol.1. R.de Pont.in tract.de potest. Proreg.tit.9. de success.mulier.n.34.Castill.lib.2. controu.*
33 *cap.2.n.11.*asseuerantes, hanc esse communem opinionem, fœminam scilicèt comprehendi in huiusmodi dispositione fideicommissaria; prout etiam ità decisũ tradunt per Curiam Imperialem, in causa Excell.D. Annæ Carrafæ Principissæ Hostiliani, cum Principe Bozzoli, *Censalis ad Peregr. de fideicommiss.art. 26.fol.118.Marull.Maur.alleg.12.& R.*
34 *Capyc.Latr.consult.75.nu.50.* ex eo potissimùm, quia licèt fœmina sit finis lineæ masculinæ (cum eius pater dicatur principium,& caput illins) tamen continetur in ea vti pes, qui est vltima pars corporis,ex allegatis per *Bald.cons.334. lib.3.Fusar.de subst.quæst.346. nu.22. & Menoch.consil.625.n.9.* Item, quia ille
35 dicitur descendere ex linea, qui est in aliqua patte lineæ, *Paul.de Castr. in l. maritus,C.de procur.nu.4.* Sed fœmina de-

descendens ex masculo,est in parte posteriori lineæ masculinæ; ergo est de linea masculina, vt ait *Ant. Fab. de err. prag.decad.28. err.10.* Et consequenter in quolibet fideicommisso masculino venire possunt fœminæ, ex masculis descendentes.

37 Quæ conclusio licèt sit pluribus in casibus limitanda; eius tamen limitationes ad rem non faciunt, neque optatum nostrum perturbant intentum.Siquidem fœminarum primò exclusio procedit, si testator in fideicommisso vocauerit expresse masculos tantùm per lineam masculinam, ac per virilem sexum descendentes; tunc enim fœminas nequaquam admitti, asseuerant *Bald. in l. Gallus §. nunc de lege Velleya, ff. de liber. & posth. Dec.consil.495. Gabriel. commun. conclus. tit.de fideicom.conclus.10.nu.17. Caualc. decis.16.n.6.par.3. Muta decis.65. nu.1. Menoch.consil.95. n.127. cons.195. n.64. in fin.& cons.802.n.82. Peregrin. de fideicom.art.14.n.39.& art.25.n.47. Molin.de Hyspan.primog.lib.2. cap.5. n.62.* alijq;laudati per *Fusar.d. quæst.346.sub n.32.Censal.vbi supra, & Barb. de fidei-*
38 *com.d.cap.9.par.1.n.34.& 38.* Idq;pariter procedit in masculo ex fœmina descendente, qui non comprehenditur in ista dispositione,fauore lineæ masculinæ; & hanc esse communem opinionem, firmant *Ruin.cons.18. lib.3. Cephal. cons. 239.n.7.& consil.581.n.18. & Peregrin. art.26.n.4.& 9.in fin.*scilicèt, vt mascu-
39 li, ex fœminis descendentes,excludantur. Nec opitulabitur eis masculinitas, cùm nullatenùs verificari possit, ipsos ex masculis descendere, prout sonat Testatoris dispositio in casu prædicto.Ità etiã fundant *Mantic.de coniect. lib.8. tit.11. n.9.Menoch.lib.4. præsumpt.91. n.6. Intrigl.de subst.cent.3.quæst.85.n.6. Peregr. cons.50.n.1.lib.3.& Fusar.d. quæst.346. num.34.*

40 Secundò, fœmina similiter non censetur vocata,si testator in perpetuum,vel in infinitum vocauerit descendentes per lineam masculinam, vel ex linea masculina,vt post *Paris.consil.32.n.40.lib.3.*aduertit *Fusar.in d.q.346.n.44.& cons.61. in 1.dub.*cui adijcitur *Noguerol. in alleg. 23.sub n.155.& seq.*amplians hoc etiam procedere, vt supra,in descendentibus ex fœminis,iuxtà doctrinã *Molin. lib. 3. de Hysp.primog.c.5.n.25.& 29.*idem docent *Farin.decis.643.in recentior.Gamm. decis.294.Fusar.in alia quæst. 404.n.19. Surd.cons.308. n.14. Mantic. de coniect. lib.8.tit.18.nu. 20. Tiraquell. de primog. quæst.10.in fin.& quæst.13.n. 10. Rustic. in l.cum Auus lib.6.cap.9.n.8.*Alijq;apud *Mart.de success.leg.par. 1.quæst.1. art.2.*

41 Tertiò, fœminæ pariter excluduntur vnà cum descendentibus ex ipsis,quoties testatorẽ agnationi,& familię prospexisse,cõstat,scilicèt,cùm fuerit dictũ in substitutione,vel fideicõmisso,*bona conseruari debere in agnatione;*Agnatio namq;per fœminas, nedùm non conseruatur, sed è contrà in eis finitur, dato
42 quod tales fœminæ sint agnatæ, ad *tex. in l.pronunciatio,§.fin.ff.de verb.signif.& in§.media,Instit.de legit.agnat.success.*Ità post *Dec. Ruin. Socc. Crauet.* & nonnullos,concludunt *Menoch.cons.379.nu.30. cons.625.n.1.& lib.4.præsumpt. 94.nu.8. Peregrin.d.art.26.n.29.& 30. Molin.lib. 3.de Hyspan.primog.cap.5. n. 38.Mierez de maioratu par.1.quæst.6.n.55.Facchin. lib.11.contr. cap. 25. Robles de represent. lib.1.cap.12.n.19.Gratian.discept.forens. cap.428.n.13.Barbat.d.cap. 9.à n.28.cũ seqq.*vbi quamplures ad propositum refert,& *D.R.de Marin.cap.222.n.2. lib.2.* qui vnà simul cum *D. R. Rouit. cons.16. lib.1.*post *Caeber.decis.127. Thesaur.decis.37.Viu.decis.10.Staiban.cons.54.n.20. Osasc.decis.127.Ann.cons.4.*& alios,asse-
43 rit,crebrius decisum repetiri apud plures Senatus, agnatos remotiores esse omninò in successione præferẽdos agnatis fœminis,licèt proximioribus,eueniẽte præfatæ fideicommissariæ substitutionis casu;ex ea potissimùm, cæteris reli-
44 ctis rationibus, quia fœminæ nullatenus conseruant,verùm destruũt familias;
45 & ideò in earum personis agnatio deficit,vt tradit *Paul.de Castr.consil. 111. n. 4.vol.2.*Sicq; dùm agitur de conseruan-

da

46 da agnatione,mares ſunt fœminis præ-
ferendi;nam deterior tali caſu preſertim
eſt cōditio ipſarum, quàm maſculorum,
47 per ea,quæ refert *Conſil. Minad. in con-
ſtitut. In aliquibus,notab. 3.n.* 22. Secus
48 verò, quandò de agnatione nulla eſt fa-
cta mentio per teſtatorem, vt aſſeuerant
*Fuſar.in d.quæſt.*346.*n.*43.*Caualc. deciſ.*
18.*n.*91.92.*&* 99.*par.*1.& *Peregrin.conſ.*
42.*n.*10.*& conſ.*58.*n.*6.*lib.*5.quibus ad-
ijcitur *Mart.de ſucceſſ. leg. par.* 4.*quæſt.*
21.*art.*5.*n.*19.

49 Quinimò,agnatione per Teſtatorem
vocata, quod fœmina remotior agnata
cognatos proximiores penitùs exclu-
dat, pluries iudicatum inuenies,ea prin-
cipali ratione,quia dum teſtator voluit
agnatos præferre cognatis, maſculis
agnatis deficientibus, iſta agnationis
qualitas in fœmina ſuperſtite tantùm
50 reſidet, vt ſatis notantèr, ac fuſiùs ſcri-
pſit *Theſaur. filius in addit. ad cit. deciſ.*
37.*ſui Genitoris,verſic.circà materiam
huius deciſionis.*& nouitèr hac *deciſ.The-
ſauri* attenta,per S.C.ità deciſum fuiſſe,
51 teſtatur, ad Relationem Reg.Conſil.de
Conſtantio, in cauſa vertente inter Eu-
† genium,& fratres de Pelliciante ex vna,
& Fulginiam Trimontiam ex altera par-
te, idem *R. Don. Ant. de Marin. d. cap.*
222.*n.*4.*&* 5.vbi ipſum vti arbitrem ſic
pariter decreuiſſe,refert,in fideicommiſ-
ſo,ordinato per ScipionemGambacurta,
ibiq;ad prædictorum omnium confirma-
tionem congerit, *Molin.de Hyſpan. pri-
mog.lib.*3.*cap.*4.*n.*4.*Peregrin. de fideicōm.
art.*19.*n.*27.*& art.* 25.*n.*51. *Surd. deciſ.*
84.*n.*9.vbi *D.Hodiern. in addit.* & alijs
omiſſis,*Fuſar.de ſubſt.quæſt.*311.*nu.*45.
*cum ſeqq.& quæſt.*401.*num* 65.*&* 66.

52 Quartò limitatur quod diximus in
fauorem fœminarum, quando agitur de
filia teſtatoris, qui vocauit lineam ma-
ſculinam, & eius deſcendentes per lineā
maſculinam; Illa enim non venit ſub vo-
53 catione lineæ maſculinę, quia fœmina
eſt principiū linæ fœmininæ; Et proindè
54 feuda, vel emphyteuſis,conceſſa pro ſe,
& deſcendentibus per lineam maſculi-
nam,non dicuntur conceſſa filiæ recipiē-
tis,vt ex *Alex.Pariſ.Bero. Curt. iun.de
feud.par.*3.*n.*28.*Gabrie.conſ.*90.*n.*32.*lib.*
1.*Peregrin.conſ.* 50. *nu.* 1. *circà fin.lib.*3.
colligit *Fuſar. d. quæſt.*346. *n.*35.Quod
55 ampliatur etiam in caſu, quo ageretur
de filia primi grauati, vel inſtituti; nàm
iſta etiam excluderetur, tanquam non
comprehenſa ſub linea maſculina. Ità
probant *Alex.conſ.*43.*n.*6.*lib.*3. *& conſ.*
56.*lib.*6.*Menoch.conſ.* 205.*nu.* 10.*&* 20.
*Peregrin.de fideic.art.*25.*n.*29.qui teſta-
tur hanc eſſe communem ſententiam,ſe-
cundùm *Caſtrenſ.in l.maritus, C. de pro-
curat.Crot.in l.filiusfam.§.Diui,n.* 10. *in
fin. ff. de legat.* 1. & rationes nonnullæ
ponderantur in hoc caſu per *Cenſal. ad
Peregrin. vbi ſuprà fol. mihi* 134. & per
*D.R.Rouit.d.conſ.*16.*lib.*1. *à nu.*4. *&* 13.
cum omnib. ſeqq. vbi etiam eſt videndus
D.Altimar.in obſeruat.

56 Quintò, fœminam prorsùs excludi,
quando vocatur linea maſculina per te-
ſtatorem,maximè vbi viget Statutum,
fœminarum excluſiuum,tandem fundāt,
*Alciat.in d.l.Gallus,§. nunc de lege Velle-
ya,ff.de liber.& poſth.Ruſtic.in d. l.cum
auus,lib.*2.*cap.*5.*n.*5. *verſic.hanc quoquè
opinionem ff.de condit.& demonſtr.*Alijq;
DD.communitèr, inter quos idem do-
cent,*Caualc.deciſ.*16.*n.*8. *Cachera. deciſ.*
127.*n.*2.*&* 3.*Mantic.de coniect. vlt.vo-
lunt.lib.*8.*tit.*12.*n.*7.*&* 10.*Menoch. lib.*4.
*præſumpt.*88.*n.*4.*Intrigl.de ſubſt. centur.*
3.*quæſt.*83.*n.*3.*Peregrin.de fideicom. art.*
25.*n.*50.*in fin.d.art.*26.*ſub n.*30.*& conſ.*
58.*lib.*5..*Mart.in ſumma ſucceſſ. leg.par.*
4.*quæſt.*21.*art.*5.*nu.* 22. *& Fuſar. in cit.
quæſt.*346.*num.* 45. *&* 46. vbi ampliat,
quod etiam ſi teſtator mentionem fece-
rit de bonis ſimplicitèr, tamen,quia præ-
ſumitur,ſe conformare ſtatuto fœminas
excludenti,ità pariter intelligitur,vocaſ-
ſe tantùm maſculos, fœminis penitùs
excluſis, prout ſcripſit *Bart. in. l. hæ-
redes mei, §. cum ità,ff.ad Trebell.* & de-
ciſum habetur apud *Rot.Rom.deciſ.*255.
*n.*3.*par.*1.*inter recentior. per Farinac.cu-
mulatis.*

58 His autem ità poſitis, noſtra confir-
matur deniquè opinio in præſenti con-
tro-

trouersia; nàm prædicta dubio procul
procedunt, quoties in concursu adsunt
masculi, qui propter sexum, ac vigore
statuti præferuntur; sed masculis istis
deficientibus, fœminæ semper admittū-
tur; quamuis fideicommissum esset di-
spositiuum, perpetuum, ac absolutè or-
dinatum fauore familiæ, & lineæ mascu-
linæ testatoris. Et ità post nonnullos
iudicatum, refert *Peregr. decis. 4.* ac ani-
maduertit *Fusar.* etiam in terminis statu-
ti, *quæst. 402. à num. 66. & anteced. quæst.*
352. à num. 1. & 14. quos dat, & sequi-
tur *Censal. ad Peregrin. in d. art. 26. fol.*
mihi 135. vers. Attamen. Idem legitur
apud *Mantic. de coniect. d. lib. 8. tit. 12.*
num. 7. & 10. Menoch. d. cons. 197. num.
42. & d. præsumpt. 88. num. 4. lib. 4. Intri-
gliol. de substit. cent. 3. quæst. 83. nu. 3. Pe-
regrin. art. 19. de fideicomm. num. 27. &
cons. 58. lib. 5. Decian. cons. 7. nu. 39. & pe-
nès alios, quos colligunt, *Barbat. de fi-*
deicomm. d. cap. 9. par. 1. sub num. 41. Mol-
lin. lib. 3. de hysp. primog. cap. 5. per tot. si-
gnantèr *num. 71. Marotta disčept. forens.*
cap. 12. num. 90. & seq. lib. 1. Dom. Reg.
Capyc. Latr. decis. 135. num. 12. & decis.
103. num. 34. circa fin. vbi ità pariter te-
59 statur, fuisse bis iudicatum per S.C. iun-
ctis Regijs Consiliarijs duarum Aula-
rum, in causa sororū de Gaeta, quæ fue-
runt admissæ, in defectum masculorum,
ad fideicommissum, in quo testator vo-
cauit tantùm masculos, & descendentes
ex ipsis in infinitum, ibique *Gizz. in ob-*
seruat. quam decisionem nouissimè pō-
derauit *Capan. in tract. de fideicommiss.*
mascul. art. 3. inspect. 2. num. 30. hancquè
60 probat opinionem, vt scilicet fœmina,
masculis deficientibus, admittatur ad
maioratum, & in *art. 1. inspect. 2.* etiam
asserit, quod fœmina de eadem testato-
ris familia, masculis agnatis deficienti-
bus, excludat cognatum de aliena fami-
lia, etsi proximiorem vltimo decedenti;
prout nos hìc breuiter, & alibi fusiùs
demonstrauimus.
61 Hinc ergo apertè colligitur, quod cū
nulla disparitatis ratio assignari possit
inter fęminam laicam, & monialem, re-
spectu istius conseruationis bonorum in
familia, concludamus, fas est, vt sicuti fę-
minæ agnatæ in quolibet casu, saltem in
masculorum defectum, censentur vocatę,
& proindè admittuntur ad fideicommis-
sum, quamuis in illo fuerit dictum, vt
62 bona perpetuò conseruarentur in fami-
lia; Ità pariter moniales, quæ, post pro-
fessionem, agnationis ius etiam conser-
uant, licet ob paupertatis votum, bona
possidere, sibiquè conseruare non pos-
sint. Nàm Monasterium in particulari,
vel in communi capax, Religiosorum
personas repræsentando, ad omnes suc-
cessiones, tàm ab intestato, quàm ex te-
stamento concurrit, *tex.* est vulgaris *in*
l. Deo nobis 54. §. hoc etiam, C. de Episc. &
Cler.
63 Desumitur vlteriùs ex prædictis, non
posse argumentari in odium Monasterij,
scilicet pro eius exclusione, iuxtà ea, quę
in cōtrarium ponderauimus à *n. 8.* nem-
pè, Monasterium non posse, ex personis
monialium, succedere in præfato fidei-
commisso, ex quò illis minimè permitti-
tur ista bonorum conseruatio, secundùm
testatoris placitum, cum sint prorsùs ad
succedendum incapaces, & sic non pos-
sint trāsferre ad Monasterium illud ius,
64 quod non habent. Nàm respondetur,
prout magistraliter huic obiectioni alia
occasione, respondit etiam *Napod. in*
nostra Consuetud. Si quis, vel si qua à nu.
260. cum seqq. quam sectatur *Molfes. in*
suo Comment. ad Consuet. Neapol. par. 2.
de personis, quæst. 7. num. 32. tom. 1. Vide-
licet, Religiosos esse mortuos Mundo,
solùm quòad matrimonia contrahen-
da, & quòad alia carnalia Mundi; tamen
retinent ipsi agnationem, & cognationē
naturalem, quòad successiones, vt ex-
pressè habetur in *d. l. Deo nobis, §. sed ne-*
65 *cessè*, vbi omnes communiter. Nec per
monachum amittuntur ea, quæ sunt de
iure sanguinis; Retinet enim ille ius
66 nobilitatis, cum sit quid sanguinis, *l. ius*
agnationis, ff. de pactis, item ius ciuilita-
tis, cum non desinat esse ciuis, *Bart. in l.*
1. num. 10. ff. de municipal. & facit *tex. in*
l. assumtio, ff. eod. tit. Bald. cons. 416. Rub.

conf. 316. *Dec. conf.* 314. & fusiùs *Boer. decis.* 260. *num.* 30. & *seq.* ità etiam conseruat ius suitatis, & agnationis, *Gloss. in d. Deo nobis, l. fin. ff. vnd. lib. cap. in præsentia extrà de probat.* vbi similiter omnes, *Bald. in l. apud hostes, num.* 6. *C. de suis, & leg. hæred. Paul. de Castr. in l. sub conditione, ff. de test. Bart. in l. item in potestate, ff.*
67 *de his, qui sunt sui, vel ali. iur.* Et consequenter, si Religiosus, antè professionem emissam, nullam fecerit legitimã, & expressam renũciationem de qualibet successione, & Monasterium, in quo professus reperitur, sit saltem in communi capax, certum est, quòd succedit ex persona istius Religiosi; quia professio abstulit omne proprium à Religioso, nè scilicet ipse nomine suo possit aliquid habere; ius autem succedendi, quod antè professionem habebat, & in actu ad succedendum, transfusit, & transmisit ad ipsum Monasterium, quod posteà benè succedere potest, ex persona ipsius Reli-
68 giosi, vt notant *DD.* omnes, quos allegauimus in *præced. controuers.* & adeò vera est hæc iuris conclusio, quòd *ibi* nõ solùm demonstratur, Monasterium, tanquam filium reputari, & ab eo substitutum excludi in casu, quo hæres simpliciter grauatus, si sine liberis decesserit, Religionem ingrediatur, ex *d. cap. in præsentia, extrà de probat.* §. *sed & hoc præsenti in Auth. de Sanctiss. Episc. & Auth. nisi rogati, C. ad Trebell.* sed etiam, quòd Monasterium retinere interim possit fructus bonorum, fideicommisso subiectorum, vita durante ingressi, quo naturaliter mortuo, succedere debeant postmodum cæteri à testatore vocati, diffusè ostenditur.

69 Neque demùm obstant Doctores, pariter in contrarium allegati, nempè *Ricc. in d. collect.* 565. *in fin.* nàm vlla ibi suffultus ratione, proprioquè marte loquitur; quapropter eius dicta aliquam Iuris subsistentiam habere nunquam possunt,
70 prout consideranti clariùs patet. Nec *Altograd. in d. conf.* 96. quia eius decisionis causa fuit nimis diuersa à quęstione, de qua hìc agitur, ibi enim testator propriam filiam exclusit in casu, quo illa Monasterium fuisset ingressa, eiquè tantùm tali casu reliquit certum quid nomine doris, sicquè expresse videtur testator, iam cogitasse de Monasterio, &
71 illud omninò ab eius fideicommisso excludere voluisse. Idquè haud considerari potest in simplici prohibitione alienationis, vt bona conseruentur in familia, appellatione cuius veniunt omnes,
72 non tàm masculini, sed fęminini sexus; Quẽadmodum apertis iuribus insinuauimus; & vti in similibus terminis, sẽtẽ-
† tia Sacri Consilij, idem nouissimè muenitur decisum, in causa Venerabilis Monasterij Sancti Michaelis Archangeli Terræ Gragnani, cui ex personis Victoriæ, & Mariæ de Miro, ibi monialium, fuit declaratum, spectare hæreditatem quond. Andreæ de Miro, qui vt bona cõseruarentur in eius familia, fideicommisso subiecit: cum Venerabili Monasterio Sanctæ Mariæ ad Puzzanum Ciuitatis Castrimaris, hærede instituto per
73 quond. Angelum de Miro, vltimum morientem ex agnatis; & in gradu restitutionis in integrum, petitę pro parte dicti Venerabilis Monasterij S. Marię ad Puzzanum, confirmata fuit sententia prædicta: à qua cum fuisset deniquè reclama-
† tum, idem Sacrum Consilium in præsenti anno 1679. iunctis peritissimis Regijs Consiliarijs duarum Aularum, cum Spectabili Dom. Præside D. Felice Vlloa, omni virtutum genere ornatissimo, de-
74 creuit, benè fuisse iudicatum, & malè reclamatum, in Aula Ill. Comitis Leardi, integerrimi tunc Regij Consiliarij, ipso etiam referente, nonnullisquè ex vtraq; parte patrocinantibus primariæ Classis Aduocatis, prout cerni meliùs potest ex actis in Banca Mag. Lauiani.

Qua recenti, notabiliquè, æquè ac vndique venerabili nostri S. R. C. decisione, dupliciter per idem confirmata, à quolibet Iuris Consultorum discrimine absoluta, omninò hæc remaneat disputatio.

CON-

CONTROVERSIA XXXXIV.

Testator, si coram septem testibus declarauerit, nolle amplius eius testamentum valere, num hæc simplex reuocatio sufficiat ad hoc, vt admittantur tantùm venientes ab intestato?

SVMMARIVM.

1 *Testamentum àn infringatur per simplicem reuocationem, coram septem testibus declaratam, etsi alium testator non vocauerit hæredem, nec intestatum decedere velle, subiunxerit, aut decenni cursus, iuxtà intellectum* l. fancimus. C. de testam. *minime effluxerit?*

Negatiuè concludit Bartol. *cum eius sequac. nisi hæc omnia in reuocatione ista concurrant, vt ostenditur. num.* 10. 12. 13. *&* 19.

Sed contrarium cum alijs multis tenet Bald. *etiam si testator causam non dixerit, nec aliud exprexerit; quia semper censetur valida talis reuocatio, vt nu.* 17. *&* 20.

Cuius affirmatiuam opinionem, vti magis receptam, & in Iure veriorem, sequitur Author, *per quem reiectis contrarijs à n.* 23. *& seqq. ità pluries decisum fertur n.* 48. *Idq; congruis antea suadetur rationibus à n.* 24. *cum omnibus seqq.*

2 *Verborum ethymologia, ac tractandæ rei quidditate præcognita, faciliùs resoluūtur, quæ dubitantur.*

3 *Testamenti ethymologia plenè describibitur, & n.* 4.

5 *Ethymologia, quæ à* Cicer. *veriloquium appellatur, veris similitudinem dicimus, prout etiam possessionem à pedum positione, donationem à doni datione, cum similibus n.* 6.

7 *Testamentum dicitur prorsus reuocatū, quando testator coràm septem testibus dixit, velle, intestatum decedere.*

Quod præsumi nequit, secundùm Bart. *opinionem, si nihil disponens dixerit, vt num.* 8.

9 *Testamentum in tantùm reuocari potest, in quantum secunda testatoris voluntas dispositiuè manifestetur.*

11 *Legata, & cætera alia in testamento scripta, sicut requirunt confirmationem ex hæreditatis aditione; ità ademptio, si qua fiat, requirit, quod confirmetur hæreditate adita.*

14 *Interpretatio benigna illa dicitur, quæ Substinet testamentum; Queuè colligitur ex coniecturata testatoris mente, vt num.* 15.

16 *Iuris subtilis regula cedere debet benignæ interpretationi.*

18 *Testator voluisse, intestatū decedere, naturali ratione videtur, dùm testamenti tabulas irritas esse voluit.*

19 *Reuocatio testamenti coram septem testibus facta, absq; alia clariori testatoris explicatione, ân sit valida? DD. opiniones inter se contrariæ, earumq; fundamenta recensentur, & nu.* 20. 21. *&* 22. *vbi plurium legum dispositiones ponderantur.*

24 *Testamentum infirmatur, & verbis, & facto.*

25 *Voluntas, nihil interest, quòd declaretur verbis, & facto, cum vtroq; modo rectè manifestetur, vt n.* 26.

27 Bart. *intellectus* in l. si iure n. 3. ff. de leg. 3. *oppugnatur, & à n.* 31. *&* 36.

28 *Hæreditas solo nutu, & per simplicem testamenti reuocationem non adimitur, sed ex eisdem solemnitatibus, quæ requiruntur in construendo testamento, & num.* 32.

29 *Testator simpliciter dicens, velle irritum esse eius testamentum, non videtur secundùm* Bart. Alex. *& alios, voluisse vocare venientes ab intestato.*

30 *Testator non censetur voluisse, quod minimè expressit.*

33 *Actus retro similis sufficit ad contractus resolutionem.*

34 *Res qualibet per easdem causas resoluitur, per quas nascitur.*

35 *Testes tot requiruntur in testamenti reuocatione, quot sunt necessarij ad probandam illius validitatem.*

36 *Testator, si nō expressè, saltim tacitè, cēsetur, vocasse venientes ab intestato, quando dixit coram septem testibus, nolo testamentum meum valere, vel similibus verbis.*

38 *Qui habuit liberam facultatem prouidēdi, & non prouidit, noluisse, supponitur.*

39 *Dispositione hominis cessante, succedit tacita, à lege subintellecta.*

40 *Opinio sustinentium, tunc tantùm valere testamenti reuocationem, coram septem testibus declaratam, quotiès subiunxit etiam testator, velle intestatum decedere, videtur repugnantiam continere; cum non detur disparitas ab vno ab altero casu, nisi quòad clariorem testatoris explicationem.*

41 Tex. in §. ex co, Inst. quib. mod. test. infir. & tex. in l. militis, §. veteranus, ff. de milit. test. *loquuntur in voluntate imperfecta, vel minus solemni, vt ex Glos. varijs modis declaratur.*

42 Tex. in l. sancimus, C. de testam. *verus intellectus expenditur, & nu. seqq.* 44. & 45.

43 Alex. *ponderatio in eius* cons. 159. *post* n. 8. vol. 7. *ad* tex. in l. sancimus, *euidēter reijcitur.*

45 *Quod legibus omissum est, non omittetur religione Iudicantium.*

46 *Lex semper est intelligenda, prout loquitur.*

47 *Opinio ferè communis, etiam in iudicando est reijcienda, si contraria melioribus fulciatur rationibus.*

48 *Opinio, quòd testamenti reuocatio coram septem testibus sit valida, etiam si non exprimat disponens velle intestatum decedere, pluribus confirmatur decisionibus; nec ab ea est recedendum, nisi in duobus casibus, vt n. 49. & 54.*

50 *Legata, & fideicommissa simplici, & nuda voluntate adimuntur.*

51 *Legata, relicta in testamento solemni, nō censentur reuocata per secundum testamentum minus sollemne, nisi inter testatorem, & legatarium inimicitia superuenerit, vel bona, qua in priori testamento fuerunt Titio relicta, in sequēti minus solemni dispositione alteri relinquantur, vt n. 52. & 53.*

54 *Testamenta, si duo adsint, quorum prius sit derogatoriū posterioris, in quo clausula illa specialis non adsit, qua priori vim deroget, testamentum posterius nullum dicitur ex defectu voluntatis; nec sustineri potest ex clausula generali ibi apposita; quia per generalem non ruit specialis, vt n. 55.*

ARGVMENTVM.

Protestatus si fuerit Testator corām septem testibus, nolle suum testamentū ampliùs firmum esse, sinè alia clariori voluntatis explicatione: àn ex hac simplici reuocatione prorsùs infirmetur eius testamentaria dispositio, etsi omni solemnitate vallata; ità vt locus aperiatur legitimis hæredibus, ab intestato venientibus; etiam si idē disponēs, velle intestatum decedere, non subiunxerit, siuè decennium à die conditi testamēti non effluxerit, ad intellectum *tex. in l. sancimus, C. de testam.* latè disseritur.

Sed aduersùs *Bartol.* & eius sequaces, qui omninò negatiuam tueri conantur sententiam, affirmatiua *Baldi* opinio, pro validitate nimirum huiusmodi reuocationis, tanquam solidissimis iuribus munita, per *Authorem*, firmitèr defenditur, Aduersariorum argumentis prius explosis: alijsquè etiam circà materiam breuitèr congestis.

Testa-

1 
Estamẽtaria dispoſi-
tio,quę de ſui natu-
ra ex âbulatoria ho-
minis volũtate, vſq;
ad ſupremum vitæ
exitum eſt reuocabi-
lis *l.4.ff. de adim. le-*
gat.cum ſimilibus ,
dubitari ſepè contigit , an infringatur
per ſimplicem reuocationem, etſi coram
ſeptem teſtibus factam , ſine vlla verò
expreſſione, quòd teſtator voluerit cum
alio hærede, vel ſe inteſtatum decedere?
Proptercà in præſenti Iuriſconſultorum
iurgio , quid decernendum forè , omni
quippè verborum fuco omiſſo , ac duce
tantũ ſolito indagandæ veritatis fine,
quòad vires ſufficient, nonnullis Iuris
ponderationibus diſcutere,aggredimur.
2 Et quia , verborum ethymologiam
ante omnia, nos exharare conſueuimus,
ad hoc , vt ipſius tractandæ rei quiddi-
tate præcognita,faciliùs quidem omnia,
quæ in dubium refricantur, reſolueren-
tur,diſciplina Prudentium ducti,qui sẽ-
per ac rem aliquam aggrediuntur , il-
lam ab ethymologia , definitioneuè au-
ſpicantur. Eodem itàq; thcmate retento,
nè à prędicta obſeruantia diſcedamus,
meritò ab eſſentia teſtamenti , quod idẽ
valet,ac vltima morientis diſpoſitio,*l.1.*
*ff.de teſtam.*inchoandum,videtur.
3 Teſtamenti igitur ethymologia illa
eſt,quæ à *Iuſtiniano* deſcribitur in *princ.*
*inſtitut.de teſtam.*vbi *Accurſ.* etiam, hoc
eſt, mentis teſtatio, idq; probat *Alciat.*
lib.4.de verb.ſignif.& in l.taberna.ff.eod.
4 *tit.*potiſſimùm ex eo, quia ſemper in te-
ſtamentis dominatur mens,ex quò fit,vt
teſtari idem importet, ac denunciare; ſi-
ue mentem ſuam palam facere , illamq;
eſſe propriam ipſius teſtantis voluntatẽ,
vt admonet *Couarr.tom.1.de teſtam.par.*
*1.*Quinimò,ſi *Aulij Gell.in lib.2. cap.12.*
& *Lauren.Vallæ,in lib.elegant.6. cap.36.*
latinæ linguæ acerrimorum aſſertorum,
cenſuras euitare velimus , negantium
5 hanc eſſe rigoroſam ethymologiam,quę
à *Cicer.* veriloquium appellatur , dica-
mus,potiùs illam eſſe veris ſimilitudinẽ,
ex qua magis quidditas rei pateſit;que-
madmodum dicimus,poſſeſſionem,qua-
6 ſi pedum poſitionem ex *Labeone,*& *Pau-*
lo,in l.1.ff. de acqu. poſſ. in princ. & ex
Celſo,in l.quod meo,§. ſi venditores, ff.de
acquir.poſſ. Rursùs nouationem, à noua
obligatione,ex *Vulpiano,in l.1.ff. de no-*
uat. & donationem , à doni datione , ex
Paulo,in l.ſenatus,§. donatio ff.de donat.
*cauſ.mort.*vt interpretantur *Couarr. in*
d.tom. 1. de teſtament. & cum alijs *D.*
Verd.lib.2.inſtit.ciuil.n.840. qui poſt ſi-
milia, teſtamenti definitionem expomũt,
pluraq; alia concinnè ad materiam coa-
ceruant,quæ apud eos cerni poſſunt, dũ
hic breuitatis cauſa prætermittuntur.
7 Sed vt ad propoſitæ quęſtionis diſcuſ-
ſionem deueniamus;duæ antè omnia vi-
dentur *Bartoli* præmittendæ concluſio-
nes; Quarum eſt prima , quòd prorsùs
præcedens cenſeatur reuocata diſpoſi-
tio,aliàs perfecta,quoties alium teſtator
coram teſtibus , in numero opportuno,
vocauerit hæredem, vel ſi dixerit, nolle
ſe amplius teſtatum decedere ſed vt ve-
nientes ab inteſtato ad eius hæreditatẽ
ſuccederent. Tali namq;caſu,apertè cõ-
ſtar,illos fuiſſe vocatos,per quorum adi-
tionem huiuſmodi confirmatur reuoca-
tio,*l.ſi quis ità,ff.de hæred.inſtit. l.1. §.ſi*
hæres,ff.ſi tabul. teſtam. nul. extab. per-
pendit *Bart.*huius certaminis anteſigna-
nus promulgator in *l.ſi iure col.2. verſic.*
quæro n.3.ff. de legat.3. ità poſt eum ra-
tiocinantur *Bald. in l.ſancimus,*ibique
Alex.col.fin.verſic.ſi autem teſtator, C.de
teſtam. Alijq; quos congerit *Præſ. de*
*Franch.deciſ.287.n.2.& 3.*cum nonnul-
lis communiter,infrà citandis, per quos
8 etiam ponderatur , Hoc haud ſubſtineri
poſſe , ſi de prædictis nihil teſtator ex-
preſſerit ; quia in tantum primum reuo-
9 catur teſtamentum, in quantum ſecunda
teſtatoris voluntas diſpoſitiuè manife-
ſtetur,ſcilicet;vel aliud condendo teſta-
mentum,vel expreſsè declarando, ſecũ-
dùm *Bart.* velle, ipſum ab inteſtato de-
cedere,quod aliter fieri nequit.
10 Hinc itàq;inſurgit altera *Bart.* con-
cluſio,vt ex ſola reuocatione,ſimpliciter
fa-

facta coram septem testibus, minimè re-
uocetur testamentum, primo loco ordi-
natum, nisi idem testator declarauerit
in reuocatione, malle, intestatum dece-
dere, vel nisi alium hæredem instituerit,
aut saltem decem annorum tempus à
die conditi testamenti effluxerit, ad in-
tellectum *tex. in d. l. sancimus* C. *de te-
stam. l. militis, §. vateranus, ff. de milit. te-
stam. & d. l. si iure, ff. de legat.* 3. ex qui-
bus oriuntur doctrinæ *Bart. in d. si iure
n.* 3. cuius hæc sunt verba; *Quòd sicut le-*
11 *gata, & cætera alia, quæ in testamento
scribuntur, requirunt confirmationem per
hæreditatis aditionem, ità ademptio, si
quæ fit, requirit, quod confirmetur, hære-
ditate adita, & ideò dicitur, quòd hæredi-
tas à se ipso adimi nō potest, quia non est,
cuius aditione ademptio confirmetur, l. sed
& si in conditione §. fin. de hæred. inst. mo-
dò ad propositum, si testator coram septem
testibus dixisset, sic volo primum testamē-
tum non valere, quia volo decedere inte-
status, tunc videtur instituere venientes
ab intestato, & per aditionem venientium
ab intestato, ademptio confirmabitur, l. si
quis ita sup. de hæred. instit. et sic adem-
ptio valet; sed si simpliciter dixisset, uolo
testamentum non ualere, non esset reuoca-*
12 *tum, nisi cursu decem annorum, l. sanci-
mus C. de testam.* ex quibus, iunctis *tex.
auth. hoc inter liberos, §. si quis autem C.
de testam. & §. ex eo, instit. quib. mod. in-
firm. testam.* clarè colligitur, quòd per
solam reuocationem, testibus probatam,
non, nisi vocatis alio hærede, vel venien-
tibus ab intestato, vel nisi decennium
fuerit emersum, infirmatur testamentū.
13 Idq; suadetur etiam altera legali præ-
sumptione; nam dum testator, declarans
coram septem testibus, nolle valere,
quod fecit testamentum, non adiecto
posteà, velle intestatum decedere, statim
obmutuit, istius reuocationis pænituisse,
ac ad prioris testamenti uoluntatem re-
14 dijsse, uidetur, *arg. tex. in l.* 1. C. *de test.*
ea enim interpretatio benigna dicitur,
qua testamentum substinetur, *l. filio præ-
terito, et l. posthumus, de iniust. testam.*
quæuè colligitur ex coniecturata testa-
15 toris mente, *l. si ità scriptum in princ. de
liber. et posthum. l.* 3. *ibiq; gloss. in fin.* C. *de
inoffic. testam.* prout hęc, & alia ponde-
rantur pro testamenti ualidate ex beni-
16 gna ista interpretatione, cui cedere de-
bet substilis Iuris regula, vt ait *Mantic.
in lib. 2. de coniect. vlt. volunt. tit.* 15.
17 At cum cōtrariam substineat opinio-
nem *Bald. in d. l. sancimus, in princ.* C. *de
test.* dicens, quod etiam si nihil additum
sit, ualebit nihilominus hęc simplex re-
uocatio, coram septem testibus facta, nō
obstante *Bart.* sententia nimis ardua;
18 Nam ratione naturali uidetur testator,
uoluisse ab intestato decedere, dum te-
stamenti tabulas irritas esset, noluit. No-
bis idcircò; qui hanc *Baldi* insequimur
opinionem, uti morientis uoluntati ma-
ximè accomodatam, conuenit pariter, ut
in Iure probabiliorem esse, ac in iudicā-
do grauissimis authoritatibus semper
fuisse receptam, ostendamus: nec non
utrinsq; opinionis fundamenta perpen-
damus, ut solidioribus postmodū nostra
consultò nitatur sententia.
19 Adsunt quamplures *Bart.* sequaces,
qui ex hac simplici reuocatione, testa-
mentum non reuocari, opinati sunt, nisi
testator uenientes ab intestato uocaue-
rit, uel intestatum decedere uelle, expres-
sè subiunxerit, aut saltem, uoluntate
ità declarata, decennij cursus effluxerit,
uidelicet, *Alex. in l. si ità scriptum, §. re-
gula, ff. de lib. & postum. & in d. l. sanci-
mus*, vbi sententiā hanc esse communem,
dicit vnà cum *Ias. Corn. Alber. Roman.
Riminal. sen. Fulg. Salyc.* alijsq; ibidem C.
*de testam. Paul. de Castr. in auth. inter
liberos, C. de testam. Cagnol. in l. nihil tam
naturale ff. de reg. iur. Raph. Cuman. in
repet. l. si filius, qui in potestate, ff. de lib.
& post. Iul. Clar. in §. testamentum, quæst.*
91. 92. & 93. *Couarr. in rubr. de testam.
par. 1. n. 21. vers. septima conclusio, Io. Di-
lect. de ar. testam. tit. de mut. testam. caut.
3. Vasqu. de success. creat. §. 17. n. 74. lib. 2.
Dec. cons. 582. Mascard. de probat. con-
clus. 1282. n. 35. et seq. vol. 3. Simon. de
Petr. de interp. vlt. volūt. lib. 4. n. 51. Ma-
gdal. de num. test. in test. requis. par. 1. cap.*

17.

17.n.22.Marescott.lib.1. var. resol.cap. 48,n.1.2.3.& seq.Menoch. consil.317. n. 21.& 26.lib.2.Fach.contr.iur. lib.4. cap. 8. Ant.Fab.de err.prag. decad.39. err.6. à quo optimè ponderantur iura pro hac sententia, quam procedere asserit, etsi dixerit testator, quòd intestatus decedere volebat, *Argel.de acquir.poss. quæst.6. n,328.Trentacinq.cons.73.lib.1.Caphal. consil.519.num.14.Viu. comm. opin.879. Bursat.cons 307.n.72.lib.3. Corn. consil. 35.n,5.Socc.iun.cons.62.Ruin.cons.6. vol. 2.Paris.cons.46.n.25.Peregrin.consil.39. n.39.lib.2.Surd cons. 320. n.11. lib.3. & decis.128.in princ.* vbi plenè Consil. *Hodier.in addit.Vinc.de Anna alleg.90.n.7.* Sicq; decisum testatur *Thesaur. lib.1. quæst.forens.quæst.56.* & pluries in *Rot. Rom.Gratian.tom.3. discept. forens. cap. 558.n.5.Farinac.decis.390. Ludouis.dec. 446.* & sequutur tandem *Bart.* inter nostrates etiam, *Præs. de Franc. decis.287. num.1.& D.Reg. Marcian.disput. iur.lib. 2.disp.61.per tot.* vbi latissimè hanc fundat opinionem, nonnulla ad materiam paritèr afferens.

20 Ex altera verò parte quamplures sub *Baldi* militant vexillo; Et strenuè respondentes adductis pro *Bart.* sententia, receptiorem videri opinionem, testãtur, atq; testatoris voluntati magis consentaneam, æquitati subnixam, & de Iure veriorem dici, pro absoluto arbitrantur: testamentum scilicet infirmari sola hac defuncti uoluntate, coram septem testibus declarata, licet ipse, uelle intestatũ decedere, non expresserit, uel simpliciter eius priorem reuocans dispositionẽ, alium hæredem non uocauerit. Et sunt nimirum, *Imol.in l.si ita scriptum,§.regulam.5. ff.de liber. et posthum.* inquiens, hoc dictare naturalem rationem, ut ualeat testamenti reuocatio, etiam si testator causam non dixerit. *Guid. Papa dec. 147.et 200.n.5.Socc.iun. consil.145. n.8. cum seq.Angel.Aretin.in §. ex eo autem solo,versic.aduertendum est, Instit. quib. mod.test.infir.Honofr.de Perusio, in l.hac consultissima,§.si quis,C.de testam.Card. Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.2.tit.15 n.19.vers.sed contrarium,Barbat.consil. 60.lib.2. Grass.in §. testamentum, quæst. 84.Addent.ad Alex.cons.104.vol.2. Ludouis.decis.446.n.2.* cæteriq; quos congerit *Dom.Præs.Amat. in consil.51. post n.16.cum seqq.* & enumerat *D.R. Sansel. decis.196.*

21 Fundatur itàque *Bartoli* opinio, primò, vt diximus ex *tex.in l.militis, §.veteranus,ff.de milit. testam.* vbi testamentum, tempore militiæ conditum, si irritũ esse, voluit testator, & quod est plus, intestatum decedere, maluit, institutiones, & substitutiones in eodem statu manere, legata autem petentem, exceptione submoueri, est huius Legis sententia. Secundò, pro eadem opinione, affertur *tex.in §.ex eo,instit.quib.mod. test.infir.* vbi testamentum minimè infirmatur ex eo, quòd testator id noluerit valere. Tertiò, adducitur *tex. in l. sancimus 27. C.de test.* vbi tunc demum voluntas reuocatoria attenditur, quoties decennium effluxerit, alioquin prima dispositio substinetur: cum alijs similibus, ad rem non facientibus, vt clarè videbitur infrà.

22 Pro contraria tamen, & veriori opinione *Baldi*, & substinentium, quod ex sola defuncti voluntate, coram septem testibus declarata, infirmetur omninò testamentum, adducitur primò *tex. in l. cancellauerat in fin.& l. proximè, ff. de his,quæ in testam. delentur*, vbi cancellatione, uel deletione, testamentum pænitus infirmatur. Secundò, *tex. in l.1. §. si hæres, ff. si tab. testam. nul. extab.* ubi si hæres institutus non habeat uoluntatem defuncti, quia incisæ sunt tabulæ, uel cãcellatæ, aut alia ratione testator uoluntatẽ mutauit, successores ab intestato ad hæreditatem uocantur: Tertiò denique traditur *tex.in l.quoniam indignum,C.de testam.* ubi explosa uerborum solemnitate, quocumque modo de disponentis constet uoluntate, ea rata habenda est, etsi quouis loquendi genere, & quibuscumque uerbis testator utatur.

23 Nec inficit, quod supponunt nostræ opinionis Contradictores, asseuerantes, hæc iura, & rationes non contradicere

co-

eorum sententiæ, neque huius testamenti inualiditatem inducere, per ea, quæ habentur in *Gloss. in d. l. proximè, vers. uendicarentur in fin.* ubi aliud esse, dicitur quoties non cancellatione, sed uerbis fit testamenti reuocatio; cũ ex *d. l. sancimus* 27. alia requiratur solemnitas, nempè decennij cursus, uoluntate testatoris irà declarata simpliciter. Nàm istà respon-
24 sio destruitur faciliter, non solùm quia utroque modo de Iure *Digestorum*, *& Codic.* infirmatur testamentum; sed etiã, quia per *tex. in l. nihil interest 16. ff. de*
25 *adim. leg.* disponitur, *nihil interesse, inducatur*, & sic facto reuocetur, *quod scriptũ est, an adimatur*, & sic uerbis, ut colligi-
26 tur ex *Gloss. ibid.* Voluntas enim benè declarari potest uerbis, uel facto, *l. de quibus 32. circà fin. ff. de legib. l. Paulus 5. ff. rem ratam haberi.*
27 Item non obstat *Bart.* replicatio *in d. l. si verè, nu. 3. in fin.* quem cum alijs sequitur *Alex. cons. 159. num. 8. & 9. vol. 7.* ut intelligantur hæc, ubi solemniter
28 fit reuocatio; nàm hæreditas solo nutu, & per simplicem uoluntatem non adimitur, sed requiritur eadem solemnitas in destruendo, quæ requiritur in construẽdo testamento, ut concludit præter cæteros, *Ossasc. cons. 11. num. 110.* & sicut testator hæredem primò loco instituit, ità pariter, testamentum destruens, alium uocare debet hæredem, uel saltim reuocationis causam patefacere, uel quod uult, intestatũ decedere; aliter in reuocatione lex aliam solemnitatem requi-
29 reret, ut in casu *d. l. sancimus*, superiùs adductæ; imò quando testator dixit, se reuocare præcedens testamentum, nec subiunxit etiam, velle, intestatum decedere, non sequitur, ait *Alex. loc. proximè cit. & in cons. 30. num. 5. vol. 3.* quod videatur ille, voluisse vocare ab intestato venientes, tùm quia potuit moueri alia ratione, ad reuocandum testamentum, nempè quia habebat animum, alios
30 posteà instituere hæredes, tùm etiam, quia non censetur, voluisse, quod non expressit, ad *tex. in l. vnic. §. penult.* vbi *Bald. C. de caduc. tollend.*

31 Quicquid enim inferatur ex hac responsione, nulli ponderis, & momenti videtur esse, ex eo, quia cum per reuocationem deficiat testamentum, illi quidẽ, qui veniunt ab intestato, necessariò censentur vocati, si non expressè, saltim tacitè, per testamenti reuocationem. Et quamuis iterum reincidere videamur in disputationem, si, vel nè, sufficiat simplex reuocatio coram septem testibus facta, anuè sit ità solemniter etiam reuocata prima testatoris voluntas, nàm hoc est, de quo contenditur; fateor tamen, solemnem nimis esse hanc reuocationem,
32 etsi ad destruendum actum aliquod, eędem requirantur solemnitates, quæ ad construendum fuerunt necessariæ, ex *l. nihil tàm naturale, de regul. iur.* vbi *Dec.* ponit inter exempla istius *Reg. nihil 35.* an in reuocatione testamenti requirantur septem testes, sicut in probando illud, per *Glos. in l. cum proponeret, de leg. 2.* Quidnam, quæso, in priori testamento interuenit, nisi testatoris, hæredem instituentis, voluntas, quæ totum efficit, *l. ex facto 35. ff. de hæred. instit.* septem testiũ numero roborata? eiusdem, inquam, testatoris, hanc hæredis institutionem reuocantis, contraria voluntas habetur in casu nostro, pari testium numero comprobata; qui actus retrosimilis valdè sufficiens est, etiam ad destruendum ipso
33 iure, quod priùs fuit actum, vt per *Glos. in l. 1. vers. Non actus, C. quando liceat ab empt. disc.* ibique *DD.* & *in d. l. nihil*, communiter. Vndè monetur *Aret. in d. §. ex eo*, ad tuendum hoc; nàm quemadmodum dispositio, coram septem testibus
34 facta, hęreditatem defert instituto, *l. vnus 12. C. de testam.* ità & adimit, dum omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem resoluitur, *l. prout quisque 80. ff. de solut. d. l. nihil, & l. stichum 95. §. natu-*
35 *ralis, ff. de solut.* & quot testes requiruntur ad probatum testamentum, tot etiam in ipsius reuocatione, vt post *Glos. in l. cũ proponebatur, ff. de leg. 2. & Auth. de testam. imperf. §. etsi quidem, C. de testam.* tradit *Bald. in l. fin. num. 25. C. de fideicom.* cum *Dec. in d. l. nihil, num. 2.* & alijs.

Ruit

36 Ruit rursùs,quod asserit *Alex. d.cons. 159.num.8.vers. Plus voluit Bart.* nempè,quòd posset contingere, reuocationē fieri ex eo, quòd velit testator aliud cōdere testamentum ; nàm si voluisset illū reuocare testamentum, vt aliud conderet,utique explicasset,& non dixisset tātùm coram septem testibus, *Nolo testamentum meum valere*, uel similibus uerbis,quæ sunt semper intelligenda fauore uenientium ab intestato, cum uideatur disponens tali casu decedere intestatus, & sic tacitè uocare uenientes ab intestato, remoto hærede scripto, argumento *l. voluntatis, C.de fideicommiss.* Vndè perindè est, ac si expressisset nimirum illa alia uerba, *Quia volo intestatus decede-*
37 *re*, uel similia. De re enim testamentaria agens, testibus necessarijs adhibitis, nihil aliud, nisi eius uoluntatem explicare debet, quam cum omiserit, reuocatoriā tantùm uoluntatem declarando, omisisse consultò censetur, quia nec primum, nec alium hæredem, sed uenientes ab intestato successores uoluisse, quidem uidetur, *l.vnica,§.sin autem ad deficientis, C. de cad.toll. cap.ad audientiam 12. de de-*
38 *cim.* nàm qui habuit liberam facultatē prouidendi, & non prouidit, noluisse euidenter supponitur, *Bart. in l.neque enim,§.fin.ver.1.ff.de milit.test.Corn.conf. 292.post num.16.vol.1.Castr.in l.cohæredi,§.cum filiæ,num.6.ff.de vulg.&c.* Ces-
39 sante itàque expressa hac dispositione, necessariò succedit tacita, à lege subintellecta, *d.l.voluntatis* 4. cum testamenti reuocatio, alio hærede non uocato per disponentem, fauore ab intestato uenientium facta censeatur, ex *tex.in l.si quis cū testamentum 6.& l.conficiuntur 8.ff.de iur.codic.* prout ad idem faciunt, notata *in l.fin.C.de pact.conuent.l.si duo 38.ff.de acquir.hæred.& l.hæredes mei, §.cum ità, ff.ad Trebell.* Vndè rectè animaduertit
40 idem *Aret. loc.cit. num. 2.* quòd Aduersariorum opinio repugnantiam cōtinet, dum inquiunt, ualere huiusmodi reuocationem, si subiungat posteà testator, quòd uelit, intestatus decedere ; cum enim ex dictis hæc reuocatio censeatur facta in beneficium uocatorum ab intestato, si ulterius progrediatur testator, nil aliud efficit,nisi exprimere, quod saltim tacitè infertur ex simplici testamenti reuocatione, quæ expressio nihil, uel parū operari uidetur, *l.3.cum simil.ff.de leg.1.* Sicquè contradicentium opinio diuersificat casus,in quibus nulla profectò cōsiderari potest diuersitatis ratio,nisi in clariori testatoris explicatione; quod minimè operatur, vt ista testamēti reuocatio, corā septem testibus facta,nō sit omninò valida,sicut etiam admonent *Imol. in d.l.si ità scriptum,§.regula,n.5.*& doctissimus *Connanus in comment. iuris ciuil. lib.9.cap.7.post n.4.*

41 Nec deniquè nostræ aduersantur sententiæ Iura,desupèr allegata *n. 21.* nàm omissis alijs responsionibus, traditis per *Conn.d.cap. 7.* satis facilis videtur resolutio,ex quò,*tex.in d.§.ex eo*,& *tex.in d. §.veteranus*,loquuntur in voluntate imperfecta, vel minùs solēni, vt patet *ibid.* ex verborum consideratione,& *gloss.*explicatione,quemadmodum docēt, *Imol. loc.cit.in fin. Mantic.de coniect.vlt. volūt. lib.2.tit.15.n.20.in fin.* & *Præs. Amat.d. consil.51.à n.24.28.& 31.* vbi eādē strenuè defendit opinionem, & ad hæc iura magistraliter respondet, præsertim ad *tex.in d.l.sancimus*,vbi tota Aduersario-
42 rum vis consistere videtur;nàm tunc decennij cursus requiritur, vt ibi dispositū reperitur, quotiès coram tribus tantùm testibus fit testamenti reuocatio ; at vbi legalis, & cōsuetus septē testiū numerus interuenit,casus iste consultò omittitur, ideòq; aliunde eius decisio exquirenda erit, per *l. commodissimè, ff. de lib. & posthum.*

43 Et licèt DD.contrariæ opinionis cum *Alex.d.cons.159.* huic respōsioni replicare conentur,dicētes, requiri prorsus decennij lapsum; & non per hoc,quòd *tex. in d.l.sancimus*, videatur loqui,quando reuocatio coram tribus testibus tantùm fieret,sequitur etiā,quòd si adessēt septē testes,valida esset ista reuocatio; nam cū *tex.*ibi dicat,*non minus tribus*, non supponitur,quòd loquatur tantùm, quando

Dd inter-

interuenerit numerus, minor septem testibus, quia si interueni ssent decem, idē esset dicendum, quoàd reuocationis inualiditatem, nisi decennium à tempore conditi testamenti effluxerit, quo casu voluit ibidem *Imperator*, quod sufficiat, prædictam reuocationem fuisse factā coràm testibus non minus tribus, prout ratiocinantur, præter cęteros, suprà relatos, *Facchin.d.lib.4.contr.cap.* 8. *Thesaur.cit. quæst.56.n.6.Præs. de Franch. decis.*287. & *Consil.Hodier.in d.addit. ad Surd.decis.*128.*n.*8.

44 Nihilominus denuò illis congruè respondetur cum *D.Præs.Amat.loc.cit.* qui pulchrè, ac subtiliter, more solito; omnes eorum responsiones obiurgat. Verba etenim huius *tex.* videlicèt, *nō minus tribus*, indefinitè prolata, ex alijs iuribus, & rationibus esse interpretanda, nimirùm ex *l.non possunt* 11. *& l.seq. l. non est nouum* 25.*cum sequent.* etiam, *ff.de legib.* & *l.quæsitum* 13.*ff.de testib.* vbi licèt publico iudicio damnati, testimon ium perhibere non prohibeantur, subdit *tex. in d.l.quæsitum*, ibi *verumtamen, quod legibus omissum est, non omittetur religione Iudicantiū.*

45 Vndè colligitur, ità esse per nos pariter intelligendum *tex. in d. l. sancimus* 27. dūmodò non adsint. s. in reuocatione septem testes, à Iure requisiti, per decantatam *l.hac consultissima*, C. *de testam.* dùm loquitur tantùm in casu, quo trium testium numerus interueniat; & propterea nō debet extendi ad alterum casum, non ibi
46 expressum, & per alia iura prouisum; cū Lex simpliciter loquēs, simpliciter sit intelligenda *l. de pretio, ff. de public. in rem act.*

47 Ex quibus liquidò constat, minimè refragari, nec benè adaptari posse ad casū, de quo agitur, quicquid per Aduersarios supponitur. Quarè *Baldi* opinio, vti validioribus argumentis munita, videtur prorsus sequenda; testamentum scilicèt dici reuocatum per simplicem testatoris declarationem, coram septem testibus factā, nolle illud amplius valere, absq; alia clariori explicatione.

48 Nec in proprijs terminis huius quæstionis desunt peculiares nostri Senatus, decisiones, & iudicaturæ, quibus etiam nostra confirmari possit opinio. Sic namquè decisum per Dom. Iudices M. C.V. iunctis Aulis, ad fauorem hæredis ab intestato, contrà *Bartoli* opinionem, refert *Præs. Anell. Amat.* vbi suprà *in fin.d.cons.*
† 51. & iterum, die 6. mensis Iunij 1607. in causa V.I. D.Nicolai Pulzoni, cum Venerab. Ecclesijs Sanctæ Mariæ de Carmelo, S. Anelli, & S. Nicolai Terræ Montisfredani, fuisse pronisum, & decretum in eadem M.C.V. tradit *D.Reg. Sanfelic. d.decis.*196. prędictum Nicolaum immittendum esse, & immitti debere, tanquàm hæredē ab intestato, in possessionem omnium bonorum, remansorum in hæreditate quond. Ioannis Pulzoni; in qua decisione interuenerunt ipse Reg. Sanfel. Reg. Moles Reg. Capyc. Galeota, & Consil. Quadra, Vargas, & Signorellus, tunc præstātissimi, & maximæ extimationis Iudices; quorum ipse adhærens placito, àc pręallegatis suffultus rationibus, ità etiam anno 1679. libenter arbitratus
† fui, in causa aliquorum de Alexio, pro validitate huiusmodi reuocationis, coram septem testibus expressæ.

49 Et ab hac sententia nunquam in contingentijs recederem, nisi in duobus tātum casibus, à præsenti omninò diuersis: primò, nimirùm si prius testamentum esset minùs solemnitèr reuocatum, & non
50 coram septem testibus, ad hoc requisitis; cum etiam legata, quæ nuda, & simplici voluntate adimūtur, ex traditis per DD. *in l.3.§.fin.l.ex parte, l.& si trāsferam, ff. de adim.leg.* & *Glos.in d.l.militis*, §. *veteranus, ff.de milit.testam.* cum alijs relatis per *Alex.cons.30.nu.9. lib.3. Baron. cons.* 428.*lib.2.Surd.consil.* 320.*nu.* 5.*lib.3.Ludouis.d.decis.*446.*sub.nu.*12.*& Hodiern. ad Surd.d.decis.*128.*n.* 16. reuocata tali
51 casu minimè censeantur per secundam testatoris dispositionem, minùs solemnem, dummodo de rebus, in priori testamento Titio, vel Caio legatis, nullam ibi disponens fecerit mentionem; nàm in hoc adest punctualis *tex. in l. si iure* 18. *ff. de legat.3.* vbi legatum tali casu non cēnse-

cēſetur adēptū,quia(vt in pręfato *tex.*diſponitur)tacita reuocatio,quę in alia ſecunda minùs ſolemni diſpoſitione deſumitur,non eſt ſufficiens ad adimendū
52 legatum, in primo ſolemni teſtamento, alicui relictum, niſi, inter teſtatorem,& legatarium,inimicitia ſuperuenerit,quia tunc benè diceretur ademptum, iuxtà iurium diſpoſitionem in *l.3.§.fin.* & *in l. ex parte,ff.de adim.legat.*vel niſi res,quę in primo ſolemni teſtamento fuit Titio
53 relicta, in ſequenti poſtmodùm minùs ſolemni,alteri relinquatur, cum etiam tunc dicatur ademptum,quia conſtat de expreſſa teſtatoris voluntate, legatum illud adimere volentis. Et licèt primum teſtamentum non poſſit diei reuocatum quòad inſtitutionem(niſi per lapſum decennij virtute *d.l.ſancimus*,ſtante hac minùs ſolemni reuocatione) benè tamen cenſetur ademptum,& reuocatum legatum,de quo defunctus in ſequenti,minùs ſolemni eius teſtamento expreſſam fecit mentionem,alteri illud relinquendo; quoniam ità intelliguntur *tex.* in ſupracit.*l.transferam,d.l.3. & l.ex parte,ff.de de adim.leg.* nec aliter iura prædicta intellexerunt *Bart. & cæteri DD. in d.l.ſi iure*, vbi *Agn. Aret.conſ.91.Iaſ.in l.planè n.3.verſic.tertio limita,ff.de leg.1.Couarr. in rubr.de teſtam. par.2.n.21.verſ.quinta concluſio.* Alijq; relati per *D. R.Marcian. d.diſput.61. à n.11. cum ſeqq.* & *Dom.R. de Marin.lib.2.reſol.iur.cap.226. à nu.7. vſq;ad fin.*

54 Secundò etiam noſtra limitatur concluſio,nec teſtamentum,primo loco conditum, infirmatur,quotiès eſt derogatorium cuiuslibet poſterioris teſtamenti,in quo,ſi illa non reperiatur clauſula, quæ priori vim ſpecificè deroget,quamuis ſit poſterius,ex voluntatis tamen defectu,nullum omninò dicitur,ſine huiuſmodi clauſula derogatoria, quæ eū cōtineatur in priori teſtamento, & non in ſubſequenti teſtatoris diſpoſitione, efficit, vt tantùm in priori, non verò in poſteriori voluntas diſponentis exiſtere videatur,& proptereà ſit tantùm illa attendenda,& non poſterior, iuxtà diſpoſita per *tex.in l.ſi quis in principio teſtamenti, ff.de leg.3.*vbi *Bart.n.8.*Et communē eſſe opinionem, reſtâtur præter alios DD. *Socc.conſ.163.lib.2.n.14.Iul.Clar.in §.teſtamentum,quæſt.99.n.3.& 5.Alex. conſ. 7.lib.4.Ant.Fab.lib.6.Cod.tit.5.de teſtam. def.9.Guid.Pap.deciſ.127.* & *Iacob.Cancer.var.reſol.cap.4.de teſtam.n.* 10.etiam
55 ſi in ſecundo teſtamento adſit clauſula generica derogatoria,ex qua non cenſetur derogatum primum,vbi clauſula,ſpecifica derogatoria ſecundi, appoſita reperitur,quæ expreſsè videtur inducere proteſtationem defectus voluntatis in ſequenti diſpoſitione,niſi ibi fiat ſpecifica reuocatio iſtius clauſulæ appoſitæ in primo teſtamento. Et hactenus de hac ſimplici teſtamentorum reuocatione ſint ſatis dicta,dùm ad ſimilia pergamus iter oportet.

CONTROVERSIA. XXXXV.

Imperfectum dici àn debeat teſtamentum ex ſolemnitatis, aut potiùs voluntatis defectu,vbi diſponens,cùm illius publicationem, vel ſtipulationem ad aliud tempus diſtulerit, Morte interim fuerit præuentus?

SVMMARIVM.

1 *TEſtamentum àn dicatur,nè dùm ratione ſolemnitatis,ſed ex voluntatis defectu imperfectum, quando illius ſtipulationem teſtator in alium diē diſtulit,& interim moriatur?*

Opinionum varietas, quòad præſentē articulum,deſcribitur n.2.

Nàm aliqui tenuerunt, huiuſmodi teſtamentum dici imperfectum, ratione ſolemnitatis tantùm,& ſaltem ſubſtineri, tàm fauore piæ cauſæ,vt n. 3.quàm inter liberos,vt n.4.

Aliqui verò oppositum decreuerunt, nullo nimirū modo sustineri posse hoc testamentum, tanquam in voluntate deficiens, nec etiam inter liberos, & fauore piæ causæ, vt n.5.& 6.

Sed istorū opiniones, distinctione adhibita, intèr nonnullos casus, qui in dies accidunt, faciliter reconciliantur à nu. 9. cum omnibus seqq.

7 *Testamentum in voluntate deficiens, deficit in iure naturali, cui nemo derogare potest.*

8 *Iuris ciuilis dispositio per aliud ius speciale tollitur; Naturale verò Ius semper immutabile permanet, nec aduersus illud dispensari potest.*

10 *Testamenti imperfectio dupliciter argui potest: nempè ob solemnitatum deficientiam, vel ex voluntatis defectu.*

11 *Testamentum, si vix vnum ex quatuordecim requisitis* l.hac consultissima C. de test. *deficiat, dici prorsus imperfectum, omnibus notum est.*

Siuè agatur de testamento in scriptis, siuè de nuncupatiuo, in quo testes tantùm non debent se subscribere, num.12.

13 *Testamentum nuncupatiuum pluribus modis celebrari potest; Et recensentur illi n.14.15.21.& 22.*

14 *Stipulationis actus licèt non sit necessarius in testamento nuncupatiuo, dicitur tamen fieri ad maiorem cautelam, & ad futuram probationem.*

15 *Testamentum relatiuum ad schedulam, siuè scripturam, quam etiam coram testibus testator tradidit Notario, ân valere possit, tanquàm nuncupatiuum?*

Et quid seruetur de consuetudine, n.16. & 20.

17 *In testamento nuncupatiuo requiritur, quòd nomen hæredis, testibus audientibus, ore testatoris exprimatur.*

18 *Legata, & fideicommissa possunt relinqui nutu, & per coniecturas.*

19 *Institutio hæredis particularis æquiparatur legatis.*

21 *Testamentum si fiat coram testibus, vel illorum subscriptione tantùm, quid est agendum, mortuo demùm testatore.*

22 *Testatoris voluntas, quotiès continetur in priuata scriptura, quid requiratur ad illius probationem? Quiduè in praxi obseruetur, n.23.*

24 *Requisita, quæ ponit* tex. in l. hac consultissima, C. de testam. *pro testamentorum validitate, multis in casibus non sunt necessaria.*

Signantèr quandò agitur de fauore liberorum, & piæ causæ, vt n.25.26.& 27. cum tunc non requirantur solemnitates Iuris ciuilis, sed naturalis, & gentium: Et duo testes tantùm sufficiant, vt num.31.

28 *Testamentum ad pias causas, iuxtà formam* cap.cum esses, & cap. relatum, de testam. *valeat nè testibus etiam non rogatis?*

Sed quid sit dicendum, si desint testes, & illud reperiatur manu testatoris scriptum n.29.

30 *Testatoris voluntas, fauore piæ causæ, si alio legitimo modo probari possit, nec etiam duo testes requiruntur.*

Contrarium verò decisum fertur, vbi illius dispositio aliquo modo legitimo non probatur.

32 *Lex generalis est semper attendenda.*

33 *Scriptura, imperfecta ratione solemnitatis, licèt sit valida fauore liberorum, tamen non sustinetur pro Ecclesia, seù pio loco, nisi aliquo modo legitimo probetur; Et qua ratione, n.seq.*

34 *Testamentum imperfectum ratione solemnitatis, quamuis valeat inter liberos, non tamen est validum quòad alios extraneos institutos simul cum filijs.*

Nec etiam sustineri potest quòad transuersales, & in eorum fauorem n.35.

Tàm quòad legata, quàm circa substitutiones, & fideicommissa, in eo relicta, num.36.

37 *Testamētum, in solemnitatibus deficiens, nec etiā valere potest quòad filios spurios, vel naturales.*

Secùs verò, si essent illi à matre instituti, vt num.38.

39 *Testamentum nonnullis modis, & in pluribus casibus dicitur defectu voluntatis imperfectum, & enumerantur nu.seqq.*

40 *Testamentum àn valeat, si testator dum vole-*

volebat legare, vel aliquid aliud addere, vel detrahere in suo testamento, moriatur? & n. 41.

42 *Conditionis omissio àn, & quando arguat imperfectionem testamenti, quòad institutionem, & substitutionem?*

43 *Testamentum àn dicatur iperfectum ratione voluntatis, quoties testator, scripto hærede, dùm eidem substitutionem facere volebat, obmutuit; Quiduè, si vno hærede vocato, cum alium facere vellet, decederet?*

44 *Testamentum dicitur quid indiuiduum, & vires recipit ab vltimo puncto.*

45 *Testamentum non valet, si aliquo accidente non fuerit completum.*

Sed àn substineri possit, saltem fauore piæ causæ, habetur n. 48.

46 *Nihil actum dicitur, si aliquid agendum superest.*

47 *Qui partem indiuidui facit, nihil censetur peregisse.*

49 *Testamenti publicatio àn sit necessaria ad perfectionem illius? & n. 59. & 60.*

50 *Testamentum iàm completum, an dicatur imperfectum, si testator, dùm iussit vocari Notarium, & alios testes, morte fuerit præuentus; Anuè sit idem, si declarata eius voluntate coram Notario, & testibus, testamenti publicationem, aut stipulationem in alium diem distulerit, & interim decedat? n. 51.*

Distinctione sopitur quæstio à num. 59. & 61. ad differentiam testamenti in scriptis, & nuncupatiui.

52 *Testamentū non dicitur perfectum, quādo testator vult meliùs cogitare, vel amicum, siuè consanguineum consulere. Et ratione suadetur n. seq.*

53 *Sententia, scripta per Iudicem, antequam recitetur in Aula, non dicitur sententia, sed præparatio ad eam.*

54 *Argumentum nimis valet de sententia ad testamentum.*

55 *Testator, procrastinans testamenti publicationem, aut stipulationem, illud censetur non habuisse pro perfecto, & completo.*

Imò præsumitur, voluisse ab intestato decedere, vt n. 56.

57 *Testamentum dici imperfectum ratione voluntatis, si testator, qui illius stipulationem in alium diem distulit, decedat, pluriès per S.C. decisum fertur, & n. 58.*

Et idem traditur, quoties testamentum esset inchoatum, & non expletum, quia testator fuit morte præuentus, n. seq.

60 Dom. Consil. Vincētius Ractanus *iuxtà eius merita commendatur.*

61 *Testamentum nuncupatiuum non requirit scripturam, nec publicationis actus in eo est necessarius; sed fieri solet propter faciliorem probationem, & ad euitandum testium examen, vt num. 62. & 63.*

64 *Voluntas testatoris per testes plenè probatur, vbi non adest scriptura.*

65 *Testamētum nuncupatiuum sufficit, quod probetur per testes.*

66 *Testamenti perfectio, vel imperfectio ratione voluntatis, ex verbis testatoris arguitur.*

67 *Testamentum, imperfectum ex defectu voluntatis, neq; per clausulam codicillarem saluari potest, quæ operatur tantùm, stante solemnitatis defectu, nec aliter, aut alio casu.*

68 *Clausula codicillaris, in testamento adiecta, operatur legati repetitionem à venientibus ab intestato.*

Præsertim si legatum esset factum fauore piæ causæ, vt n. 69.

70 *Substitutio ex vi clausulæ codicillaris substinetur, etiam caducata institutione per mortem instituti; signanter fauore piæ causæ, vt n. seq.*

71 *Clausula codicillaris hodiè per Notarios de stylo apponitur.*

72 *Venientes ab intestato tenentur restituere hæreditatem substituto virtute clausulæ codicillaris, caducata institutione.*

73 *Substitutus, caducata institutione per mortem instituti, admittitur ex vulgari in compendiosa comprehensa, etsi non adsit clausula codicillaris in testamēto.*

74 *Substitutio*, si decesserit sine liberis *compendiosa dicitur; quamuis dict onem* quandocumq; *non contineat, & n. 75.*

76 *Testamentum, quotiès est imperfectum ratio-*

ratione volūtatis, substineri minimè potest, virtute clausulæ codicillaris, nec etiam inter liberos, aut fauore piæ causæ, & num. 77.

ARGVMENTVM.

Postremæ dispositionis imperfectio, tàm ratione voluntatis, quàm ex solemnitatis defectu, quibus in casibus argui possit, siuè agatur de testamento in scriptis, siuè de nuncupatiuo, distinctè examinatur.

Rursùs, quæ requirantur ad hoc, vt perfecta iudicetur Testatoris voluntas, enixè ponderatur.

Itèm, imperfecta si prorsùs videatur illa, quando substineri possit inter liberos, & fauore piæ causæ, saltèm vigore codicillaris clausulæ, plenè discutitur.

Vlteriùs, stipulationis, nec non publicationis actus, vbi sit omninò necessarius, & de essentia testamenti: vbi verò ad faciliorem tantùm probationem adhibeatur, apertè ostenditur.

Deniquè, distinctionis fœdere illa resoluitur quæstio, àn testamentum dicatur imperfectum, nè dùm ex solemnitatis, sed & voluntatis defectu, quotiès illius stipulationem testator procrastinans, morte interim præueniatur.

Nonnullaquè de salutari clausulæ codicillaris virtute delibantur, etiam quòad substitutionis validitatem, irrita, & caducata institutione.

❧❧❧❧❧❧

1 
Assim disputandum accidit: quinimò assiduè apud eximios Iuris Peritos quolibet in Foro contenditur; nùm imperfectū ex solemnitatis, vel potiùs voluntatis defectu reputari debeat testamentum, quotiès disponens, qui illius publicationem, aut stipulationem in alium diem distulerat, morte præueniatur, ità vt neq; fauore Piæ Causæ substineri possit?

2 Verùm, etsi ob casuum diuersitatem, qui sepè in cōtingentijs occurrerunt, ac euenire solent, magna versari adhuc appareat inter scribentes discordia, cumq; variæ fuerint eorum opiniones, quòad se non parum contrariæ; omnia tamen ferè discrimina, quæ circà hunc celebrē articulum oriri possent, notabili recentiorum DD. distinctione tandem sedantur. Nobis itàq; nō est necessè, vt hic adlaboremus prolixè; sed tantùm quæ magistraliter ab alijs inueniuntur discussa, vt magis veritati fauere videantur, vtq; omnis penitùs tollatur dubitandi occasio, solidissimas istorum conclusiones, ac Iuris authoritates laconicè perpendere, & sigillatim expendere, opere pretium existimamus; Exinde verò illas pluribus S.C. decisionibus, nouitèr etiā prolatis, decorare fas erit, vt sic aliquid ad eiusdē veritatis confirmationem addamus.

3 Tenuerunt siquidem nōnulli, testamētum prædictum dici imperfectum ratione solemnitatis tantùm, non verò ex volūtatis defectu; & per consequens substineri saltē fauore piæ causæ, post *Imol. in cap. relatū, de testamēt.* plures dixere, apud *Gabriel. comm. conclus. tit. de test. concl. 9. n. 8. & seqq. Clar. in §. testamentum, quæst. 6. & 7. Magdalen. de numer. testium in testam. requisit. cap. 5. par. 2. n. 15. Facchin. lib. 4. controuer. 4. versic. tertia oppositio. Mart. vot. 8. nu. 25.* vbi varios contrà *Oltrad. cons. 119.* enumerat cum alijs, relatis per *Gratian discept. forens. cap. 985. n. 22. Crescent. dec. 3. de testam. Boer. decis.* 92.

4 92.n.10.& deciſ.240.nu. 3. Et tale teſta-
mentũ, quamuis ſit imperfectum ratione
ſolẽnitatis, quod ſubſtineatur,tàm fauo-
re piæ cauſæ, quam inter liberos,admo-
nent Theſaur.lib.4.quæſt.forenſ.35.nu.7.
vbi ità deciſum per Senat. Pedemont.
refert,Maſcard. de probat.concluſ. 1353.
n.71.& 72.Caſtill.deciſ. 59. lib. 1.Vaſq.
de ſucceſſ.creat.lib.3.§.22.n.2.idẽ Mart.
loc.cit.n.46.Morot.conſ.34. Dom. Reg.de
Marin.tom.1.reſol.cap.238.n.6. & ſeqq.
Conſil.Rocc.reſp.66. n.10. lib.2.quorum
ſententię videntur etiam inter ſe aliquã-
tulum diſcrepantes.
5 Aliorum altera fuit autem opinio, vo-
lens oppoſitum, quæ tanquam commu-
nior, crebriùs in iudicando locum ob-
tinuit, vt ſcilicèt huiuſmodi teſtamen-
tum ſit omninò imperfectum ratione
voluntatis, & ſubſtineri nequaquã poſſit
fauore piæ cauſæ, cum claudicet ob im-
perfectam volũtatem,prout præter innu-
meros ſubſtinent Iaſ.conſ.155.n. 1.vol.4.
Angel.conſ.91.n.6. Trentacinq. conſ.42.
lib.2.Oltrad.d.conſil.119.Surd.deciſ.292.
vbi pulchrè Conſ.Hodiern.in addit.Grãm.
deciſ.62.Morot.conſil.6.n.7.in fin.Argel.
de acquir.poſſ.quæſt.6.art. 13. & 368.cũ
ſeqq.& conſil.91.nu.6.Gamm.deciſ.Luſit.
221.Theſaur.quæſt.forenſ.28.n. 6. cum
alijs,quos inter recentiores collegerunt,
Ricc.& Thor.in addit.ad Tiraquell. de
priuil.cauſæ piæ,priu.18.D.R. Rouit. con-
ſil.41.n.9.lib.2.vbi perbellè D. Altimar.
in obſer.D.Conſil. Hodiern. controuer. 36.
n.66.& ſeqq.varios ad propoſitum alle-
gans,D.R.Capyc.Latr.deciſ.140. per.tot.
6 ſed præcipuè.nu.9. & conſul. 132. n.11.
& ſeqq.tom.2. vbi nec inter liberos ſub-
ſtineri hoc teſtamentum,aſſeuerat,vnà ſi-
mul cum D.Reg.de Pont.conſil. 99. nu.9.
lib.2.D.Conſil.Staiban.reſol.131.cum eius
obſer.tom.2.D.Conſil.Prat.diſcept.forenſ.
37.ſub n.32.tom.3.Io:Bapt. Thor. tom.3.
ſui compend.deciſ.par.3.verb.teſtamẽtum,
7 fol.mihi 343.col.1. Nàm teſtamentum in
voluntate deficiens,deficit in Iure natu-
rali,cui nemo poteſt derogare;quia Iuris
ciuilis diſpoſitio per aliud ius ſpeciale,
8 vel per contraria ſtatuta tollitur, natura-
le verò Ius ſemper immutabile perma-
net, cum regulariter aduerſus illud di-
ſpenſari non poſſit, §. fin. inſtit. de legit.
agnat. tutel.§.ſed naturalia, inſtit.de iure
natur.gen.& ciuil.
9 Et propterea, pro reconciliatione ha-
rum opinionum, ad diſtinctionem eſſe
recurrendum, non parum intereſt, cum
duplici modo teſtari poſſit, nẽpè in ſcri-
ptis, & voce; æquè, ac dupliciter argui
10 poſſit teſtamentorum inualiditas,& im-
perfectio, ratione nimirum ſolemnitatũ
deficientium, vel ex defectu perfectæ,
vltimæq; voluntatis; ſicq; de vtroq;caſu
diſtinctè diſcurramus oportet.
11 Imperfectum enim dici teſtamentum,
ratione ſolẽnitatis, omnibus notum eſt,
quotiès deficit vix vnum ex quatuorde-
cim requiſitis, quæ ad teſtamentorum
validitatem eſſe prorſus neceſſaria, de-
creuit Imperator in l.hac conſultiſſima,
12 C. de teſtam. ſiuè agatur de teſtamento
in ſcriptis,ſiuè de nuncupatiuo, hac tan-
tùm differentia,quòd in teſtamento nun-
cupatiuo teſtes voluntatem teſtatoris
audire debent,non autem tenentur pro-
pria manu ſe ſubſcribere, aut teſtamen-
tum ſignare,prout ſeruatur in diſpoſitio-
ne in ſcriptis, §. per nuncupationem, d.l.
hac conſultiſſima, vbi gloſ. cum DD.& l.
hæredes palam,ff.de teſtam.& §.fin.inſtit.
eod.tit.Et hæc requiſita,præter alios col-
ligunt Afflict.dec.143. & 166. D.Rouit.
deciſ.95.vbi plenè Altimar. in obſeruat.
Coſc. lib.2.reſ.2.à n.7.vſq;ad n.22.Grãm.
deciſ.62.Menoch.lib.4.præſumpt. 2. nu.3.
Mantic.de coniect.vlt.vol.lib.1.tit. 7.n.2.
& 7.Capyc.deciſ.29.Surd.conſil. 158.nu.
21.lib.2.Boer.deciſ.34. poſt Couarr. in
cap. Raynutius, de teſtam.§.1.n.6. Marc.
deciſ.840.Gamm.deciſ.45.& 81.n.3.cum
alijs apud Ricc.in collect.deciſ.229.
13 Verùm,vt meliùs dignoſci poſſit te-
ſtamẽti nuncupatiui imperfectio, ac eius
diſparitas à teſtamento inſcriptis, præ-
mittamus congruum nimis videtur, plu-
14 ribus modis illud celebrari poſſe:Primò
videlicèt,quando coram ſeptem teſtibus
teſtator aſſerit, ſe titium hæredem inſti-
tuere & de hac ſua diſpoſitione, vult, vt
No-

Notarius publicũ actum conficiat,quod
licèt non sit necesse in testamento nun-
cupatiuo,dicitur tamen adhiberi ob ma-
iorem cautelam,& ad futuram probatio-
nem:ità *Bart.in d. l. hac consultissima*, §.
per nuncupationem, & ibi DD. omnes,
quos congerit *Argel.de acquir.poss.quæst.*
6.art.2.per tot.
15 Secundò, quando testator coram sep-
tem testibus,ad hoc necessarijs, declarat,
vltimam eius voluntatem, cum vniuer-
sali hæredis institutione, contineri in
aliqua schedula, scripta, vel subscripta
ipsius manu, quã pænes tertiũ custodiri,
fatetur.Quod dicitur esse testamentum
nuncupatiuum, implicitè relatiuum ad
schedulam,seù scripturam, iuxtà doctri-
nam *Bart. in l.si ità scripsero, ff.de cond.*
Paul.de Castr. in l.hæres palam,ff. de he-
*red.instit.Cyr.contr.*444.*n.*22. *Paris.consi.*
19.lib.3.Couarr.in cap.cum tibi de testam.
n.5.Grat.discept. forens. cap. 973. tom.5.
Roland.consil.36.Altogr.contr. vlt. nu.8.
per tot.Andreol.contr.346.n.8. Et hoc tã-
16 tùm seruari de consuetudine, ait cum
alijs*Grat.loc.cit.à n. 37.cum seqq.*nam de
de iure verior est opinio, quòd non va-
leat testamentum,conditum per relatio-
nem ad scripturam coram testibus,etiam
traditam Notario per testatorem obsi-
17 gnatam.Quia pro forma testamenti nun-
cupatiui requiritur, quòd nomen hære-
dis,testibus audientibus,exprimatur ore
testatoris,ideò non sufficit illiud expri-
mere per relationem ad aliud, sicut est
sufficiens hæc relatio in legatis, & fidei-
18 commissis,quæ etiam nutu,& per conie-
cturas possunt relinqui,*l.cum proponeba-*
tur,ff.de legat.2.l.vnum ex familia,§.vl-
tim.ff.eod.tit.l.& in epistola,& l.quamuis
C. de fideicom. Card. Mantic. de coniect.
vlt.volunt.lib.3.tit.16.n.6.& latius *lib. 8.*
19 *tit.1.n.18.cum.seq.*& prout sufficit in in-
stitutione hæredis particularis,quę equi-
paratur legatis,*l.quoties, C. de hæredi, in-*
stit.& in specie concludit *Guid. Pap. dec.*
*459.circà med.versic.est ratio:*Sicq;non
20 existente aliqua municipali obseruãtia,
seu consuetudine, hoc permittente,con-
cludunt *Andr.d.contr. 346.nu. 24. Alto-*
grad.cont.50.& *Grat.*plenè defendit, ac
perbellè contrarijs oppositionibus satis-
facit *d.cap.973.*& anteà *in cap.* 895.Imò
cum accidisset de hoc articulo disputari
in M.C.V.in banca Castaldi, & in S.C.
in banca de Martino,circà præambulum
quondam D.Andreę Mandetta,defuncti
in Vrbe Romæ, qui condidit testamen-
tum nuncupatiuum,consignando Nota-
rio coram testibus schedulam sigillatam,
cum rogans, vt de illa publicum con-
ficeret instrumentum:fuit tandem datus
terminus in causa,non obstante immissio-
ne petita vigore *l.fin.C.de edict. Diu. A-*
*drian.toll.*per hæredem scriptum, cuius
decisionis meminit etiam *Altimar. ad*
Rouit.d.obser.41.tom.2.
21 Tertiò,quotiès testator,volens dispo-
nere secundùm quod propriè requiritur
de Iure communi in testamento nuncu-
patiuo,corã testibus, ad id rogatis, & in
numero opportuno,eius vltimam volun-
tatem declarat,& hæredis institutionem
voce tantùm facit,non instando,quòd de
hoc Notarius publicam, vel priuatam
scripturam conficiat:ità DD. omnes in
d.l.hac consultissima,& in l.publicati,C.de
testam.
22 Quartò,& vltimo fieri potest testamẽ-
tum nuncupatiuum in aliqua priuata
scriptura cum subscriptione septem te-
stium;Et tali casu,prout etiam in præce-
denti,statim mortuo testatore, opus est,
vt citatis prius omnibus interesse habẽ-
tibus,testes illi venire debeant coram
Domino Iudice causæ commissario, &
cum iuramento deponere,talẽ fuisse te-
statoris voluntatem, & eorum depositio
in publicam formam coram Iudice præ-
dicto, & tabellione reduci debet, vt ad
futuram rei memoriam plenam fidem
faciat,*l.fin.in fine*,*C. de testam.* quemad-
23 modum,semper hac testatoris voluntas
continetur in priuata scriptura, fuit ob-
seruatum, & in dies practicatur, ità
asserit*D.R.Capyc.Latr.decis. 7.sub nu.3.*
vbi Gizz. in addit.num.4.& de hac praxi
mentionem facit etiam *D.Consil.D.Ca-*
rol.Petr.super rit.M.C.181.nu.16.cum
Thor.in d.par.3.sui compend. verb. testa-

mentum nuncupatium, & aljis ex nostra-
tibus.
24 Substineri, rursùs annotandum est, te-
stamentariam dispositionem, etiam si illa
deficiat in solemnitatibus, Neqitalia re-
quisita d.l. hac consultissima concurrere
debent multis in casibus, quos recenset
Costia resol.iur.d.lib.2.resol.2.à n.23.cum
25 seqq. Sed signanter, quando agitur de fa-
uore piæ causæ, ex cap. relatum, & cap.
cum esses de testam. nam in tali testamēto
non requirūtur solemnitates Iuris ciuilis,
26 sed naturalis, & gentium: Tiraquell. de
priuil. pia causa, priuil. 1. & 46. vbi Addēt.
Clar. §. testamentū, quæst. 6. n. 1. Couarr. in
d. cap. relatum n. 1. vbi etiam Barbos. cum
alijs apud D. Reg. Capyc. Latr. d. decis. 140.
27 n. 1. quemadmodum idem procedit quo-
ties quis testatur inter liberos legitimos,
& naturales, d.l. hac consultissima. §. ex im-
perfecto, in quo §. nomine liberorum etiā
nepotes veniunt, vt ibid. Corn. num. 5. &
Natt. n. 191. Clar. d. §. testamentum, quæst.
12. n. 5. Boer. decis. 240. Amat. resol. 90. lib.
2. Andreol. contr. 309. omnes etenim sciūt,
28 in vtroq; casu duo testes sufficere, dum-
modò sint integri, aliàs tres necessarios
esse, disponitur in d. cap. relatum, & cap.
cum esses, licet illi non fuissent rogati, nec
in testamento descripti, sed examinati de
testatoris voluntate, pro causa pia, vel li-
berorum fauore deponerent, Clar. loc. cit.
d. quæst. 6. n. 2. Mant. de coniect. vlt. vol. lib.
6. tit. 7. num. 4. Mascard. de probat conclus.
1385. nu. 37. Vasq. de success. creat. lib. 1.
quæst. 24. limi. 19. n. 18. vers. vndè infertur,
Mart. de success. legal. par. 4. quæst. 8. art. 3.
n. 6. Simon. de Prat. de interprat. vlt. volūt.
f. mihi 120. nu. 19. & seqq. Gizzar. dec. 45.
vbi Addentes, cum Ricc. in collect. dec. 808.
29 plures alios ad propositum recēsent. Imò
etsi desint testes in tali testamento scripti,
sufficit tamen, si illud sit scriptum propria
testatoris manu, vt post innumeros tenet
Andreol. contr. 356. contrarijs respōdens,
& de communiori opinione testatur D.
Reg. de Marin. lib. 2. resol. iur. cap. 229. etiā
in testamento ad pias causas, quotiès te-
statoris voluntas alio legitimo modo ve-
rè probaretur, nam tunc neq; duos testes
requiri, ait ibid. n. 7. vbi ità in facti con-
30 tingentia consuluisse fatetur, licèt contra-
rium defendat, vbi testamentum prædi-
ctum aliquo modo legitimo nō esset pro-
batum, sicq; decisum tradat n. 8. per Regiā
† Cameram in causa Regij Fisci cum Gu-
bernatoribus Sacræ Domus A. G. P. hu-
ius Ciuitatis, super inualiditate testamē-
ti, quod dicebatur conditum per quendā
de Familia Carafa, nec vllo modo fuit le-
gitimè probatum. Id namq; suadetur, quia
cum ex d. cap. cum esses, & cap. relatum,
extrà de testam. habeatur, quod ad hoc,
vt quis possit validè testamentum condi-
31 cere ad pias causas, debet saltem duos
testes adhibere, & coram ipsis, & proprio
Parocho, vel Confessario suam postre-
mam declarare voluntatem, vt annuunt
Tiraquell. de priuil. pia causa d. priuil. 1.
& Mantic. lib. 6. de coniect. tit. 3. n. 4. alijq;
inter recentiores: imò lex generalis, cum
semper attendi debeat l. quod verò, ff. de
32 legib. sequitur, quòd dum ex lege generali
cautum est, vt talis scriptura, imperfecta
ratione solemnitatis, non sit valida, nisi
tantùm prò filijs, & liberorum fauore, vt
sancitur in d.l. hac consultissima, §. ex im-
33 perfecto, non est itàq; substinenda pro Ec-
clesia, seù pio loco, nisi aliquo modo legi-
timo probatur; Nam filius potest ab in-
testato succedere, quando claudicat te-
stamentum, pia causa verò non potest: ità
Clar. d. §. testamentum quæst. 14. Mantic. d.
tit. 3. lib. 6. de coniect. à n. 9. cum seqq. Can-
cer. var. resol. cap. 4. de testam. n. 5.
34 Quæ autem dicta omnia, quòad huius-
modi dispositionem, in solemnitatibus
deficientem, semper sunt intelligēda tan-
tùm in testamento, ordinato fauore piæ
causæ, vel inter liberos, secus quòad
alios extraneos, simul cum istis institutos,
nam respectu illorum tale testamentum
esset prorsus nullum; Clar. d. §. testamen-
tum quæst. 10. & Crass. ibid. quæst. 16. n. 8.
Surd. in supracit. consil. 158. n. 22. & seqq.
Peregrin. consil. 61. nu. 13. vol. 1. Menoch.
consil. 288. n. 36. & consil. 222. n. 94. vbi
nec quòad transuersales substineri posse

Ea hoc

hoc testamentum,ait: *Mascard. de probat. conclus. 642. nu. 2. Boer. decis. 240. nu. 1. & 241. Intrigl. de substitut. cent. 1. quæst. 75. n. 19. & seqq. Tusc. conclus. 115. num. 122. Fusar. de substit. quæst. 393. nu. 38. Decian. consil. 69. n. 19. lib. 3. Thesaur. quæst. forens. 34. n. 8. lib. 4.* vbi sic iudicatum refert, tam
36 quòad legata, quàm circà substitutiones, & fideicommissa, quorum grauamen non potest imponi filijs in testaméto, solemnitatibus carēte; quia nullum habet priuilegium respectu extraneorum, *Fusar. loc. cit. quæst. 245. nu. 55. Menoch. lib. 4. præsumpt. 7. n. 8. Alciat. consil. 480. n. 6. Cæphal. cons. 377. nu. 74.* quos dat, & sequitur *D. R. Capyc. Latr. lib. 2. consult. 132. à n. 20. cũ*
37 *seqq. & à n. 32.* vbi hoc idē ampliat quòad filios spurios, vel naturales, quorum fauore legatũm ab eorum patre relictum, siue institutio ab eodem facta in tali testamento imperfecto, nullo modo substi-
38 netur; Secus verò si essent illi à matre instituti, vt *ibid. n. 33. & 34.* post DD. suprà citatos, & præsertim *Facchin. contr. iur. lib. 4. cap. 3. Gayll. obseruat. 112. Guid. Pap. decis. 538. Vasquez de succ. creat. lib. 3. §. 21. n. 53. Surd. decis. 292.* vbi *Dom. Consil. Hodiern. Farinac. de testib. quæst. 59. n. 69. Conarr. de matr. cap. 8. §. 4. n. 12. Peregrin. de iur. fisc. lib. 3. cap. 18. n. 94.* qui vnico ore fatentur, hanc esse communiorem sententiam, præcisè quando adsunt filij legitimi, & naturales, cum *Molin. de iust. & iur. disp. 120. Gratian. discept. forens. cap. 219. n. 24. & Consil. Pascal. de vir. patr. potest. par. 2. d. cap. 8. n. 28.*

39 Claudicat verò, & imperfectum dicitur quodlibet testamētum ob voluntatis defectum, pluribus etiam modis, àc in nonnullis casibus quos perbellè enumerat *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs. 5. à n.*
40 *4. cum seqq.* Et inter præcipuos primus est, quandò testator, dum legata facere vellet, moriatur; nā tunc nulla ex parte testamentū valeret, tàm quòad institutionē, quàm ad alia, in eo scripta, *Menoch. vbi sup. Vasq. de success. lib. 2. §. 17. num. 7. Arpret. ad Clar. in §. testamentum quæst. 7. & 9. Barry. de testam. lib. 10. tit. 15.* Idq;
41 ampliatur per *d. DD.* siue expresse, siue tacite constet, testatorem voluisse detrahere, vel addere suo testaméto; & tantùm ex eisdem limitatur, quando testator, qui legata facere destinauerat, diù superuixit, & nihil egit; nam tunc testamentum prædictum pro perfecto habuisse dicitur, & destinationis illius pænituisse, vt ex pluribus docet idem *Menoch. loc. cit. sub. n. 5. versic. declaratur.*

42 Secundò, quandò testator suæ dispositioni conditionem aliquam erat adscripturus, & non adscripsit; nam tunc habetur hæc dispositio pro imperfecta, vt tradit *Menoch. d. n. 6.* quod esse intelligendum, subdit, si tali conditione testator volebat, minuere successionem, hæredi relictam, alioquin huiusmodi conditionis omissio non videtur, inducere testamenti imperfectionem, quòad institutionem, & substitutionem, *l. pen. C. de instit. & substit. Barry. d. tit. 15. vers. tertius est.*

43 Tertiò dicitur imperfectum testamentum ratione voluntatis dato, quòd testator, scripto, vel vocato eius hærede, dum illi substitutionem facere cupiebat, obmutuit; vel si cum vnum hæredem scripsisset, & alium facere vellet, decederet statim, aut post testamenti procrastinationem, tunc enim diceretur prorsus inualidum, ex dispositione *tex. in l. si quis cum testamentum, ff. qui testam. facere poss.*
44 ea præcipua ratione, quia testamentum dicitur quid indiuiduum *l. furiosum. C. qui testam. fac. poss.* & hinc vires recipere ab vltimo pūcto, scripserūt *Bald. & Imol. in d. l. si quis, &c. Soc. sen. cons. 92. nu. 3. lib. 3. Ias. cons. 8. col. 5. Grat. lib. 3. discept. forens. cap. 550. n. 9. Menoch. vbi suprà n. 5. Barry. loc. cit. n. 2.* cum alijs, congestis per *Consil. Pascal. in tract. de vir. patr. pot. par. 2. cap. n. 8. n. 59.* prout etiā de recēti Sacrū Consilium decreuit, in causa vertente in-
† ter D. Nicolaum, & D. Ferdinandum Capano, super successione hæreditatis quōdàm D. Hieronymi Capano, eorum fratris, qui disposuit in beneficium tantùm præfati D. Nicolai, & dùm eidem substitutionem facere volebat, decessit non completo testamento, vt habetur ex actis in Banca Magnif. de Alesio.

45 Ità pariter, quando testator cæpit testamentum condere,& aliqua disposuit, sed in medio testamẽti superuenit furor, aut mors, ob quod nõ valuit integrè disponere;nam tali casu nulla omninò censetur talis dispositio,ex quò videtur testator potiùs cæpisse testamentum facere, quã illud fecisse,ex *d.l.si quis testamentum,* & *l.ex ea,ff.de testam.l.fideicommissa,* §.1.*ff.*
46 *de leg.3.*Nihil namq;actum dicitur,si aliquid superest agendum, *l. pen. ff. de ijs, quib. vt indig. Abb. cons.* 105. *par.*2.imò
47 qui partem indiuidui facit,nihil censetur peregisse,*l.fin.C. qui testam.fac.poss.l.fin.*
48 *C. ad Syllanian.* Licèt fauore piæ causæ substineri huiusmodi dispositionem,saltẽ quòad eam partem, in qua fuit perfecta,asserat *Bart. in l. in testamento,ff.de fideicom.liber.*pro cuius opinione (etsi nõ desint alij contrarium substinẽtes)faciunt tradita cum.Concordantibus,per *Dec.in cons.*159.*sub n.*3.*versic.quarto,& vltimo,* & verissimam esse,post nonnullos testatur *Tiraquell. in tract. de priuileg.piæ causæ, priuil.*7.vbi *Addent.*

49 Quartò deniq; vt ad nostrã redeamus thesim, præsumitur tatione voluntatis prorsùs imperfectum testamentum, non publicatum,vel quia testator totãm eius
50 voluntatem coram nonnullis testibus expressit,ac ordinauit suum vniuersalem hæredem,& deindè iussit, vocari notariũ, & testes,rogatos ad talem actum, vt de hac sua voluntate conficeretur solemnis scriptura,& interim morte præuentus decessit;vel quia disponens publicata iam
51 eius vltima voluntate coram notario, & testibus, paulo post eisdem Notario, & testibus dixit reuertimini cras, vel alijs similibus verbis testamenti publicationem vel stipulationem, in aliud tempus distulit,dicens scilicèt,nihil aliud vsq; ad crastinum diem faciatis,aut eos rogãs,quòd
52 iterum die sequenti reuerterentur ad perficiendam scripturam, ex quo intendebat melius quòad reliqua cogitare, siuè aliquem consanguineum,vel amicum consulere de hac sua dispositione, & interim antequam die præscripta ad testatoris domum idem Notarius, & testes accederent,illius mors præcedat;Nam vel
53 consuluit *Oltrad d.cons.*119.potius videtur testator tali casu cæpisse, quam perfecisse testamentum,nam poterat tempore stipulationis,vel publicationis destinatæ, voluntatem pristinam mutare, cum sit illa ex sui natura ambulatoria vsq; ad vltimum vitæ spiritum,*l.4.ff.de adim.leg. l.omnium,C.de testam. l.si quis.C. qui te-*
54 *stam.fac.poss.*Quemadmodum sententia scripta per Iudicem,antequam plena in Aula recitetur,non dicitur sententia,sed præparatio ad eam,*l.*2.*C.de sent.ex breuic. recit.& cap.fin.de re iudic. in* 6. & nimis valet argumentum de sententia ad testamentum *l.* 1. ibi *voluntatis nostræ iusta sententia,ff.de testam.* Sicq; dum testator
55 procrastinauit testamenti publicationem, vel stipulationem,illud censetur non habuisse pro perfecto,& completo,imò aliquo modo præsumitur, voluisse ab inte-
56 stato decedere, vt asserit *Paul. de Castr. cõs.*71.*& cons.*450.*incip.visa d.facti narratione,lib.*2.quẽ refert,& sequitur *Consil.Pascal.*vbi supra,*d.par.*2.*cap.* 8.*sub nu.* 66. cui adheret opinioni *Surd. d. decis.* 292.vbi plenissimè *D.Consil. Hodier.*

57 Sed ad propositum adsunt nimis vulgatæ *decis. illa* 7.*&* 140. *D. Reg. Capyc. Latr.* in cuius prima, S.Consi.decreuisse, refertur, nullũ fuisse,ex voluntatis defectu, testamentum, quod fuit quondam Francisci Tipaldi, manu Notarij scriptũ, quia testator, qui illius stipulationem, in alium diẽ distulit,decessit priusquã stipulatio perficeretur; sed spectare,& spectauisse defuncti hæreditatem ad Aureliam Romanam eius matrem,& BeatricemTipaldam sororem vtrinq; coniunctam ab intestato:in secunda verò *decis.*140.*lib.*2. decisum traditur,inualidum esse simile testamentum quond. Deliæ Mazza,scribi incoatum manu Notarij, sed non expletum, ex quo ipsa testatrix à morte præuenta extitit,non obstante, quod de pia causa ibi ageretur.

58 Aliæ consimiles decisiones in beneficium venientium ab intestato,etiam Iunctis Aulis S. C. leguntur apud *Io: Bapt. Thor.par.*3.*compend.decis.verb.testamentum*

tum extensum, *& verb. testamentum oretenus*, *& in supplem. sui compend. verb. testamentum si sit conditum*, *Gizz. in obser. ad precit. decis. D.R.Capyc. Latr. D. R. de Marin tom. 1. resol. iur. cap.* 238. vbi *Dom. Rodoer.* & præter istos, ne desinas videre *D. Consil. Staiban.* probissimum quidem virum, in eius *resolut. 68. n. 45. D.R.Rouit. d. consil.* 41. vbi *Dom. Altimar.* & *Ant. de Amat. var. resol. cap. 80. n. 18. lib. 1.* cum alijs suprà relatis, qui pro reconciliatione nõnullarum opinionum, circà articulum hunc, existentium, ad distinctionem prouidè recurrerunt.

59 Aut enim constaret, testatorem in scriptis voluisse solemnitèr testari, & tunc ex quo ad substantiam actus requirebatur scriptura; propterea si testatoris voluntas non fuerit scripta à Notario, & coram testibus publicata, non posset dici actus absolutus, & perfectus, ex *reg. tex. in l. contractus, C. de fid. instrum.* vt in dubio sic semper præsumendum, inquit *Soc.*
60 *iun. consil. 71. n. 24. vol. 4.* scilicèt, testatorem voluisse testari iuxtà solitum; quia communitèr solitum est, vt huiusmodi testamenta prius scribantur, testatori legantur, & deindè coram testibus publicẽtur. Quemadmodum in his terminis absolutè procedere opinionem *Oldradi*, & eius sequaciũ, est affirmandum. Et prout nouitèr ex his etiã ãno 1674. fuit mota lis in‑
‡ ter Ill. Ducẽ Salzæ, vnà cum D. Camillo Strambone eius fratre, & D. Andream Caracciolum, super pretensa validitate, & inualiditate dispositionis quondam Ill. Principissæ Sancti Mangi, quæ more solito se in testamento subscripsit coram septem testibus, & duobus etiam famigeratissimis Aduocatis, sed antequàm stipulationis actus perficeretur, fuit morte præuenta. In qua causa, post nonnulla decreta Sacri Consilij, & M.C.V. super testium examine, pro verificatione, & publicatione præfati testamenti, ad instantiam dicti D. Andreæ, cui prædicta Ill. Principissa eius vxor, facta priùs vniuersali hæredum institutione, in beneficium Ill. Ducis Salzæ, & D. Camilli Strambone fratrum, titulo particularis institutionis reliquisse videbatur medietatẽ vsusfructus suarum dotium, cum alijs rebus mobilibus, vt patet ex actis in banca Magnif. Caroli Ardia: partiũ denique discrimina transactione sedauit V.I.D. Vincẽtius Raetanus, tùnc eximius causarum patronus, & ad præsens integerrimus, ac maximæ extimationis Regius Consiliarius, cuius virtus vndiq; fulget, omniq; verborum fuco omisso, quamlibet sanè meretur laudem.

61 Aut verò constaret, testatorem voluisse nuncupatiuum condere testamentum, nec in scriptis disponere, & isto casu, licèt ipse de hac sua dispositione, propter faciliorem probationem, prout in dubio esse pręsumẽdum, voluisset etiam, fieri alia die actum publicum, & priùs totam eius vltimam, & perfectam voluntatem coram septem testibus declarauisset, & postea fato præuentus, notarium adhibere amplius non potuisset, remaneret nihilominus valida, & prorsus firma talis dispositio, perfectaq; videretur eius voluntas, argum. *l. contrahitur, de pignor. Natt. in d. l. hac consultissima, §. ex imperfecto nu. 147. Honded. consil. 77. num. 17. cum seqq. lib. 1. Caroc. consil. 77. col. fin. vol. 4.* cum alijs, quos recenset D. *Hodier. in addit. ad d. de‑*
62 *cis. 292. Surd. n. 8.* dicentes, quod cum testamentum nuncupatiuum non requirat scripturam, vt diximus, igitur nec publicationem ad eius essentiam, & perfectionem: sequuntur *Bertazzol. consil. ciuil. 86. n. 2. Caphal. consil. 294. Mart. consil. 44. nu. 5. & 6. Ruin. sibi contrarius consil. 1. n. 21. vol. 2. Decian. consil. 8. n. 8. lib. 1. Laderch. consil. 156. Riminal. iun. cons. 439. n. 1. cum seqq.* hãcq; esse communem omnium sententiam, inquiunt *Rot. Roman. in decis. 173. n. 5. par. 2. in nouiss. & decis. 620. par. 1. Thesaur. iun. d. quæst. 28. à num. 3. lib. 4. Boer decis. 34. Gratian. discept. forens. cap. 550. n. 4. Seraph. decis. 581. Ricc. collect. decis. 3635. Thor. in eius compend. par. 3. d. verb. testam. extensum antè fin.* & *Dom. Consil. Pascal.* præter alios *d. par. 2. sui tract. cap. 8. à n. 67.* Et licèt scriptura in testamento nuncupatiuo fieri soleat, fit tamen ad euitandam probationem per te‑

testes,vt ait *Tusch.conclus.97.n.5.lib.8.lit. T.*per *text.in d.l.cōtrahitur,ff.de pignor.*& *Craff.de success.tit.de testam. quast.* 10.*nu.* 2.*&* 3.

63 Idcircò,si testator coram septem testibus voluntatem suam expressei it, quamuis Notarius,postea vocatus,illius volũtatem non publicauerit, ex quo testator isto tunc expirauerit,huiusmodi dispositio per testes,qui interfuerunt, probata valebit per *tex.in l.Lucius, ff. de testam.*vbi *Bart.* cum alijs, etiam inter extraneos, *Paul.de Castr. consil.* 307.*in* 2. *dub.vol.*2. *Simon.de Præt.conf.*14.*&* 85. *& de interpret.vltim.volunt.lib.*2.*interp.*1.*dub.* 2.*n.* 49. vbi ità decisum refert, prout etiam idem pluries iudicatum traditur in M.C.V.per D.*Gizz.ad R.Latr.d.decis.*7. *n.*4.*cum seqq.& d.decis.*140.*lib.*2. & præ-
64sertim in causa præambuli quondam Eu-
✝ geniæ Vitalianæ,quæ,expressa eius volũtate coram Notario, Iudice, ac testibus, dum volebat,dictũ testamentum stipulari,de facto,& repentè obijt;vnde ex eadẽ causa,die 8.Februarij 1645. ad relationẽ D.Iudicis Muscettula,decisum fuit, deberi legatum relictum eius Viro per testatricem cum interesse à die petitionis, iuxtà illius voluntatem,per legitimos testes,probatam. Nam ad validitatem te-
65 stamenti nuncupatiui finè scriptura,quæ non est de substantia istius testamenti, sufficit,quod probetur per testes, qui audierunt testatoris dispositionem,& talem fuisse illius voluntatem, *l. haredes palam in princ.ff. de testam.& d.l.hac consultissima,§.per nuncupationem,C.eod. tit.*

66 Ità igitur, similiq; modo reconciliari semper debent DD. opiniones, quòad præsuppositam testamentorum imperfectionem,ratione voluntatis, nec aliter,vt insinuauimus,per differentiam testamenti in scriptis,& nuncupatiui, attẽto vero, ac germano sensu verborum testatòris, ex quibus arguitur voluntatis illius per-
67 fectio,vel imperfectio, de qua constito, nequè per clausulam codicillarem testamentum saluari potest, cum talis clausula operetur tantùm,quando adest solemnitatis defectus in testamento, quod si non erit validum, vt testamentum, valebit virtute huius clausulæ, secundùm formã codicillorum,vt docent omnes in *auth. ex causa C.de lib.præter.Bart.in l.* 1.*nu.*8. *in fin.ff.de iur.codicillor. Dec. consil.* 394. *n.*9.*& consil.*431.*n.*5.*Menoch.cons.* 639.*n.* 26.*lib.*4.*Cost.de remed.subsidiar. rem.*82. *Ant.Fab.in suo C.lib.6.tit.5. de testam.de-*
68 *fin.*6.*n.*4.*in fin.*prout etiam operatur legati repetitionem à venientibus ab intestato, iuxtà tradita per *Præs.de Franch. decis.*1.*n.*13. non verò circa dispositionẽ directam aliquid operatur,scilicèt vt illa reddatur valida,& vt vocari in testamẽto iure directo veniant,sed vt obliquo iure concurrant,ex *tex.*formali in *l.fin. C.de codicill.Menoch.consil.*382.*in fin.*

69 Imò per clausulam codicillarem, etiã rupto testamento,quamuis substineri legata pia,tradat *Thesaur.decis.*141.*nu.*14.
70 prout caducata institutione per mortem instituti,substineri ex clausula codicillari substitutionem,præsertim factam fauore piæ causæ,nonnullorum authoritate iudicatum refert *Præs.de Franch.in vulg. decis.*156.etiam si non adesset expressa clausula codicillaris, & *omni meliori mo-*
71 *do*, quæ hodiè communitèr à Notarijs de stylo apponitur; operatur enim hæc clausula,vt caducata institutione, locum habeat substitutio, quemadmodum resolutum fuit *in d. decis.* 156. *de Franch.* & censeantur ex hoc venientes ab intestato
72 grauati de restituendo hæreditatem substituto: cuius decisionis meminerunt *Turret.in tract. de claus. codicill. quæst* 84.*Rot.decis.*945.*n.*2.*Marescot.var.resol. lib.*2.*cap.*78.*n.*5.*Thes.filius quæst.forens. lib.*4.*quæst.*35.*n.*6.*post Patrẽ,in dec.*60.*&* 86.*Ricc.collect.decis.*59.& cum alijs recẽtioribus *D.R.de Marin. lib.* 2. *resol.iur.*
73 *cap.* 219.vbi subdit, quod in casu compendiosæ substitutionis, absquè quòd clausulam subingrediamur codicillarem, ex vulgari in illa comprehensa, est substitutus admittendus,vt decisum traditur in Senatu Mantuano per *Surd. decis.*37. vbi *n.*8.ait,dubitandum non esse, substitutionem sub simplici forma, *si decesserit sine liberis*,compendiosam esse, quamuis dictio-

dictionem *quandocumq;* non contineat, *ibiq;*perbellè *D.Consil.Hodiern. in addit. per tot.* Sic pariter decisum refert *Ant. Fab.tit. C. de impuber.& alijs substit.defin.14.sub n.7.Guid.Pap.dec.550. Castill. decis.151.Gratian. decis.* 140.vbi plenè *Scopp.in obser.*quamplures concordantes recenset,post *Dom.Reg. Marcian.disput. 68.n.20.Peregrin.de fideicom.art. 34.n.9. Gratian.tom.3.discept.forens. cap. 407. & 508.Mart.de leg.success.quaest. 30.art.1. n.2.*& inter caeteros,idem confirmat eruditissimus *D.Praes.*D. *Franc.Merlin. cont.*
75 *forens.cent.1.cap.9.n.4.*vt scilicèt compēdiosa semper dicatur substitutio,quotiès verbis generalibus est facta,etiam particula illa *quandocumq;* minimè adiecta, iuxtà *Gloss.in l.in testamento la 1.C.de testamento milit.*& *cap.si pater, verb. si absque deductione,de testam. in 6.* prout nos, Deo dante, quae hic per calami lapsum annuimus, alibi fusius exarabimus.
76 Nihilominus ad quaestionem de qua egimus, nō procedere quicquid de huius clausulae codicillaris vi, & virtute diximus,est procul dubio demum asserendū, vbi testamentum esset imperfectū ratione voluntatis,necnon solemnitatis defectu, vt in *l.fideicommissa,§.1.vbi Gloss.ff.de leg.*
77 3. quoniam tali casu, neq; inter liberos, neq;fauore piae causae huiusmodi substinetur testamentum, vt latè fundant post antiquiores *Guid.Pap.decis.513. Couarr. in d.cap.relatum n.9. de testam.Gamm.d. decis.221.n.3.Thesaur.d.quaest.28. nu.13. Cancer.lib.3.var.resol.ca p. 20. num. 406. Mantic.de coniect.vltim.vol.lib. 5.tit.2.n. 9.& lib.6.tit.4.n.15.*& de communi opinione testantur inter alios, idem *Surd. vltra d.eius decis.292.in consil.258.n.23. lib.2.Cons.Hodiern.vbi suprà, & in contr. forens.cap.36.n.72.& seq.Ricc.collect. decis.230.limit.1.Praes.Amat.consil.61.n.13. & 34.& Consil.Pascal.loc.cit.d. cap. 8.nu.* 58.cum innumeris,ex breuitate hic praetermissis, dum ad vlteriora progredi, calami nos conuocat cursus.

CONTROVERSIA. XXXXVI.

Subsequenti substitutione,àn praecedens meliùs explicetur:ità vt quicqu id ex errore fuit in primo substitutionis gradu omissum,ex clarioribus secundi gradus verbis,apertè dignoscatur, & iuxtà illa praecedens sit iudicanda substitutio?

SVMMARIVM.

1 *Series facti exponitur,& anceps testatoris dispositio recensetur n. 2.*
3 *Substitutionis pupillaris describitur caducatio.*
4 *Substitutio restringi potest ad pupillaris etatis tempus, etiam ab extraneis personis.*
5 *Substitutio,vt dici possit merè pupillaris, quibus verbis concipi debet?*
6 *Substitutio*, si in pupillari etate absquè filijs decesserit,*mera pupillari sest.*
7 *Pupillus filios etiam generare potest.*
8 *Experientia dicitur rerum magistra.*
9 *Pupillaris substitutio praesumitur facta vsquè ad tempus pubertatis,& cum pupillari expirat etate,vt n.4.*
10 *Substitutus,vt excludatur,dicere(sufficit) in hoc casu substitutio de te non loquitur.*
11 *Substitutionis primo gradu caducato, an, & quando caeteri corruant?cum n. 12.& 18.*
13 *Principio cessante,nequè media, nequè finis locum habere possunt.*
14 *Substitutus non admittitur,mortuo instituto ante testatorem.*
15 *Substitutio secunda non procedit,prima defecta,primoq;gradu perempto.*
16 *Substitutionis pupillaris primo gradu caducato,secundus paritèr corruit.*
17 *Substitutionis pupillaris spes non transmittitur.*
19 *Posterior formatur euentus à primordio tituli.*
20 *Testator,qui substitutionis casū ristrinxit*

nit tantùm ad pupillaris etatis tempus, vltrà pubertatem instituti illam extendi,noluit.

21 *Substitutio intra certum tempus facta, eo elapso,extinguitur, nec vltrà illud extendi potest,& n.22.*

23 Dictio dicta,*vel* prædicta *est repetitiua præcedentium; & per istam dictionem fit relatio ad præcedentia,vt n.24.*

25 *Legis vna pars,sicut alteram declarat,ità & vna testamenti aliam partem explicat.*

ARGVMENTVM.

Ex secundo substitutionis gradu, ad pupillare tempus solùm restricto,additis tamen dictionibus,*etiam*, & *in dicta*, scilicèt,*pupillari ætate*, cōtrouertitur: àn præcedens substitutio tali casu,etsi videbatur prima facie compendiosa, & generaliter facta primis hæredibus institut's,per hæc verba subsequentia, præcedentium repetitiua, ità clarius explicetur,vt quiequid ibi ex scribentis,aut testatoris errore,seù potiùs per calami lapsū,omissum reperitur,apertè dignoscatur, & ex hoc pupillaris etiam efficiatur,præsertim quando similibus verbis,posteà per testatorem magis expressis idem colligatur.

Quibus in facto positis, affirmatiuam tueri sententiam, conatur *Author*; Sicq;ipso patrocinante, per Sacrum Consilium fuisse nouitèr decisum,refert.

Et pupillarem deniquè substitutionem, per Parentes tantùm fieri permissam eorum filijs impuberibus, & in potestate existentibus,eosdem sortiri effectus,quotiès ad hoc idem pupillaris etatis tempus restringitur à quolibet testatore,etiam extraneo hærede instituto, dilucidè ostenditur.Pluraquè breuiter de hac tàm vasta ponderantur materia.

1 
Nfandum renouare, àc dirum cogor dolorē immaturi obitus dilectissimi mei vterini fratris, quōdam V. I. D. Mutij Antonij Grossi, nouissimi Iuris nostri municipalis interpretis,dùm in viridi florebat iuuentute:flebilemq;nimis,atq;ceteris duriorem profectò, quia inopinatā, postremis eius diebus ex fatali decreto præscriptam metam, etsi contrà votum, luctuosis verò non sinè verbis, lacrymis calamo aspersis,& papyro, singultibusq; nonnullis,recensere astringor; occasione cōtingentis controuersiæ,frustra excitatę, aut nescio euius vana, inutiliquè suggestione,per Fratres Seculares Venerabilis Congregationis, sub titulo Visitationis Beatæ Mariæ Virginis, eractæ intus Ecclesiā Ierorminorū;quorum insubsistēres quidem prætensiones, molestæ penitùs, nec iusto,aut prudenti motæ consilio,iudicari debent,eum adhuc ab illis supponatur,locum habere posse, nequè caducatam,& irritam esse simplicem substitutionem illam,ad pupillare solùm tempus restrictam,eorumq;fauore ordinatam anno 1656.in sua testamentaria dispositione à quondam V.I.D.Carolo Grossi, pestilentiali morbo eodem tempore defuncto;ob acerbum deniquè mortis euētum, sinè vlla prole,prædicti Mutij,nepotis,& hæredis d.Caroli testatoris; quāuis è viuis priusquàm decederet præterito anno 1678.idem Mutius vniuersalem eius hæredem Victoriam Magliulo, communē nostram, & amantissimam Genitricem, quæ fanè inconsolabilis remansit,eamq; in omnibus bonis,obuētis etiam ex prædicti eius Patrui successione,etiam instituisset,considerantè nimis aduertens, præfatam piam substitutionem,eidem,àc vnà simul eius germano fratri Vincentio, & Nuntiæ Grossi sorori factam à dicto quōdam Carolo, eorum Patruo,censeri prorsùs

sùs extinctam, & caducatam, sequuta eius nō solùm puberi, sed maiori, & adulta etate: nec posse propterea aliquid aliud prætendi per dictos Fratres Venerabilis huius Congregationis; eò fortius, quia sic expressè alia occasione reemptionis, & alienationis cuiusdam capitalis, reperiebatur declaratū per M.C.V. anno 1673. vt ex actis in banca Mag. Ardiæ, *fol.* 28.

2 Verùm, quod res ità se habeat, apertè nimis constat, àc euidenter cernitur ex postremis tabulis dicti quondam Caroli, cuius dispositio duo continet capita, in quibus illa omninò restringitur, vt in casu tantùm, quo decessissent præfati eius nepotes omnes in pupillari etate, succederet in vsufructu Victoria Magliulo, ipsorum mater, eius vita solùm durante, nisi ad secunda vota migraret, & postmodum quòad proprietatem, & vsufructum statim prædicta Venerabilis Secularium Fratrum Cōgregatio, ob subsidium pauperum, & ægrotantium Sacri Hospitalis Incurabilium: his videlicèt verbis.

Instituisco miei heredi vniuersali, e particolari Mutio, e Vincenzo Grossi, figli legitimi, e naturali del quon. Dottor Gio: *Grossi mio Fratello, procreati nel legitimo matrimonio, contratto con la Signora Antonia Magliulo, col peso di dare il paraggio di detta mia heredità à Nuntia Grossi loro sorella, al tempo di maritaggio, ò monacaggio, con conditione, che morendo alcuno di essi Mutio, ò Vincenzo, l'vno succeda all' altro, e l'altro all'vno; e morendo tutti due,* succeda detta Nuntia: e morēdo anco detta Nūtia,* in detta pupillare età, *succeda detta Signora Antonia Magliulo, purche si ritrouarà gurdando il letto viduile, e seguitare à guardare, & in ciascheduno di detti casi debba essere sempre vsufruttuaria solamente di detta mia heredità, e doppo sua morte debbia quella recadere alla Congregatione della Beatissima Vergine della Visitatione, eretta nella Chiesa delli Padri dell' Oratorio di S. Filippo Neri, acciò dell' entrate di quella se ne souueniscano gli ammalati dell'Ospidale dell' Incurabili.*

Item(legitur post multa) *auerta detta V. Congr. che succedendo il caso (quod absit) che morissero detti figliuoli,* nella pupillare età, *e detta Signora Antonia, non volesse restituire li beni à detta Congregatione, che subito detta Congregatione si debbia fare restituire la metà delli beni paterni, de' quali potria hoggi disponere in beneficio d' altre persone, & anco detto censo, & altre cose particolari, atteso la mia intentione è di dare a'detti miei Nepoti detta portione mia libera, & altri miei beni liberi; conditionati, che morendo detti figliuoli, (quod absit)* nella detta minore età, *quelli vadino retta via à detta Congregatione. Riformando il capo predetto à rispetto dell' vsufrutto, lasciato in detta mia heredità à detta Antonia nō guardando il letto viduile; e questo se intenda tanto della metà mia libera delli beni paterni, quanto materni, quanto anco degli altri miei beni, che subito retta via vadino in beneficio di detta Congregatione, instituendola ex nunc pro tunc herede vniuersale, & particolare in detto caso, che detti figliuoli morissero* in pupillari etate.

3 Cum igitur ità prædicti quondam Caroli Grossi testamentaria se habeat dispositio, & infrà tempus pupillaris etatis dictus Mutius, vnus ex heredibus institutis per dictū Carolū, minimè diem clauserit extremum, post eius fratrem Vincentium, & Nuntiam pariter cohæredes, in pupillari etate defunctos; sed tantùm post pubertatem, nec non in maiori etate; meritò nulla remanet amplius istius substitutionis conditio expectāda, cui pars pedes figere possit, dum omnes censentur extinctæ per obitum dicti Mutij in maiori etate. Nemo enim inuenitur, etsi idiota, qui nesciat, substitutionem scilicèt pupillarem, quæ impuberibus filijs, hæredibus institentis, à parentibus tantùm ordinatur, vel ab alijs, etiam extraneis personis, ad hoc pupillaris etatis tempus restringi, solet, adueniente pubertate statim expirare: *l. si ità quis, ff. de pupill. & l. pupillari, ff. eod. tit.* ibiq; communiter DD. omnes, & *in* §. 1. *instit. de pupill. subst.*

4

5 Quòd autem substitutio, de qua modò loquitur, sit tantùm pupillaris, siuè (vt meliùs inquam) restricta solùm ad pupillare

late tempus, apertè nimis colligitur ex prænarratis verbis Testatoris, qui pluries idem repetit, scilicèt, si casus contingerit, quòd dicti mei nepotes morirentur, omnes in pupillari ætate (quod absit) eis substituo dictam Venerabilem Congregationem. Idq; ostenditur, post *Bart. in l. centurio, ff. de vulg. Corn. conf.* 322. *nu.* 18. *lib.* 3. *Grat. conf.* 134. *n.* 13. *lib.* 1. *Intrig.*
6 *de subst. cent.* 1. *quæst.* 86. *n.* 87. plenè ex traditis per *Fusar.* in suo celebri *tract. de substit. quæst.* 108. 109. 112. *&* 111. vbi asserit, solam pupillarem esse, etiamsi à testatore fuerit dictum, si filius meus sine liberis in pupillari ætate decesserit, Caium substituo, iuxtà dispositionem *tex. in cap. si Pater, de testam. in* 6. per quem *tex.* hanc eandem quæstionem deeisam reperiri, tradunt *Socc. sen. in d. l. centurio n.* 4. *& Socc. iun. ibid. n.* 227. *ff. de vulg.* post *Bart. eod. loc. n.* 17. *Paul. de Castr. in l. precibus n.* 15. *vers. breuiter*, *C. de impub. & a l. subst.* & ibi *Alex. num.* 15. *Mantic. de coniect. vlt. vol. lib.* 5. *tit.* 12. *n.* 4. *& lib.* 11. *tit.* 1. *n.* 3. *vers. sed tamen. Simō de Petr. de interp. vlt. vol. fol.* 96. *n.* 65. Ità decisū *in Rot. Rom.* testatur *Farinac. decis.*
7 639. *part.* 1. & ab hac opinione DD. tam in scribendo, quàm in consulendo nunquam recesserunt, vt ait *Menoch. lib.* 4. *de præsumpt. part.* 34. *n.* 18. *&* 37. quam pro multis allegare sufficit. Hoc etiam nonnullis rationibus confirmant, *Surd. conf.* 300. *num.* 13. *Trentacinq. de substit. cap.* 4. *vers. secundus casus par.* 2. *Gratian. tom.* 3. *discept. cap.* 528. *n.* 30. *cum seqq.* Aliјq; apud *Consil. Hodiern. in cap.* 20. *contr. fo-*
8 *rens. à n.* 4. *vsq; ad finem.* Sed præcipua ad præsens videtur esse, quia pupillum filios procreare posse, non ambigitur; vt docet rerum magistra, quæ experientia dicitur, *cap. quanta sit, de elect. pot. lib.* 6. vbi *glos.* 20. *quæst.* 1. id euenisse, refert tēpore Diui Gregorij, & nonnullorum testimonio idem comprobant *Couarr. de matrim. par.* 1. *cap.* 4. *n.* 4. & *Emanuel Costa in d. cap si pater, par.* 1. *vers. vxorem, n.* 10. *de testam.* in 6. quos pariter recēset *D. Hodiern. loc. cit. cum D. Consil. de Rosa consult.* 17. *per tot.*

9 Hinc est, quod cum casus præfatæ substitutionis pupillaris ad præsens non euenerit, nulla idcireò de illa habenda erit ratio, prout cuncti DD. vno ore fatētur, inter quos vide *Socc. iun. conf.* 63. *col.* 9. *n.* 14. *lib.* 3. *Aymon. conf.* 161. *in fin.* quorum meminit *Grat. discept. forens. cap.* 235. *n.* 1. *tom.* 2. sed in terminis *Fusar. in d. tract. de subst. quæst.* 102. *per tot. Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 47. *Alex. Trentacinq. d. par.* 2. *cap.* 19. *nu.* 3. cum alijs innumeris, quos breuitatis causa, prætermitto.

Nec prædictis vnquam obstabit, quod pars ex aduerso supponit nimirum, hanc substitutionem, à dicto Carolo ordinatā Mutio, & Vincentio eius nepotibus, esse omninò compēdiosam, & sic etiam comprehendere casum, in quo dicti nepotes absq; liberis morirentur, subsequentibus verbis inhærēdo, videlicèt. *E morēdo tutti due, succeda d. Nuntia, & morendo anco detta Nuntia in d. pupillari ætate, succeda, &c.*

Principalitèr, quia quicquid supponit nequaquam sustineri potest, imò est prorsùs erroneum; Testatoris namquè nostri voluntas, quod sit restricta tantùm in vno speciali casu, scilicèt substitutionis pupillaris, & sic quod omnes alios omninò velle excludere videatur, clarè patet, ac manifestè habetur, tàm in primo, quā in secundo capite testamenti, ex quibus colligitur, Doctorem Carolum testatorem substituisse in eo tantùm casu nepotes, in quo decederent in pupillari ætate, nulla facta mentione casus, quo absq; liberis illi morirentur post pubertatem, vel quandocunq; ab intestato.

10 Quapropter sufficit nobis dicere, prætensam substitutionem non adesse cùm in testamento non legatur, nisi restrictam in casu tantùm pupillaris ętatis, quæ adueniente iam pubertate, ac etiam maiori ætate prædicti quond. Mutij, expirauit, ad hoc vt dicti Fratres Venerab. Congregationis Beatæ Mariæ Virginis, pupillaritèr substituti, penitùs excludantur; Nam fat est, substitutionem reperiri hoc casu extinctam, vt euidenter cernitur. Ità *Menoch. conf.* 92. *nu.* 97. *Rimin. iun. conf.*

Ff 110.

110.*n.*15.*& cons.*171.*n.*87. *Peregrin. de fideicomm.art.* 1.*n.*16.*& art.*11.*n.*37.*Peregrin.decis.*5.*n.*133.*part.*3. *Honded. cõs.* 60.*n.*12.*& cons.*78.*num.* 10.*lib.*1.*Pacian. cons.*17.*n.*37.*Cyriac.lib.* 2.*contr.* 281. *nu.* 41.*Crauett.cons.*108.*n.*3. *Soccin.sen.cons.* 62.*n.*4.*lib.*3.*& Soccin.iun.consil.* 102. *nu.* 23.*lib.*1.*Ias.cons.*141.*n.*5.*lib.* 5.*& consil.* 35.*n.*7.*lib.*3.*Marott.contr.*12.*tom.*1.*num.* 24.*Anell.de Amat.cons.*61.*n.*27. *& cons.* 84.*num.*25.

11 Nec secundò inficiunt Aduersariorũ oppositiones;quia dato,quod huiusmodi substitutio esset compendiosa,vt illi perperam iudicant,quodq; à nobis prorsùs negatur, adhùc tamen est caducata; nam facta reperitur dictis Mutio, & Vincentio in beneficium tantùm Nuntiæ Sororis, quæ cum decessisset ante istorum obitum,substitutio illa,eius fauore ordinata,extincta remãsit, nec locum modò habere potest in beneficiũ dictę.Cõgreg. quæ fuit pupillariter substituta in casu mortis prædictæ Nuntiæ, ea præcipua ratione, quia caducato primo gradu substitutionis, neq;secũdus amplius permanet, sed euanescit,vt docent DD.*in l. unica,C.de cad.toll. Peregrin.de fideicom. art.*15.vbi *Addentes*, & omnes alij, re-
12 lati à *Fusar.de subst. quæst.* 469. qui varios casus enumerat, in quibus fit caducus secundus substitutionis gradus, caducato primo, signanter pupillaris sub-
13 stitutionis, de qua hìc agitur. Principio enim cessante, neq; media, neq; finis locũ habere possunt, vt ait *Bart.* cum alijs cõmuniter *in l.quandiù, ff.de acquir. hered.Mastrill.decis.*266.*lib.*3.*Cephal.cons.* 620.*& cons.*17. *n.*12.*Menoch.cons.*1088. *à n.*10.*cum seqq.Bald.cons.*279.*lib.*1. *Oltr.cons.*177.*&* 139.*Ancb.cons.*137.*Corn. cons.*176.*lib.*3.*Castill.decis.*151. *num.*25.
14 *Gratian.decis.* 140.vbi notat,substitutũ, mortuo instituto antè testatorem, ideò non admitti;quia substitutio secũda, defecta prima, primoquè gradu perempto,
15 haud procedit ex DD. in *l. quamdiu, ff. de acquir.hered.Peregr.cõs.*40.*lib.*1.*Surd. cõs.*370.*n.*6.*cõs.*448.*n.*10.*cõs.*141.*n.*7.*cõs.* 279.*n.*2. *& decis.* 144.*n.* 13. *Ruin. cons.* 104.*n.*42.*&* 175.*lib.*2.*Gabr. cons.*95. *lib.* 2.*& cons.*117. *lib.*1.*Castill.lib.*3. *controu. cap.*15.*n.* 88.*Casanat. cons.*55. quos dat, & sequitur *Iul.Capon. in contr.* 51. *à nu.* 13.*cum seqq.*

16 Hoc idem suadetur etiam ex *tex. speciali,in l.qui habebat* 47.*ff.de vulg. & pupill.subst.*ibi enim habetur,quod quando vtraq; substitutio,tam prima,quàm secũda est pupillaris, vel compendiosa, sub qua pupillaris continetur,tùnc eueniente casu pupillaris, & caducato primo gradu, neq;secundus potest habere locũ; eum spes pupillaris substitutionis ad he-
17 redes non transmittatur. Et sic si primus substitutus decesserit, secundus ad pupilli vltimi morientis successionem admitti non poterit, *d.l.qui habebat,vbi Gl. Bart. Bald.Paul. & alij.* Idem *Paul. de Castro in d. l. quamdiu, ff. de acquir. hared. Corn. cons.* 298. *lib.* 3. *& cons.* 199. *lib.*2.*Socc sen. cõs.*52.*lib.*1.*Dec.cons.*427. *Fusar. d.quæst.*469.*n.*21. *Decian.cons.*81. *vol.*2.*Ant.Fab.lib.*6. *tit.*8.*def.* 18. *nu.*9. *Boer.decis.*38.*n.*21. *Menoch.cons.* 106. *n.* 378.*lib.*2.*Burs.cons.*1.*n.*5.*lib.*1. *Peregrin. de fideicom.art.*15.*n.*14.*&* 18.& nouitèr *Capon.in d.contr.*51.*n.*5.6.*&* 8. Quomodò nunc ergò prædicta Venerabilis Cõgregatio B. Mariæ Virginis prætendere potest,enunciatam substitutionem adhuc vigere,cum non solum reperiatur extincta, caducato primo gradu, ob mortem Nuntiæ, sed etiam quia propter obitum prædicti Mutij in maiori ætate omninò expirauit.

18 Dicamus itaquè conuenit, quod siuè prima substitutio,à Carolo testatore, facta dicto Mutio,& Vincentio fauore dictæ Nuntiæ Grossi,sit compendiosa,quod inconsideratè quidem vlla fundamentali ratione ab aduersarijs supponitur:siuè vtràq;pupillaris,prout verissimum iudico, & vti euidenter patet; semper est
19 tamen caducata. Nam quando plures substitutiones sunt ità connexæ, & catenatæ inter se, vt vna ab alia dependeat, & sequentes à prima substitutione per modum continuati sermonis, tunc caducata,& defecta prima, cæteræ ruunt, ex

eo quia in tantùm ſecunda locum habet
ſubſtitutio, vt plurium I.C.authoritate
inſinuauimus anteà, in quantùm primus
gradus fuerit verificatus; cum à primor-
dio tituli poſterior formetur euentus, *l.* 1.
C.imponend. lucr. deſcript. nec aliter.

20 Quibus verò poſitis, vt magis huius
cauſæ iuſtitia niteſcat, vltimò eſt aſſerē-
dum, nullo pacto dubitari poſſe, quin
verba noſtrę ſubſtitutionis apertiſſimè
demonſtrent, teſtatorem ad pupillare
tempus diſpoſitionem reſtrinxiſſe, dùm
ità demum Venerabilem Congregatio-
nem Beatæ Mariæ Virginis vocauit, ſi
eius nepotes in pupillari ætate decede-
rent. Quarè ſiuè ea ſubſtitutio ſit pupil-
laris, vt ex congeſtis, ſignanter per *Fu-
ſar.de ſubſt.quæſt.* 108. & 109. veriſſimū
21 eſſe patet, ſiuè cuiuſcumq; alterius ſpe-
ciei, certè ad pupillarem ætatem eſt re-
ſtricta, ideòq, ex verbis vltrà extendi nō
poteſt; cum receptiſſima ſit ſanè propo-
ſitio, ſubſtitutionem, ſiuè fideicommiſsū,
intra certum tempus factum, tempore
elapſo, finiri, nec vltra illud extendi, *l. ſi
ita quis* 21. *l. ex facto* 43. *§. item quæro
circa fin. ff.de vulg. & pupill. Bart.in l. ſi
mater, §.* 1. *n.* 3. *verſ.contra, ff.eod.tit.Iaſ.
in l.* 1. *n.* 30. *verſ. confirmatur, ff. de vulg.
Caſtrenſ, conſ.* 46. *n.* 2. *lib.* 1. *Ruin.conſ.* 83.
n. 12. *lib.* 2. *Gozadin.conſ.* 104. *n.* 4. & 7.
Pariſ. conſ. 23. *n.* 21. *lib.* 3. *Rimin. iun.conſ.*
53. *n.* 2. & 4. *Menoch.conſ.* 399. *ſub n.* 19.
& conſ. 679. *n.* 6, *Sforz.Odd.conſ.* 56. *n.* 27.
& conſ. 95. *n.* 24. *Caſanat.conſ.* 4. *n.* 82. *&
conſ.* 55. *n.* 17. *Peregrin.de fideicomm. art.*
22 1. *n.* 37. Cum enim ad vnum tempus te-
ſtator diſpoſitionem coarctauit, omne
aliud excluſit, *l.maritus, C. de proc. l.cum
Prætor, C. de iudic.*

Et quamuis in primo capite teſtamen-
ti dicti quondam Caroli, hæc ſubſtitutio
pupillaris non appareat ordinata, niſi
tantùm in caſu mortis Nuntiæ eius nep-
tis in pupillari ætate, firmiter tamen
credo, non ex teſtatoris voluntate, ſed
potiùs propter ipſius mentis imbecilli-
tatē, ex quo peſtilentiali morbo reperie-
batur affectus, vel ſaltem ob calami la-
pſum, ſiuè ſcribentis obliuionem, hoc
eueniſſe; aliàs videretur, prędilexiſſe nep-
tem, quod dici non poteſt, dum eius ne-
potes tantùm hæredes inſtituit; idquè
apertè cernitur, non tam ibidem, cum hęc
formalia verba legantur, ſcilicèt, *E mo-
rendo anco detta Nuntia in detta pupilla-
re età, &c.* ex quibus manifeſtè arguitur,
teſtatoris voluntatem fuiſſe pupillaritèr
etiam ſubſtituere prædictam Nuntiam
alijs eius nepotibus maſculis, hæredibus
inſtitutis, cum onere dotandi eam: verum
etiam ex ſubſequenti capite, vbi de iſta
pupillari ſubſtitutione expreſsè loquitur
ipſe teſtator, qui licèt ægrotus, præce-
dentis tamen erroris, vel potiùs futuri
euentus ferè præſagus, ſuam primæuam
intentionem meliùs explicat, illamquè
cōſuetis verbis ſubſtitutionis pupillaris,
pluries ibi repetitis, manifeſtè confir-
mat.

23 Idq; eò fortiùs ſupponitur, quia in di-
cto primo capite habentur illa verba,
nempè: *anco in detta pupillare età*, quæ
ſunt repetitiua præcedentis voluntatis
teſtatoris; Nam ſemper dictio *detta*, vel
prædicta, eſt repetitiua pręcedētium, *l.* 1.
§.ex hoc edicto, & §.cum qui, ff.de poſtul.
vbi *Bartol. & in l. ſi cui, §. ſi à filio, ff. de
leg.* 1. *& in l. ſcriptura, §. fin. ff. eod. Pariſ.
conſ.* 49. *n.* 22. *vol.* 3. *Dec. conſ.* 508. *n.* 3.
Surd.conſ. 123. *n.* 13. ibi *quia dictio præ-
dictis repetit eaſdem qualitates, conſ.* 417.
n. 4. *vol.* 4. *deciſ.* 66. *n.* 17. *deciſ.* 85. *n.* 3. *de-*
24 *ciſ.* 120. *n.* 17. ibi *quādo dicitur prædictos,
relatio fit ad præcedentia*, & tandem *deciſ.*
319. *n.* 9. *Iacob.Mandell.conſ.* 11. *n.* 28.
Macerat.var.reſolut.lib. 2. *reſolut.* 1. *n.* 21.
Camill.de Med.conſ. 4. *n.* 12. *Scip.Theudor.
alleg.* 2. *n.* 37. R. *Merlin. contr.for.cent.*
1. *cap.* 72. *n.* 16. & R. Capyc. *Latr. deciſ.*
103. *n.* 8. *lib.* 1.

25 Vndè, quia vna pars legis quēadmodū
alteram declarat; *l.vtrum, ff. de petit. hæ-
redit.* ità paritèr vna pars teſtamenti aliā
explicat. *l.qui filiabus in princ. & l. ſi ſer-
uus plurīū, ff.de leg.* 1. *Anch.iun. quæſt fa-
mil.quæſt.* 72. *nu.* 27. *lib.* 1. *Fuſar. de ſubſt.
quæſt.* 339. *declar.* 3: quos refert *R. Capyc.
Latr.conſult.* 60. *n.* 14. *lib.* 1. Eſt deniq; du-
bio procul concludendum, teſtamentariā

dicti quondam Caroli dispositionem fuisse, vt substitutio, ab eo ordinata in beneficium Fratrum Venerabilis Congregationis Beatæ Mariæ Virginis, locũ non haberet, nisi in vno tantùm casu, quo omnes eius nepotes in pupillari ætate decederent; Et sic non facto isto casu, quia Mutius vltimus moriens, Victoria eius Matre vniuersali hęrede instituta, in maiori ętate suos postremos clausit dies, expirauit etiam substitutio; Quemadmodum hactenùs in facto, & Iure patefecimus, vt profligatis Aduersariorum obiectionibus, eorũ vana prorsùs rueret prętentio, sicuti prærensa euanuit substitutio. Cæteraq; Supremus noster Senatus suppleat, nostraq; dicta de more corrigat.

Et iuxtà præmissa, hicq; breuitèr circà præsentem articulum allegata, Sacrum Consilium decreuit die 18. Mensis Februarij 1679. in Aula doctissimi Dom. Consil. Pauli Iannastasio, ad relationem integerrimi Dom. Consil. D. Octauij Capycij Scondito causæ Commissarij, interuenientibus etiam, cum Spectabili Dom. Præside D. Felice Vlloa, viro sanè ex omni parte ammirando, D. Troiano Miroballo, Ill. Duce Capimellis, D. Antonio de Ponte, & meritissimis alijs Regijs Consiliarijs eiusdem Aulæ, quorum sententia fuit conuenta omninò absoluta ab impetitis per dictam Venerabilem Congregationem, prout constat ex actis in banca Magnif. Lauiani.

CONTROVERSIA. XXXXVII.

Dotis non solutæ interesse, decursum in vita viri, quando censeatur remissum, ità vt amplius peti non possit?

SVMMARIVM.

1 *Facti species adducitur.*

2 Tex. in l. vir vsuras, ff. de don. int. vir. & vxor. *expenditur germanus sensus, & limitatur n. 12.*

3 *Dotis vsuræ titulo donationis censentur remissæ, si vir eas constante matrimonio non petierit.*

Et ratione suadetur n. 6.

Verum hoc intellige, vt procedat fauore mulieris tantùm, n. 7. & 9.

Secus, si dotis debitor esset alius, quã ipsa mulier, vt n. 11. & decisum traditur n. seq.

4 *Alimenta per virum vxori, & illius familiæ præstita, videtur idem vir remisisse, quoties per totum matrimonij tempus tacuit.*

5 *Remittendi voluntas vndè cõiecturatur, & n. 8.*

6 *Creditor, vt gratior debitori suo videatur, debiti vsuras ei remisisse censetur.*

10 *Dotis vsuræ, ad hoc vt censeantur remissæ, an saltim requiratur, quod vir, dotem, quam mulier sibi promiserat, eidem leget?*

13 *Mulieri, & suis hæredibus semper debetur interesse dotis non solutæ, nec illud dotantibus remissum vnquam censetur, etiam per longi temporis taciturnitatem. Et ità decisum de recenti traditur n. 14. Sed nouissimè n. 18. in fine.*

15 *Interesse dotis promissæ, & non solutæ, debetur vel à die retardatæ solutionis, vel à die interpellationis. Et n. 17.*

16 *Dies interpellat pro homine.*

18 *Dotis non solutæ vsuras in dubio nunquã præsumitur esse dotantibus remissas sola viri patiẽtia, vel taciturnitate, qui illas durante matrimonio, vel per longum tempus non petijt: sicq; decisum fertur.*

ARGVMENTVM.

Ea laconicè discutitur Thesis: àn, & quãdo, dotis promissæ interesse cẽseatur remissum, quoties vir, licet stipulatus fuerit vsuras pro dote non

ſoluta, illas tamen durante matrimonio non petierit: ad intellectum *tex. in l. Vir vſuras, ff. de don.int.vir.& vxor.& tex.in l.cum quidam,§.Diuus Pius, ff. de vſur.* Quorum diſpoſitione, quòd hæc præſumatur remiſſio fauore tantùm Vxoris, ſi ipſa eſſet dotis debitrix viro ſuo; ſecus verò in beneficium dotātium mulierem aliquam, filiam, vel ſororem, ſic diſtinctè concluditur.

1 POſt aſſiduos labores Berardinus, ac Vincentius Scotti, Litis cōſortes, metam attingere diſcupientes, teſecatiſq; omnibus calumnijs à communibus debitoribus in curſu cauſæ oppoſitis; Tandem poſt primæuam definitiuam ſententiam M. C. V. confirmatam per Sac. Conſ. vigore cuius fuerunt condemnati conuenti, ad ſoluendum quantitatem, petitam pro portione hæreditaria, vnà cum intereſſe liquidando, & fuit præſtita aſſiſtentia, tam ad finem vendendi, quàm adiudicandi in forma, cum inſtarent demum pro intereſſe, eis debito, facto calculo, fuit hæſitatum de quantitate, & in eadem M.C. fuit excitatus articulus: An intereſſe decurſum in vita viri quondam Eleonoræ Sciccone cenſeatur remiſſum? Et quamuis hoc anſam mihi præbeat excogitandi eximiam doctrinam dominorum Iudicantium, qui laudabili vigilantia nil indiſcuſſum, nil indeterminatum pro veritatis indagatione, etſi à partibus non fuerit proſpectum relinquunt; nihilominus iuſtitiam meorū principalium per hoc minimè adumbrandam cenſeo, prout enixè, tum ex facti ſerie, tum ex Iuris diſpoſitione apparebit.

2 Haud me latet, articulum vires ſumere ex diſpoſitione *Tex. in l. Vir vſuras 55. ff. de don. int. vir. & vx.* ibi: *Vir vſuras promiſſæ dotis in ſtipulatum deduxerat, eaſq; non petierat, cum per omne tempus matrimonij ſumptibus ſuis vxorem, & eius familiam vir exhiberet: dote prælegata, ſed & donationibus, verbis fideicommiſſi confirmatis, legato quidem dotis vſuras non contineri videbatur, ſed titulo donationis remiſſas.* Præſumit enim

3 Papinianus, vſuras dotis titulo donationis eſſe remiſſas vxori, quoties vir pro toto matrimonij tempore eas non petit, & dum ſilet, ipſam liberare de eo, quod ſibi debet ex tali cauſa, non in conſultò ſupponitur, prout exponit *Gloſſ. in d. l. verb. & donationibus*, & docet *Ant. Fab. de coniect. lib.7.cap.9.ſub.n.4.verſ.nam, & idē fere euenit. Mantil. de imput. quæſt. 25. ſub n.15. Bocr. deciſ. 196.n.4.* Nec im-

4 putantur alimenta vxori, eius demque familiæ præſtita, nàm etiam cenſetur, remiſiſſe ad *tex. in d.l. vir vſuras*, & tenet *gloſſ. in auth. de non elig. ſecund. nub. § fin. in verb. onera*, quam multùm commendat *Bartol.* ibiq; eam perpetuo menti tenendam conſulit, & ſequitur *Iaſ. & Io: Lup. in repet. rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 78. verſ. operatur alium, & ſextum effectum. fol. 48. n.6. & in repet. cap. per veſtras in princ. fol. 88. verſ. ſequitur in 2. col.* cum nonnullis, traditis per *Grammat. deciſ. 103. n.29.*

5 Hæc remittendi volūtas cōiecturatur à *Scæuola in l. cum quidam 17. §. Diuus Pius, ff. de vſur.* Ex eo nimirum, *vt gratior apud eum videlicèt eſſet.* Idquè etiam in quocumque extraneo creditore dicēdū, exiſtimat *Legiſlator*, quia Creditor, vt gratior debitori ſuo videatur, propter taciturnitatem longi temporis debiti vſuras remiſiſſe, procul dubio cenſetur. Quod tempus ad triennium, vel quinquennium reſtringitur, prout interpretrantur DD. & exponit *gloſſ. in d. l. cum quidam, §. Diuus Pius verb. longi tempo-*

6 *ris.* Ergò quid mirum ſi annua præſtatio in dotem promiſſa, & à viro non petita cenſeatur remiſſa, ſi vxori magis aptanda eſt ratio huius *tex.* vt gratior viro ſuo ſit, & vir viceuerſa ab eadem præſtantiora obſequia, ſeruitiaq; obtineat? prout per-

bel-

belle insert *Io: Leonardus Rodoer. cons. 37.n.3.& 4.vol.1.*
7 Hoc in quantum ad corticem *tex.*&
quòad sermonum folia; Verum quòad
medullam,aliquam distinctionem intel-
lectui *tex.in d.l. vir. vsuras*,germanam,
ac consentaneam gustabimus.Aut enim
sumus in casu,quo mulier,seipsam dotat,
& sic recta via constituitur debitrix prò
solutione dotis promissæ,vsurarumq;cō-
uentarum;& tunc propter diurnam taci-
turnitatem viri, censentur remissæ vsuræ,
viro debitæ,& locum sibi vendicat præ-
8 sumptio *tex.in d.l.cum quidam*, §. *Diuus
Pius*,scilicèt,vt gratior creditor debitori
fiat. Immò non tantùm propter diurnam
taciturnitatem,verum etiam per mortem
viri,non potentis, remissas vsuras dotis
videri,docuit *Osasc.dec. Ped.132.*ex *tex.
in d.l.vir vsuras*,qui, dum loquitur de
legatis,& similibus,qui actus vltimæ vo-
9 luntatis dicuntur,supponit mortem ma-
riti.Eo casu inquam, quando mulier est
debitrix,vsuræ remissæ censentur,etenim
præsupponitur,virum vxorem suam, quā
dilexit de eo,quod sibi debebat,liberasse
vt sonat *gloss.in d.l.vir vsuras ver.& do-
nationibus,cit.tit.*Imò rectè sentiunt DD.
asserētes,requiri aliquid aliud,ad hoc,vt
10 vsuræ remissæ censeantur,puta quod vir,
dotem,quam mulier sibi promiserat, ei-
dem leget,& sic vsuræ titulo donationis
remittuntur,vt sunt verba *tex.in d.l. vir
vsuras*,ibi.*Sed & donationibus verbis fi-
deicommissi confirmatis,legato quidem do-
tis vsuras contineri videbatur : sed titulo
donationis remissas.*
11 Sin autem mulier ipsa petat ab hære-
dibus viri restitutionem dotium, quæ illi
est facienda vnà cum interesse, quod ex
diurna taciturnitate minime petijt, tunc
vsuræ remissæ non censentur, nec sunt
applicabiles rationes ponderatæ, prout
sentit *Roman.cons.517.n.14.Ias. in l.quæ
dotis n.19.ff.sol.mat.Alex.cons. 56. nu.6.
16.& 63. lib.4.& 208.nu.10. lib.7.Corn.
cons.vlt.lib.2.& cons.164.lib.3.& 53.nu.
3.lib.4.Dec.cons.571.nu.4. Balb. de præ-
scrip.in l.1 tertiæ partis princip. quæst.10.*
12 *n.4.*& extat famosa decisio S. R. C. in
† causa Beatricis de Alexandro, quæ taci-
turnitate viginti duorum annorum non
obstante,obtinuit interesse sibi debitum
ex causa suarum dotium, decursum hoc
medio tempore,quam compilauit*Gram-
mat.decis.70.*ad limitationem *text. in d.
l.vir vsuras*, & *text.in l. cum quidam*,§.
Diuus Pius,& ità per Dominos de Aula
fuit communi voto conclusum,prout te-
statur *Grammat.ibid.in fine.*
13 Eodemq; modo discurras, si hæredes
vxoris (prout de facto est in casu nostro)
petant dotes,ac vsuras, conuentas in ca-
pitulis matrimonialibus, à dotantibus;
cum præsumpta remissio illa nequaquā
locum sibi vendicet ad fauorem dotan-
tium,puta fratruum,patris, & similium,
nec respectu ipsorum considerari potest
hæc præsumpta affectio,& ratio remittē-
di,secundùm iura, desuper allegata,vt
perbellè ratiocinātur, *Alex.cons.63.n.17.*
alijq;traditi per *Molf.in addit. ad quæst.
10.par.4.sui comment. ad Consuet. Neap.
tit. de succ. ab intest.* Et ità in puncto fuit
† decisum in S. R. C.iunctis aulis ad rela-
14 tionem felicissimæ memoriæ Dom. Reg.
Marcelli Marciani,tunc Reg.Consiliarij,
vt refert *Io:Leonardus Rodoer d.eius cons.
37.in appendice*,in causa Creditorum Ill.
Marchionis Pollæ,& Ill.D. Laurentij de
Ioeno,& Cardona, Marchionis Iulianæ,
prætendentis dotes vnà cum quantitati-
bus, debitis prò interesse non soluto, &
conuento in beneficium quond. Ill. D.
Emiliæ de Ioeno,& Cardona, Marchio-
nissæ Pollæ,vt ex processu creditorum
prædicti Marchionis Pollæ,vol.1. in Bā-
ca Magnif. Lauiani.
15 Rationabilis mehercle decisio; etenim
fundatur rationi *text. in l. magnam de
contrab. & committ. empt.* secundùm cu-
ius dispositionem debetur interesse dotis
non solutæ,à die retardatæ solutionis, ex
16 virtute moræ irregularis; quasi dies prò
homine interpellauerit,vt subtiliter,iux-
tà solemnem decisionem illā *Anton.Fa-
bri in Cod.tit.de iur.dot.defin.42.* obser-
uat *Rodoerius in d.cons.37. in appendice
n.25.cum seq.*& quouis modo considere-
mus dotem : aut promissam mulieri,&
tunc

tunc eidem competit actio prò conse-
17 quutione vnà cum fructibus, ex allegatis per *Castrens. in l. si merito, §. si fundi, ff. sol. matr. Rip. ibid. in rubr. n. 96. Bald. nouell.* cũ alijs, quos sectatur *Farinac. decis.* 259. *n.* 4. Aut promissam viro, & tunc competit ipsi actio ad consequendam dotem vnà cum fructibus, ad *tex. in l. pro oneribus, C. de iur. dot.* Et hoc etiam de Iure canonico, *cap. salubriter, extrà de vsur. Farinat. decis.* 243. & 252. qui *nu.* 11. &
18 12. dicit hoc procedere quamuis, per multos annos non petijsset illos fructus; quia in dubio nunquam præsumitur illis renunciasse. *P. Molfes. comm.* 1. *par.* 4. *d. quæst.* 10. *n.* 16. Ideoq; non petijt, quia sciebat ius suum duraturũ, ex *regul. tex. in l. sicut, §. non videtur, ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol.* & vt aiunt DD. traditi per *Molfes. tom.* 2. *in addit. ad d. quæst.* 10. *n.* 3. & 4. Quarè ad limitationem *tex. in d. l. vir vsuras*, rectè sentiunt DD. vt sola patientia viri, cum taciturnitate non sufficiat, ad hoc vt vsuræ dotis remissæ censeantur, sed requiritur aliquis actus positiuus ad hoc, vt consensus induci possit.

Ex his igitur patet, quàm benè Berardinus, ac Vincentius Scotti, tanquam descendentes ex dicta quoadam Eleonora, direxerunt gressus suos, priùs in M. C. V. & postmodum in vestro Sacro Consilio, instantes, cum prò sorte principali, tum pro fructibus dotis; Euidenterq; constat, quod quatenus non adsunt requisita *tex. in d. l. vir. vsuras*, nec est applicabilis ad casum nostrum illius dispositio, dùm toto Cælo distare videtur à præsenti causa. Cætera verò suppleat eximia doctrina peritissimorum Iudicantium, quos Deus omnipotens incolumes seruet ad Iuris prudentiæ exercitium. Neapoli die 2. mensis Ianuarij, 1677.

Et ità, me huius causæ patrocinium præstante, per Sacrum Consilium, etiam decisum fuit, causa remissa eidẽ M. C. V. quæ decreuerat, interesse, decursum in vita viri prædictæ Eleonoræ non censeri remissum, & proindè esse procedendum ad eius liquidationẽ, vt habetur ex actis in Banca Mag. Izzo.

CONTROVERSIA. XXXXVIII.

Emphyteuta cogi àn possit ad rei emphyteuticæ cessionem pro ampliatione alicuius loci priuilegiati, inscio Domino directo, siuè ipso inconsentiente?

SVMMARIVM.

1 Facti species recensentur.
2 *Emphyteuta molestari àn possit, sub prætextu ampliationis, rem emphyteuticam cadere, inscio Domino directo? & per tot.*
3 *Alienatio rei feudalis, & emphyteuticæ non valet sine directi Domini consensu.*
4 *Bona emphyteutica alienari nequeunt sine Domini assensu, nec etiam fauore Ecclesiæ, & n.* 5.
6 *Amortizatio quid sit, & cùr reperiatur introducta.*
7 *Releuium soluitur pro feudis, ab Ecclesijs, & Vniuersitatibus possessis, singulis quindecim annis, prout etiam soluitur quindemnium pro rebus emphyteuticis.*
8 *Emphyteusis contractus describitur.*
9 *Emphyteuta incidit in commissum, si per triennium in laicalibus personis, & per biennium fauore Ecclesiæ, canonem non soluat; vel si Domino irrequisito alienet prædium, & n.* 10.
11 *Alienatio rei emphyteuticæ, si fiat ex causa necessaria, vrgentibus scilicèt creditoribus, aut alio simili modo, tunc non inciditur in commissum.*
Idq; procedit etiam in alienatione, quæ fit per testamentum, in fideicommisso, donatione propter nuptias, & causa mortis, in legato, & similibus, vt n. 12.
13 *Laudemium non debetur, quoties alienatur rei emphyteuticæ ex causa ne-* cess-

cessaria, aut propter publicam vtilitatem.

14 *Laudemium àn debeatur ex alienatione, quæ fit pro ampliandis Ecclesijs, aut cæteris publicis edificijs.*

15 *Alienatio rei emphyteuticæ fieri nequit pro ampliandis locis publicis, & priuilegiatis, nisi adsit præcisa petentis necessitas.*

16 *Ampliationis priuilegium non conceditur Religiosorum Hospitijs, sed Ecclesijs tàtùm, & Monasterijs.*

17 *Possessio rei emphyteuticæ, pro qualibet causa alienatæ, etiam fauore piæ causæ, non acquiritur validè, nisi citetur directus dominus, & ità decisum traditur num. 18.*

19 *Emphyteutis, præsertim ecclesiastica, quãdo peruenit ad aliam Ecclesiam, vel in manus alterius personæ potentis, potest per Dominum directum statim reuocari.*

20 *Emphyteusis prohibetur penès potentiorem remanere.*

21 *Emphyteusis, quæ transit in Monasterium per emphyteutæ professionem, potest reuocari saltem intrà annum per Dominum directum, alioq; priuato vendi, & num. 28.*

22 *Emphyteusis regulariter prohibetur, transire ad manus mortuas, nonnullis ex rationibus, traditis n. 23.*

24 *Emphyteusis, nè permaneat in manus mortuas, sicut potest cogere, vel cogi, facere Dominus directus, vt ponatur in manus priuatorũ; ità impedire valet, nè alienetur in eius præiudicium, aut Ecclesiæ vendatur, vt n. 25.*

26 *Dominus directus, quod non teneatur consentire alienationi in manus mortas, pluribus confirmatur rationibus, & nu. 27. & 29.*

30 *Emphyteusis non potest transire in manus mortuas, quamuis in concessione solita adsit clausula, pro se, hæredibus, & successoribus quibuscumquè.*

31 *Rei emphyteuticæ vtilis possessor molestari non debet, inscio domino directo, etiã vrgente ampliationis necessitate.*

32 *Dominium vtile dicitur annexum, & connexum dominio directo.*

33 *Bona emphyteutica Ecclesiastica, Statutis non ligãtur secularibus, etiam si sint penès laicos.*

Nec istorum causæ, quamuis inter Laicos emphyteutas vertant, sunt discutiendæ in Foro Seculari, prout decisum fertur num. 34.

ARGVMENTVM.

Non minùs vtilis, quàm pulchrá proponitur discutienda quæstio: vtrùm astringi possit vtilis rei emphyteuticæ possessor, illam cedere, aut vendere, inaudito, seù contradicente Domino directo, sub ampliationis faciẽdę prætextu in aliquo publico, siuè Ecclesiastico ędificio, cuius fauore huiusmodi beneficium permittitur; Aut verò audiri omninò debeat, non solùm vtilis, sed directus Dominus, etiam coram eius Iudice cõpetenti?

Et quòd principaliter sit in hoc iudicio audiendus Dominus directus, quamplурibus conatur *Author* rationibus ostendere, nec non varijs comprobare decisionibus, pręsertim vbi publica, vel præcisa non adsit ampliationis necessitas; vel quoties de ampliando Religiosorum Hospitio agatur.

1 

Onuento meo dilectissimo Genitore Iosepho Pãsuto, ad instãtiam RR. Monialium S. Mariæ Magdalenæ coram Ill. Dom. Reg. Galeota Duce S. Angeli earum Delegato, ad cedẽdum quãdam aream dirutæ domus, eidem in emphyteusim concessam per Venerabile Monasteriũ Sačtæ Mariæ Paeis, sub inani quidem prætextu, ac tenui quodam colo-

colore ampliandę habitationis quinque Fratrum de obseruantia Sancti Francisci, qui ibi degunt, Diuino Cultui, inseruiẽtes; Quia nimis expediebat præfato Venerabili Monasterio Diuæ Mariæ Pacis, tanquam Domino directo, excludere prædictas Moniales, ab ipsarum vana, & importuna, tantundèm, prætentione: tùm quia apertè videbatur, non posse eis competere hoc priuilegiũ ampliationis, pro dictorum Fratrum habitatione, siuè hospitio, quod nõ est annexum Ecclesię, aut Monasterio, sed penitùs ab eo diuisum per viam publicam intermediam; imo est adeò superfluum, quod illius melior pars sæcularibus locatur, cum non sit locus sacer, nec vllam habeat clausuram, aut immunitate gaudeat: tum etiam, quia non parum fas erat, vt potiùs eius emphyteuta esset priuata, sicquè laicalis persona, quàm Empyteusis ad Ecclesiam, & proindè ad manus mortuas prorsùs transiret; comparere nõ incongruum existimauit in Tribunali Reuer. Nunt. Apostol. (nimis in iurisdictionis præsertim materia oculato) instando, nõ debere molestari prędictum Iosephum, eius emphyteutam, nec exturbari posse à pacifica ista possessione dirutæ domus, vt eam ad libitum reficere, ac meliorare posset; & quòd si aliquid in contrariũ forsan prætenderent Moniales prædictæ, comparere vtiquè tenerentur etiam penès acta dicti Tribunalis R. N. A. earum iudice competenti, cum aliud Forum adire minimè ipsis tali casu permitteretur.

Qua, Venerabilis Monasterij Diuæ Mariæ Pacis, instantia notificata dictis RR. Monialibus, per Reuer. Dom. Auditorem, & causæ Commissarium, auditis partibus, in contradictorio iudicio, fuit prouisum, & decretum, esse procedendũ ad decisionem articuli coram Illustrissimo Dom. Nuntio Apostolico, & interim non debere aliquid in causa prædicta innouari.

2 Ipse verò, cuius patrocinium postulauit Monasterium S. M. Pacis, cum procul tunc à clientum curis essem, & quia eum defendens, proprij Genitoris iura tueri pariter conabar, nonnullis solidissimis rationibus, atq; famigeratissimis Iuris conclusionibus, hìc breuiter coaceruatis, vt prædictam aream dirutæ domus cedere, nequaquam cogi possit præsens possessor emphyteuta, inscio, aut contradicẽte Domino directo, euidenter ostendere curaui.

3 Et primò, ea motus ratione, ac inueteratæ innixus Iuris conclusioni, qua sancitur, alienationem quamlibet, nõ solùm rei feudalis, *cap. 1. de probib. feud. alienat.* sed etiam emphyteuticæ, non valere sinè expresso cõsensu Domini directi, vti habemus, ex nimis vulgata *tex.* dispositione in *l. fin. C. de iur. emphyt.* ibi *gloss.* cum

4 *DD.* alijs communitèr. Et hinc est, quòd omnia illa, quæ habent vim alienationis, nequeũt à Feudatario, vel ab Emphyteuta exerceri, inconsentiente Domino directo, etiam quoad seruitutes imponendas, *l. fin. C. de reb. alien. non alienan. Angel. cons. 162. Dec. cons. 688. Isern. in cap. 1. §. & quia videmus, n. 3. de his, qui feud. dare poss.*

5 Idquè pariter procedere, quamuis prçfata alienatio fieret fauore Ecclesiæ, dubio procul asseuerant, inter cæteros, *Felyn. in cap. in præsentia, n. 44. de probat. & Isern. in cap. 1. §. inde potest, de alien. feud.*

6 Quia alienatio illa tunc diceretur amortizatio, per *tex. in l. si quis, sub hoc pacto, ff. de cõtrah. empt. Belluga in speculo principium, rubr.* 14. Vndè si Dominus directus huiusmodi alienationi assentire noluerit, stat in eius arbitrio, *Petr. Pecchius in tract. de amortizat. cap. 14. n. 11. tract. 1. par. 1.* At quia aliquando negare assensum, repugnat æquitati debitæ erga Ecclesias, vt benè *Luc. de Penn. in l. si quis, C. de diuers. prædijs, lib. 11.* fuit introdu-

7 ctum propterea, teste inter alios *Ægidio de amortization. cap. 1. n. 4.* soluendam esse aliquantam quantitatem pro assensu, vt idem *Author* testatur, Galliæ seruari, tertiam partem existimationis solere solui, pro tali amortizatione, pro qua in Regno vsu fuit introductum solui quindemnium, idest singulis quindecim annis laudemium pro emphyteusi, & releuium

pro Feudis,quæ ad Vniuersitates, Ciui-
tates,Collegia,vel ad Ecclesias transeūt,
vt testantur *Marin. Frecc. lib. 2. de sub-
feud.in rubr.de auctor.Baron.n.* 15. *Pec-
chius,de amortizat.cap.23.n.2.*& *Tassan.
de anteph.vers.2.n.117.* vbi sic practica-
ti, asserit,in Regia Camera,in Collatera-
li Consilio, ac in toto Regno, vt scilicèt
de feudis, peruentis ad Ecclesias,solua-
tur releuium singulis quindecim annis,
& in emphyteusi quindemnium, etiā sin-
gulis quindecim annis, vt latiùs de hac
ratiocinatur materia *Iul. Capon. à contr.
30.cum quatuor alijs sequent. per tot.*
8 Emphyteuis enim(vt ad nostram the-
sim redeamus) cum sit contractus, quo
tantùm transfertur in Emphyteutam do-
minium vtile rei immobilis meliorabilis,
pro pensione reali,prout patet *ex l.1.*vbi
*Bart.Bald.& Salyc.C.de iur.emphyt.Tusc.
verb. emphyteusis, conclus.*147. non potest
idcircò vllo modo alienari Domino ir-
requisito;& alienatio ipso iure est nulla,
*l.3.C.de iur. Emphyt. c.potuit,de loc.Alex.
lib.3.cons.44.Tusc.vbi suprà,conclus.207.
Clar.verb.emphyteusis,quæst.13.n.2.Bald.*
9 *lib.1.cons.306.*Nam, non solùm qui ces-
sauit à solutione canonis per triennium
in personis priuatis, & per biennium ad
fauorē Ecclesię,*l.fin.ver.emphyteuta,C.de
iur.emphyt.* vel si eius culpa res notabili-
ter deterioretur,*Auth.qui rē* C.*de Sacros.
Eccles.*sed etiam alienans,inscio Domino
directo,incidit in commissum, & statim
condemnatur ad relaxandam rem em-
phyteuticam,amittendo omne Ius, quod
habebat in prædio emphyteutico vnà cū
meliorationibus,iuxtà *tex.in d.l.fin.*C.*de
iur.emphyt.* ibiq;DD.communitèr.
10 Et quamuis ad hoc, vt alienans em-
phyteusim.inscio Domino, incidat in cō-
missum,requiratur præsertim eius volū-
tas;nàm prædicta non currunt, quoties
alienatio fit ex causa necessaria, scilicèt
creditoribus vrgentibus, & iudicio con-
11 tendentibus;tunc namquè emphyteuta
non est in culpa,sicq;non debet supponi
pænæ commissi.*Bald.cons.306.lib. 1.Tu-
sc.conclus.207.n.69.Alex.cons.189.n.12.
Afflict. decis.* 191. Item si prædictæ alie-
nationi sit adiecta clausula,*saluo consen-
su Domini directi*, nam tali conditionali
alienatione non inciditur in commissum
*Bald.in d.cap.1.§.fin.n.1.de locato.Abb.in
cap.2.n.10.de feud.alienat.Ias.in rub.ff.n.
25.Alex.lib.1.cons.3.*Clar.*§. emphyteusis,
quæst.13.vers.item quęro,Tusc.eod. verb.
conclus.207.n.86.Moltn.disput.461. n. 3.
Tiraquell.lib.1.retract.§.2.n.22.Surd.de-
cis.305.n.*18.Rursùs successio in emphy-
teusim, tam ab intestato, quàm ex testa-
mentaria dispositione,non exigit consen-
sum Domini directi ; nam ista censetur
alienatio necessaria;*Tusc.d. concl. 207.n.*
69.post *Bald. cons.* 306. & alios *Valasc.
quæst.*18.*n.*28. Quod etiam procedit in
12 fideicommisso,in donatione propter nu-
ptias,& causa mortis,in legato, & simili-
bus, vt firmant præcitati DD. qui idem
ampliant,si detur emphyteusis in dotem,
ex causa necessaria: puta,quando nō ad-
sunt alia bona penès patrem, tunc enim
nec ex ea laudemium soluitur, vt ex *l.1.
ff.de fundo dotali,l.alienationes.ff.fam.er-*
13 *cisc.* vbi si fiat diuisio rei emphyteuticæ
actione familiæ erciscundæ,non debetur
laudemium,quia alienatio est necessaria,
*l.voluntas,*C.*de fideiuss.& l. pater filium,
ff.de leg.3.*docent præter nonnullos*Alex.
cons.173.Rom.cons.*107.*Dec.cons.300.col.
3.Crauett.cons.215.n.6.& Tusc. conclus.
313.& conclus.212.loc. cit.* Et tandem in
14 alienatione facta pro amplianda Ecclesia,
hoc idem propter publicam necessitatē,
annuit C*abed.decis.* 105. cum *Borrello in
sum.decis.par.1.tit. de laudem.n.* 45. etsi
etiam deberi laudemium tali casu, deci-
sum fuisse in Curia Romana, tradat *D.
Reg.de Marin.cap.235.sub n.* 13. quem
sectatur *D. Verd. lib.3.instit.à nu.* 2468.
cum seqq.
15 Nihilominus,cum longè dispar sit ra-
tio præsentis disputationis;Alienatio nā-
què in casu, de quo agitur non fieret ob
publicam vtilitatem, aut præcisam ne-
cessitatem,puta ad Ciuitatem nouis edi-
ficijs exornandam, vel fauore libertatis,
siuè alicuius Religionis; nempè pro am-
pliandis Monasterijs, vel construendis
Ecclesijs,aut alijs locis publicis,argumē-
to

to famigerati *tex. in l. si quis sepulchrum 12.ff.de relig. & sumpt.funer* ibi: *nè vicinus patiatur magnum detrimētum*, vt post nonnullos,ità hoc procedere, nec alitèr admonent inter recentiores,prætermissis alijs per nos traditis *controuers.25. à nu. 3.cum seqq.D.Præs.de Franch.decis.223. n.6.D.Reg.de Pont.in tract.de potest Proreg.tit.de abun.ciu.à n.18.Thesaur.quæst. for.lib.1.quæst.64.n.9.Nouar. quæst.foreñs. 51.par.2.& Capon.contr.1.nu.41.* Quia præfatæ Moniales Sanctæ Mariæ Magdalenę exturbare conantur,prędictũ possessorem, siuè emphyteutã,non aliqua iusta necessitatis causa, sed prætextu, vt diximus,ampliandæ domus quinq;Fratrum, inseruientiũ Diuino cultui,quorũ habitatio,siuè hospitium est ità abundanter capax,quod reliqua pars illius alijs secularibus locatur. Debent propterea Iure meritò excludi à tali prætentione, tanquam omni destitutia legali præsidio:tãtò magis,quia simplices Religiosorum

16 habitationes,siuè hospitia minimè fruũtur hoc priuilegio, cogendi vicinum ad propriæ domus, vel areæ venditionem; quemadmodum refert decisum in Cur. Archiepisc.*Episcop.Ricc.par.1.decis.138. in fin.* & in Sacro Cōsilio *Gizzar. decis. 37.& 87.* vbi *Addentes*,quos sequuntur *Nouar.in pragm. 2. de monialibus collect. 3.n.20.Iul.Capon.d.contr.1.sub. n. 12.*& tandem *D.Altimar.in addit.ad decis. 92. D.Reg.Rouiti,circà fin.versic.limitatur 6.* præsertim vbi adest præiudicium Domini directi,nolētis assentire prædictæ alienationi, vt in casu nostro.

17 Hinc moueor secundò aduersùs prætensa per Venerabile Monasterium Monialium Sanctæ Mariæ Magdalenæ; nàm Dominus directus,nisi etiam citetur, nō acquiritur validè contrà ipsum rei emphyteuticæ possessio, pro qualibet causa alienatæ, citato tantùm Domino vtili, qui quamuis ad huiusmodi alienationẽ publica fuerit astrictus necessitate, vel fauore piæ causæ illam fecerit, semper tamen Dominus directus, nè fraudetur iuri suo,quod est assentire,vel secus,alienationi,faciendæ per emphyteutam, ex *d.l.fin. C.de iur.emphyt.* conqueri potest, & ex integro est audiendus,iuxtà tradita præsertim per *Caualer.in decis.SacræRot.*

18 *Rom.384.n.5.*vbi ità coram ipso decisum fuisse,testatur,ibiquè nonnullos ad propositum congerit.

19 Moueor tertiò,quia empyteusis,signãter ecclesiastica, quæ est magis priuilegiata, quotiès peruenit, aut deuoluitur ad aliam ecclesiam,vel in manus alterius personæ potentis, vel locis priuilegiati, potest per illam Ecclesiam, vel per quẽlibet Dominum directum statim reuocari,vt post *Bursat. consil. 199.*& *Peregrin. consil.94.n.2.* latè defendit *Ricc.in pract. For.Eccles.par.3.resol.152. per tot.& in*

20 *fin.num.5.*cum ex generali regula prohibeatur emphyteusis penès potentiorem remanere *cap.potuit,de locato,& cond.*vbi *gloss.*cum*DD.*& eius alienatio fieri non potest,nisi ad personas idoneas,*l. 2.& 3. C.de iur.emphyt.Auth.hoc ius,C.deSacros. Eccles.Tusc.verb.emphyteusis,concl.158.n. 6.& 210.Alex.cons.106.n. 3. lib.4. Clar. vers.emphyteusis,quæst.22. Parisius in cap. in præsentia,n.169.de probat.*

21 Quod est adeò verùm,quia dato,quòd emphyteuta fiat Monachus, tunc si Monasterium,vbi professionem emisit, reperiatur capax in communi, indubitati iuris est, emphyteusim ad ipsum Monasterium transire,nulla facta per ingredientem de suis bonis dispositione, attenta forma Sacrosanti Concilij Tridentini; verum tenetur illam ad vtilitatem Domini directi intrà annum alteri priuato vendere,cum non possit ei tãquam potentiori remanere.Ità ratiocinãtur,*Clar.in §.emphyteusis, quæst.33.Alex. consil.120.vol.1.decis. Rot. Rom. coram Lancellot.16.Mastrill.dec. 128.n.18.Speculator,in tit.de'locat.§.nunc aliqua,quæst. 117.* vbi asserit,sic seruari de consuetudine, quoties casus accidit: *Surd. cons. 521. n.2.& 10.vol.4. & Genuen. in sua pract.quæst.117.*post *Ias.in d. l.fin. n.90. & seq. C.de iur. emphyt.* quem cum alijs multis sequitur *Episc.Ricc.d.resolut.152.*

22 Moueor etiam quartò; nàm potiùs expedit Domino directo, habere pro

emphyteuta personam priuatam, scilicèt laicalem, quàm emphyteusis transeat in manus mortuas, nempè in Ecclesiam, Ciuitatem, Collegium, Vniuersitatem, & quodcumque corpus Ecclesiasticum, vel sæculare, quod dicatur manus mortua, ad effectum amortizationis rei emphyteuticæ, vt ex *l. si quis sub hoc pacto, ff. de contrah. empt.* notant *Belluga, in speculo Princip. rub.* 14. *§. veniamus*, vbi *Barrell. in addit. Papon. lib.* 1. *arrest. tit.* 14. *de amortizat. Petr. Pecch. de amortiz. cap.* 1. *Afflict. decis.* 101. *&* 324. *Amodeus de Ponte, de laudem. quæst.* 13. *n.* 19. *Boer. decis.* 263. *n.* 10. *Isern. d. cap.* 1. *n.* 3. *de alien. feud. Ann. in coust. diuæ memoriæ, num.* 32. *Marescot. lib.* 3. *var. cap.* 3. Alijq; innumeri, quos prætermitto, cum videri possint penès *Capon. loc cit.* & *Ricc. decis.* 136. *nu.* 4. *&* 5. *par.* 1. vbi varijs hoc comprobat decisionibus, & antè eum ità practicari, asserit *Capan. de iure releu. par.* 4. *quæst.*

23 28. *n.* 26. *& quæst.* 34. quia prædicta loca cum nunquam moriantur, Dominus directus propterea tali cōcessione, vel alienatione priuaretur iure, sibi competente, & ob illam eius conditio fieret deterior, ex quòd amitteret spem, vt bona emphyteutica ad ipsum amplius redire possint, quod est penitùs prohibitū, signantèr quando in concessione emphyteusis expressè fuit dispositum, quòd non alienetur res in manus mortuas, prout admonent omnes supracitati DD. Quemadmodum enim mortuus, iam amplius non moritur, ità loca prædicta, tanquā mortua, nunquam moriuntur, quamuis personæ, ex quibus cōsistunt moriantur, & deficiant, *l. cum proponebatur, ff. de iudic. l. sicuti, §. in Decurionib. ff. quod cuiusq; vniuersit. nom. l. grege, ff. de leg.* 1. *l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. l. qui res, §. aream, ff. de solut. Luc. de Penna in l. si quis C. de diuers. præd. lib.* 10.

24 Vndè moueor vlteriùs; quia, dum directus Dominus aliam non habet actionem de iure, nisi haud consentire, vt res emphyteutica transeat ad manus mortuas, & potest cogere, vel cogi facere, vt ponatur extrà manus mortuas, sicq; in manus personæ priuatę. *Marescott. d. cap.* 3. *var. resol. lib.* 3. *Caldas de nominat. emphyt. lib.* 1. *quæst.* 19. *n.* 7. *Mut. dec.* 10. *Gratian. discept. forens. cap.* 48. *n.* 66. ità pariter, imò à fortiori, impedire valet, nè ipsa

25 res alienetur, in eius præiudicium, aut Ecclesiæ vendatur, absq; vlla præcisa necessitate, vt in casu præsenti demonstrauimus, & prout decisum tradit *Præs. de Franch. decis.* 430. *&* 659. vbi cum fuissēt vēdita quædam bona emphyteutica Abbatiæ Realis vallis huic Fidelissimæ Ciuitati, fuit dictum, teneri eandem Ciuitatem, propter laudemia, & alia iura directo Domino competentia, ponere bona prædicta extrà manus mortuas, scilicèt extrà manus ipsius Ciuitatis, quia non tenetur directus Dominus consentire alienationi in manus mortuas, nè deterior fiat eius conditio, vt suprà annuimus.

26 Sed grauissimorum I. C. authoritate suffultus moueor tandem fauore Domini directi, liberam habentis facultatem prohibendi, nè bona in emphyteusim cōcessa ad Ecclesiam perueniant, aliasquè personas priuilegiatas, siuè ad manus mortuas, speciali ea ratione, quia redditus rei emphyteuticæ, tali modo alienatę, non solùm fiunt difficilis exactionis: verū etiam, quia transeundo emphyteusis in dictas manus mortuas, excluditur ipse Dominus directus à futura spe, àc sepè contingenti casu deuolutionis, & laudemij, licèt, cōsentiēte Domino directo, solui quindemnium, vt diximus, hoc casu practicetur.

27 Ità post *Præs. de Franch: dec.* 659. decisum fertur per *Mastrill. decis.* 128. quem sequitur *Fulgin. in tract. de iur. emphyt. tit. de alienat. quæst.* 1. *n.* 221. *cum seqq.* idē admonet *Thesaur. lib.* 3. *quæst. forens.* 38. & latiùs *Trentacinq. lib.* 3. *var. in tit. de emphyt. Facchin. lib.* 1. *contr. iur. à cap.* 49. *vsq. ad* 100. *Borrell. in sum. decis. tit.* 34. *nu.* 414. *Mut. d. dec.* 10. *Gratian. contr. for. cap.* 481. *n.* 69. *in fin. par.* 3. *& cap.* 533. *n.* 39. *Marescott. d. cap.* 3. *lib.* 3. *n.* 17. cum alijs multis, quos congerunt *Ricc. d. decis.* 136. & *Capon. d. cōtr.* 30. *n.* 40. *seq. contr.* 31. *sub n.* 6.

n. 6. & contr. 32.n.4. vbi pluries repetit,
28 rem emphyteuticam alienari in potentiorem, prohibitam esse; imò in casu, quo ad manus mortuas transiret, quòd debeat Dominus directus statim cogere possessorem infrà annum ad vendendum, vt reincidat denuò in manus priuatorũ, aduertit, nè scilicèt fraudetur iuri suo, sicq; nè perpetuo amittat laudemium, & priuetur spe caducationis, vel aliarum alienationum, aut deuolutionum; quod ei non parum refert, cum manus mortua nõ pereat, nec habeat defectus lineæ. Qua
29 ratione fuit etiam prolata decisio illa, tradita per *Præs. de Franch. cit. decis. 659.* qua fuit condemnata Ciuitas Neapolitana, ad ponendũ extra manus suas quędam bona emphyteutica; Nam indubitatum est, emphyteuticæ rei transitum esse omninò prohibitum ad Ecclesiam, vel alias manus mortuas, vel potentiores, quamuis in concessionē solita ades-
30 set clausula, pro se, suisq; hæredibus, & successoribus quibuscumq; nam licèt tūc ex tali concessione posset emphyteutis etiam transire ad Fiscum, vel ad Ecclesiam, aut Monasteriũ bonorũ capax; tamē de Consuetudine tenetur pariter Fiscus, vel Ecclesia rem istam emphyteuticam infrà annum alteri priuato vendere, ad vtilitatem Domini directi, vt testantur post nonnullos, *Specul. de locat. cit. §. nunc aliqua, d. quæst.* 117. *n.* 143. *& quæst.* 154. *n.* 182. *Caldas de nominat. emphyteus. lib. 1. quæst. 19. n. 7. per tot. & Alex. consil.* 120. *nu.* 3. *& 4. lib.* 1. quos cum alijs recenset *Gratian. d. cap.* 481. *n.* 61. 62. *&* 67.

31 Quibus in Iure perpensis, nec inutiliter animaduersis, licèt laconicè hìc præmissis, omninò sequitur, non esse molestandum præfatum vtilem possessorem areæ prædictæ, inaudito Domino directo, scilicèt dicto Venerabili Monasterio Sanctæ Mariæ Pacis, sub quouis prętextu, etiam vrgente ampliationis necessitate, quæ non adesse, apertè videtur in præsenti casu: nec locum habere posset, quatenus adesset, quia mera Fratrum habitatio, seu potiùs hospitiũ ampliari deberet, cui prorsùs hoc ampliationis priuilegiũ interdicitur, vt in vtroq; foro idē reperiri decisum tradidimus; Et propterea inhibendum fore antè omnia, suppliciter quæritur, nè ampliùs prædictæ RR. Moniales Sanctæ Mariæ Magdalenæ de hoc agere quæãt apùd earum Dom. Delegato; sed comparere debeant, si aliquid in contrariũ prætendant coram isto Tribunali Reu. Nunt. Apostolicæ, nec penitùs alibi.

32 Idq; demum indubitanter speratur à Peritissimis Dominis Iudicantibus, tàm ex rationibus suprà deductis, ac cæteris, quas eorum perspicax ingenium, & doctrina supplebit: quàm ex decisis etiam in proprijs terminis, per *Ill. Episcopum Sperellum*, ea præcipua ratione, quia dominium vtile, cum non sit separatum, sed annexum, & connexum dominio directo, tanquam qualitas, quæ sine subiecto esse non potest, iudicari debet idcircò vtile dominium rei emphyteuticæ, tanquam dominium directum in casu, de quo agitur. Non potest enim diuersimodè considerari respectù Ecclesiæ, ac laicalis per-
33 sonæ, cum semper dominio directo annexum remaneat; adeò vt bona emphyteutica Ecclesiastica, etiamsi reperiantur penès laicales personas, Statutis tamen non ligentur sæcularibus; neque apùd sæculare forum erunt discutiendæ illorũ causæ, quamuis inter laicos emphyteutas
34 vertant; nàm sic pluries fuisse decisum per *Rot. Rom.* testatur *Sperell.* in sua celebri, ac nimis decantata *decis.* 121. signãtèr *à n. 6. vsq; ad n. 20. tom* 2. Prout sic pariter in pręsenti causa esse decernendũ, sub doctissima semper huius Tribunalis censura, humillimè supplicatur. Neap. 22. Kalendis Augusti 1677.

Exitus verò adhuc sub Iudice pendet ex partium negligentia.



CON-

CONTROVERSIA XXXXIX.

Seruitutes an etiam, nostris Consuetudinibus attentis, præscriptione quærantur, præsertim quoad aperturas, quas fieri, vetatur, in communi pariete?

SVMMARIVM.

1 *Aperturas communi in pariete habere quamuis non liceat; limitatur, hoc tamen n.6.& seq.*

2 *Præscriptione an quæratur seruitus de Iure consuetudinario, prout de Iure communi seruatur? & num.3. 11.13.& 17. vbi affirmatiuè concluditur, sicq; decisum fertur. n.25.*

4 *Seruitus constituitur inter præsentes, per decenniū, & inter absentes per 20. annos.*

5 *Possessio vniformis, & continua requiritur, ad præscriptionem fundandam.*

7 *Fenestras fieri in pariete communi, Ius resistit.*

Sed per decem annos hac vtens seruitute, ad eas claudendas amplius cogi non potest. vt n. 6.& 8.

9 *Titulus non requiritur ad præscribendas seruitutes; sed satis est scientia, & Domini patientia, potentis liberè, & nolētis resistere.*

Secùs verò, si non probatur hæc scientia, & continuata possessio, saltem decem annorum, vt n. 10.

10 *Seruitus realis, quando præscriptione acquiritur, intelligitur tantùm de continua, vel quasi.*

12 *Seruitus acquiri solet pacto, vel præscriptione, siuè longo, & vniformi vsu, seu possessione, & n.32.*

13 *Præscriptio seruitutis cuiusdam contrà habentem casalenum, siuè domum destructam non currit.*

Sed limitatur hoc, quoties aliquis cæperit facere seruitutes antequàm domus vicini fuisset destructa n. seq.

14 Consuet. contra habentem casalenum, de apert. non facien. *explicatur, iuncta etiam alia* consuetud. vbi reperitur instrumentum, sub cod. tit. *vt n.* 17. *&* 24.

15 *Lex, & natura nihil frustra operantur.*

16 *Actum vltimo retractari non debet, licèt postea casus eueniat, à quo non potuit incohari,*

18 *Iura sunt semper Iuribus concordanda.*

19 *Instrumentum dicitur probatio probata; Et quia rem statim notoriam reddit, ac manifestam, n. 20. expellit propterea præsumptiones omnes, n.21.*

22 *Præsumptio veritati, & sic instrumento cedit.*

23 *Veritas, quando ex instrumento, non constat, est ipsa à præsumptionibus indaganda.*

26 *Practica, claudendi aperturas, etsi antiquissimas, refertur, & n.33. Sed esse illā contrà Iuris communis, & municipalis dispositionem ostenditur. n. 27. & aduersus eam fuisse decisum, fertur n. 34.*

28 Præs. Anelli Amati cons.40. *recensentur causa. Et quod non procedat in seruitutibus, præscriptione acquisitis, traditur, a n.29. ad 31.*

30 *Aperturæ, in communi pariete existentes, statim claudi debent, quotiès vicinus altius extollere vult edificium.*

35 *Tabulariorum mos, & vsus, claudere facientium fenestras sine cantonibus indifferenter, quo casu practicari debeat?*

37 *Præscriptio non inducitur aduersùs seruitutes, in instrumento conuentionis cōtentas, vel expressè prohibitas. Secùs verò quando hoc non adest instrumentum, vt n.17.& 36.*

37 *Cantones, qui requirūtur in fenestris secundùm* Consuet. Neapol. *qua debeant esse materia? & n.40. & 41.*

39 *Testis vnicus, & leues probationes, sufficiunt in Iudicio possessorio summario.*

42 *Quod est destructum potest semper ad pristinam formam reduci, nec currit aliqua præscriptio in contrarium.*

AR-

ARGVMENTVM.

De notabili quidèm agitur disputatione: nùm scilicèt, municipali huius Ciuitatis Iure inspecto, præscriptionis vigeat robur, ac suum sortiatur effectum, in quærendis seruitutibus, quēadmodum de Iure communi seruatur?

Rursùs latè differitur, cui liceat, & quando, in diuisorio pariete ad libitum fenestras aperire: ân verò illæ, quamuis antiquissimæ, statim claudi debeant, dato, quòd reperiantur sinè cantonibus, nec cancella ferrea munitæ.

Imò hodierna recensetur Tabulariorum praxis, claudere facientium fenestras, sinè cantonibus indifferenter. Quæ tamen, quòd locum habere non possit, quotiès euidentèr constaret, huiusmodi fenestras fuisse priùs cum præfatis cantonibus, saltem calce, & puteolana modulatis, licèt sinè illis tractu temporis inueniantur, dilucidè ostēditur. Multaq; demum circà istam præscriptionis materiam delibantur.

1 
Vffulti nescio qua ratione, nec quo moti cōsilio Ianuarius, & Anellus de Dominico petierūt, condemnari amantissimū meum Genitorem, ad claudendum quādam fenestram in diuisorio, siuè communi eorum Viridariorum pariete existentem, sub prætextu, quòd illa perniciosam inducebat seruitutē, eò magis, quia non reperiebatur cum cancella ferrea, vel cantonibus modulata, seruata forma Consuetudinis Neapolis, exordientis, *Et vbicumq; sub rubr. de seruit. & apert. non facien.* Dùm rectè sciebant è contrà, prædictam esse valdè antiquam seruitutem, sicquè longissimi temporis præscriptione, aut saltem quęsitam, priusquam hoc emissent pomarium, vt fatentur omnes de circuitu illo, vbi vulgo dicitur, *la Speranza*, intrà suburbium Sancti Antonij Abbatis: & quemadmodùm apertè nimis constat ex varijs publicis attestationibus nonnullorū maturæ ætatis Virorum, in actis præsentatis.

2 Quibus ità positis, modò inquam nō video, quo stabili muniti præsidio huic inani, debili, ac insubsistenti quidèm prætentioni nitantur isti de Dominico, adhùc flagitantes clausurā prædictæ fenestræ: nec quomodò ipsi hoc aggrediatur facinus, cum obseruauerint, præsertim in præfatis actis publicis plurium testium, mediante iuramento attestantium, etiam in iudicio, quatenus opus esset, fenestram hanc triginta ab hinc annis de causa scientiæ, & multo antè de auditu suorum primorum, semper permansisse in tali longitudine, & latitudine in prædicto pariete communi, & propriè in loco, vbi ad præsens inspicitur; quæ quomodocumquè nunc reperiatur, stante allegata præscriptione, quatenus aliud nō adesset, nimis hoc sufficiens de Iure Nostrarum Consuetudinum, & Communi experior, eamq; propterea claudi non posse, laconicè demonstrabo.

3 Vt autem sigillatim incipiam: Primò ad huius articuli claritatem de Iure cōmuni adducitur *tex. in l. si quis emptionis, C. de præscript. trig. vel quadr. ann. & tex. in l. longi 7. l. super 9. l. fin. in fin. C. de præ-*
4 *script. long. temp.* vbi seruitus constituitur inter præsentes per decennium, & inter absentes per viginti annos, posita tamen eius vniformi, continuata, & actuali possessione; alioquin præscriptio ista non
5 prodest, *cap. sine possessione, de reg. iur. in 6. l. sicut vsumfructum, C. de seru. & aqu. l. corruptionem 16. C. de vsufr. Thus. concl. 221. n. 1. 2. & 3. Gom. lib. 2. var. resol. cap. 15. n. 26. Facch. 8. controu. cap. 22. Parlad. 2. quot. cap. 1. §. 8. Cancer. 3. var. cap. 4. nu.*
6 *45.* & in specie, præter alios nonnullos, est-

est videndus *D.Reg.de Marin.lib.2.resol. iur.cap.205. sub n.* 2. asserens, quòd in pariete communi fenestras aperiens, & decem annorum spatio hac vtens seruitute, ad eas claudendas amplius cogi nõ possit; Nam tali tempore præscribuntur omnes actiones dominicales, seu quasi, & sic huiusmodi seruitutes. Quamuis idē
7 Ius resistat, vt quis in pariete communi aperturas facere valeat, *l.penult.ff.de ser-*
8 *uit.vrb.prædior.* Tamen quando adest, vt in casu nostro Aduersarij scientia, seù patientia, per decem annos non contradicentis, in communi pariete fenestras aperire, tunc talis præscribitur seruitutis
9 actio, *l.2.in princip. C.de seruit.* ea quidē potissima, & legali ratione, quia ad præscribendas seruitutes titulus non requiritur, sed satis est scientia, & Domini patientia, potentis liberè, & nolentis resistere, censetur enim tunc tanto temporis interuallo cedere Iuri suo, *l.licet malæ fidei possessor sit, retinebitur seruitus, l. si quis diuturno* 10. *vbi Bar. & Castrens. ff. si seruit.vind. l.foramen, ff. de seruit. vrb. præd. l.1.& 2.ff. de seruit.& aqua. Ant. Fab.19.coniect.cap.10.Caeuall.cōm. quæst. 47.&Gom.2.var.cap.15.n.17.* cū alijs, relatis per *D.Verd. 2.instit.n.287. & 298.*
10 Secus autem, quoties non probatur hęc scientia, & continuata possessio, saltèm decē annorum, vt tradit *Præs. Amat. cons. 40.n.11.* Seruitus enim realis, quòd pręscriptione acquiratur, intelligitur de cōtinua, vel quasi, non autem de discontinua; nisi interueniat vsus tanti temporis, prout in præsenti causa, cuius memoria in contrariū non extat, vt ità distinguens probant *Andreol.* qui alios coaceruat, *in contr.178.n.1.3.4.& 5. lib.1. Capoll. de seruit. vrban. prædior. cap.19. Giurb. ad Consuet. Messan. cap.29.n. 26.* & *Ciarlin. lib.1.controu.forens. cap.30.n.24.& lib.2. cap.182.n.2.*
11 Et quòd etiam Iure nostro patrio attento, sic pariter sancitum inueniatur, expressim legitur *in tit. de seruitutib. in prima Consuetud. incip.Si quis habens terrā,* illis nimirum verbis: *Quæ terra viam, iter, vel actum habere non apparet ex con-*
12 *stitutione, vel longo vsu;* Vnde clarè colligitur, longo vsu, & sic præscriptione quęri seruitutes in hac Ciuitate, sicut etiā de Iure communi seruatur, *l.1.§.pen.vbi glos.& DD.ff.de aqua plu.arc.* Idq; *Dom. R.Capyc. Latr.decis.66.lib.1.n.15.* clariùs comprobat ex verbis *tex. in Consuetud. Amplius, de seruit.* quem sequitur, quamplures ad propositum allegans *D. Gizz. in addit. ad d.decis.n.4.* alio modo potuisset ex *d.Cōsuet.* vicinus cogere aliū vicinum ad præstandam viam ad prædium suum, etsi aliam nuper longo vsu habuisset, tāquam non iure eam habitam; quod denegatur per *dictam Consuetudinem,* cū in solo eo casu cogatur vicinus ibi ad præstandam viam, quando aliam prædiū dominans non habuisset constitutione, vel longo vsu.
13 Suadetur hoc secundò ex *Consuetud. incip.Contra habentem casalenum, in tit. de aper. non faciend.* vbi in illo tantùm casu particulari scilicèt, *contrà habentem casalenum, siuè domum destructam,* vetatur etiam longissimi temporis pręscriptio seruitutis; Quod superfluum fuisset, si indifferenter in omni casu perscriptio prohibeteetur, tali Iure municipali inspecto.
14 Idq; non esset dicendum, quia lex, & natura nihil frustra operantur; Et adeò ve-
15 rum est, quòd noster Antesignanus Cōsuetudinum Interpres in *d.Consuet.contra habentē,* aduertit, pręscriptionē non interrumpi eo casu, quo aliquis cęperit facere fenestras priusquàm ad casalenū domus vicini redigatur, quamuis in casalenum postmodum redigeretur; vlteriùs asserens idem *Napodan.* talem *Consuetud.* non im-
16 pedire similē præscriptionem, sic inchoatam, & eam pro ratione adducit Iuris regulam, quia actum vltimò retractari non debet, licèt casus postea eueniat, à quo non potuit inchoari.
17 Comprobatur idem vlteriùs ex *Consuetud.incip. vbi repertur instrumentum, in eodem tit.de aperturis non faciendis,* vbi in vno solùm casu, ibi expresso, ipsa præscriptio interdicitur: nimirùm, si adesset Instrumentum, per quod alicui permitteretur aliqua apertura, vel aliqua seruitus

tus, vel quòd aliquis deberet claudere
aperturas istas, vel non posset in aliquo
pariete illas facere; Ceterùm, quando
similia instrumenta non exhiberentur,
non video quarè ipsa præscriptio curre-
re non debeat; nam vltra rationes supra
positas, sequeretur, quòd ad inuicē *prę-
dicta Consuetudo*, & illa *incip. si quis
habens terram*, contradictionem imbibe-
rent. In prima enim decerneretur, in nul-
lo casu præscriptionem posse verificari;
in secunda verò longo vsu, ipsammet ad-
18 mitti. At cum Iura sint cōcordanda Iuri-
bus, *l.1.& 2.C.de vet.iur.enuc.* secundùm
etiam doctrinam *Napod.in d. Consuetud.
vbi reperitur, vers.sed quid in fin.* debe-
mus dicere, *Consuetud.incipientem, habens
terram*, indifferenter præbere ansam pre-
scriptionibus, eò fortiùs, quia sic consen-
taneam Iuri communi se redderet; illam
autem incipientem, *vbi reperitur*, verifi-
cari solùm, quando adest diuisionis In-
strumentum, seù concessionis, vel prohi-
bitionis seruitutis cuiusdam; multò ma-
gis, quia taliter dictas *Cōsuetud.* interpre-
19 tantes, rationi approximamur. Quandò
enim adest instrumentum in medio, illud
(cum sit probatio probata, prout in *l.cum
pracibus, C.de prob.Ludoui.dec. 4.R. Cap.
Lat.dec.138.n.22.Rot.Genu.* subdēs, quòd
20 habens quis instrumentum, habere dici-
tur intentionem fundatam *decis.* 122. &
quòd idem Instrumentum faciat rem no-
toriam, & manifestam, expliceat *decis.* 209.
nàm quòd ex Instrumento apparet certū
dicitur *Ricc.collect.decis.* 1090. *Barbat.in
cap.fin.de lib. oblat. Grammat. decis.* 54.
cum alijs innumeris, per nos traditis,
contr.5.à n.3.ad 7.lib.1.) expellit propte-
21 rea præsumptiones omnes, & sic ipsam
præscriptionem; præsumptio namq; veri-
22 tati, sicq; Instrumēto cedit. Quando autē
non adest Instrumentum, cum veritas tūc
23 lateat, est ipsa à præsumptionibus inda-
ganda, vt fusiùs insinuauimus *d. contr.5.*
& sic etiam à præscriptionibus, quæ de
non titulo, positis requisitis, prout in casu
præsenti, tribuunt titulum, & de non Do-
mino faciunt quendam Dominum, se-
cundùm Iura desuper allegata.

24 Nec *prædicta Consuetudo*, incipiens,
vbi reperitur, alio modo interpretetur, ità
vt suum robur extendere valeat, vbi In-
strumentum non reperitur, ea enim tan-
quam correctoria Iuris communis non
extenditur, nec suum impartiri potest of-
ficium, quàm in casu, de quo loquitur,
cum sit stricti Iuris, prout idem *Napod.in
d.tit.de seruitutib.* admonet, & eodē mo-
do *Vrsill.in addit.ad Afflict.dec.* 202. cum
alijs, quos ipsemet *Vrsill.* ibidem colligit,
& nos *d.contr.5.circà finem.*
25 Similiter etiam id decisum inuenio
apud eundem *Vrsill.decis.256.n.115.cum
seq.* nimirum, quòd non cogatur habens
fenestras in pariete communi, eas clau-
dere, nulla alia, & principali quidem ra-
tione, nisi præscriptione, quā *Vrsill.decis.*
26 rogo legendam; ibi enim valdè miratur
ille de recenti nostrorum Tabulariorum
praxi, claudere facientium fenestras, etsi
antiquissimas sine cantonibus, vel can-
cellis ferreis; cum id non solùm secun-
27 dùm Ius commune non dicatur, imò ex-
pressim vetatur, volens semper indistin-
ctè, legitimis requisitis præhabitis, præ-
scriptionem locum habere; sed etiam
Iure consuetudinario Neapolis attento
nullibi, nec expressè, nec tacitè reperia-
tur prohibitio prescriptionis seruitutum,
neq; quòd claudantur fenestræ, etiam lō-
go vsu, & sic præscriptione quæsitæ. Ve-
rùm quicquid dixerit *Capyc. in cit. Con-
suetud. si quis habet parietem, sub nu.* 18.
munitus tali Tabulariorum vsu, in quo
casu procedat, dicemus infrà.
28 Respondendū solùmodò, nunc congruū
videtur, quibusdā obiectionibus, si quas
auderent producere Aduersarij. Omittā
quòd dixit *D.R. de Marin. in eius tom.2.
resol.iur.cap.* 205. cum se remittat ad tra-
dita per *Dom.Præs.Amat.in consil.* 40. Sed
pertingere tantùm, consonum nimis ar-
bitror, aliqua circa consilium prædictum
Amati, quod antesignanum, & vnicum
sanè cognoscitur prima facie pro ipsis
Aduersarijs.
Et Perlegendo meliùs hoc consilium,
expertus fui, *Amatū* familiarem potiùs,
quam nobis contrarium esse, præsertim

ex facti contingentia, cum casus, de quò scripsit *Amat. in d. consil.* 40. fuit omninò diuersus à casu, de quo hic agitur.

29 Primò enim differt casus ille à præsenti, quia ibi quod videbatur claudendum erat apertura, seu potiùs foramē, clausum, deindè temporis interuallo apertum, quod postmodum paulatim excreuit, ac in aliam formam redactum fuit per Ill. Ducem Siciniani; hìc autem, nèdum non est foramen, seù simplex apertura, sed quędam fenestra, quę diù semper eodem stetit modo, prout nunc iacet, scilicèt triginta ab hinc annis de causa scientiæ, & ab immemorabili tempore auditu, prout ex duobus actis publicis plurium testium, Iuramento mediante, refertur.

Secundò quia ibi D. Cesar Piscicellus, qui petijt dictum foramen claudi, vo-
30 lebat edificiuum suum altius tollere, quod fieri nequibat, quin priùs non clauderetur foramen prædictum, iuxtà tradita in *d. Consuetud. si quis habet parietem*, iuncta *Consuetudine, & vbicumq. sub rub. de seruitutibus*. Quod adeo verum est, quia sententia, seù decretum, in causa illa prolatum, prorogauit clausuram dicti foraminis, quonsque dictus D. Cesar intenderet edificare; Hìc autem finis *dictarum Consuetud.* cessat, cum prædicti de Dominico non intendant, in dicto cōmuni pariete edificium aliquod extollere, sed solummudò molestiæ soliciti, defatigant prædictum Iosephum, non obstante continuata, actuali, & pacifica possessione præfatæ seruitutis, in qua ipse ad præsens reperitur, & olim fuerūt eius Antecessores, à quibus dictus Ioseph causam habuit.

31 Tertiò, quia ibi terminos præscriptionis non probauit dictus Ill. Dux Siciniani, & continuatam possessionem nunquā habuit, nec eam allegare potuit; Hic au-
32 tem secundùm posita longissimus, & nō interruptus vsus dictæ fenestræ interfuit; Ibiq; tandem, termino mediante, vtrique parti impartito, M.C. Vicariæ innotuere Iura ambarum partium; quem terminum in causa nostra non adhuc partes experti sunt; in quo quidē termino (quatenus opus fuerit) abundanter pro IosephoPansuto demonstrabitur, nunquam fenestram illam, de qua hæc vertit contentio, fuisse foramen, quod fortassis paulatim accreuisset dictus Ioseph, sed dictā fenestram, prout iacet, semper eodem modo olim stetisse, vnà cum omnibus alijs requisitis, ad eius vsum præscribendum necessarijs.

33 Quod autem asserit *Præf. Amatus eod. loc.* quod tabularij Neapolitani claudere faciunt fenestras sine cantonibus indifferenter, etiam antiquissimas, ex traditis per *Capyc. in Consuetud. si quis habet, lit. B. vers. nota, quia Tabularij, fol. mihi.* 357. *de Iure congrui*, vltra quòd responde-
34 tur aduersus istam opinionem, siuè Tabulariorum insubsistentem praxim, per M.C.V. fuisse contrarium dispositum, & decretum, vti tradit, *Vrsill. in d. dec.* 265.
35 *d. n.* 115. *& seq.* Additur etiam, quòd illa, si quem haberet locum, solummodò sibi vindicaret, quando adesset aliquod instrumētum diuisionis parietis communis, & illud seruitutis fenestræ, quid vel nō diceret, vel illam prorsus prohiberet; eo enim casu antiquissima etiam pręscriptio, & longissimus vsus instrumento succumberet; Imò tali modo opinio illa videretur consentanea *Consuetud. vbi reperitur instrumentum, in titulo de aperturis non faciendis*, ex quò in *d. Consuetud.* hoc deciditur, vt supra dictum est; Ceterum, quando Instrumentum diuisionis non adesset, nullo pacto substineri posset sententia illa, vti opposita *prędictę Consuetud. vbi reperitur, & subsequenti*, ex quibus expræssim deducitur, quòd vbi in contrarium non adest hoc Instrumentū, vsum longissimum, & sic præscrip-
36 tionem benè locum habere; prout ait *Napodan. loc. superiùs cit. in vers. sed quid in fine, in Consuetud. amplius eodem titulo, de aperturis non faciendis*, & *Vrsill. d. dec.* 265. cū Doctoribus per ipsum *ibi* relatis. Quod clarissimè etiam docet, ac latiùs explicat, *D. Reg. Capyc. Latr. decis.* 66. *sub n.* 3. *versic. ad id, quod dicitur*, & *nu.* 4.
37 ibi. *Ad id quod dicitur de Consuetudine huius* Ciuitatis, *quòd quando adest Instrumen-*

mentum conuentionis, quòd aliquis ipſorũ debeat aliquam aperturam habere, tũnc non obſtabit nec perſcriptio longiſſimi temporis, quia tunc dictæ conuentioni eſt ſtandum, ac ſi nouiſſimè facta fuiſſet, & ſic ipsũ intellexiſſe, explicat *Capyc. in Conſuetud. ſi quis habet, de iure congrui, l. B.* quando dixit, quòd Tabularij Neapolitani faciunt claudere feneſtras antiquiſſimas abſq; cantonibus.

38 Verùm, ſemotis omnibus his dictis circa præſcriptionem, quatenus non facientibus ad materiam (quod prorſus denegatur) feneſtram iſtam nõ eſſe claudendam, tandem fundatur, quia facta reperitur, etiam ſeruata forma Conſuetudinis, ſiuè huius Tabulariorũ vſus, cũ ſit munita cãtonibus, vulgo dictis, *di pezzi d' Aſtrico*, vti deponit, mediante fide, actu publico, & iuramento roborata, primus Fabro-
39 rum Magiſter, qui quamuis teſtis ſit vnicus, & ſingularis, cum ſimus in iudicio poſſeſſorio ſummario, in quo leues probationes etiam admittuntur, nimis ſufficiens eſt, vt tradit poſt DD. nonnullos *D. Reg. Capyc. Latr. in deciſ.* 181. *n.* 44. *lib.* 2. Et quòd iſti cantones, taliter extantes, ſint ſufficientes, & iuri Conſuetudinis conſentanei, non ſolùm ità iudicauit in ſua relatione Magnificus Primarius;
40 Verùm etiam expreſsè hoc habetur in *Conſuetud. & vbicumq; ſub titulo de aperturis non faciendis, fol. mihi* 360. ibiquè *Napodanus, in gloſſ. cantonibus n.* 34. loquens de cantonibus, de ipſorum materia præſcindit, nam ipſe in verbo *cantonibus, verſ. ſunt ergo, &c.* hæc formalia dicit verba (*ſunt ergò cantones lapides, ſeu ligna, modulati ſecundùm curuationem aperturæ. Aduerte ergò, quod hic non diſtinguitur de materia Cantonum*) & idem aduertit *Pater Molfeſ. in ſuo comment. ad Conſuetud. Neap. to.* 3. *part.* 13. *tit. de ſeruitutibus, quæſt.* 16. *n.* 2. *verſic.* 2.
41 Et quamuis hodiè prædicta feneſtra reperiatur cum cãtonibus, calce tantùm, & puteolana modulatis, hoc euenit, quia cum denuò ſit feneſtra dicta peracta, ex cauſa inciſionis parietis, in quo illa exiſtebat, nõ curauimus, quòd reponerentur cãtones, qui per anteà manebãt, & ex eo quia fabri, quibus fuit cõmiſſa refectio, tàm parietis illius, quàm feneſtræ, inuerunt cantones illos ruptos, & fractos; prout expreſsè teſtatur idem faber in *cit. fol.* & ſic licèt feneſtra illa, quæ per antea, imò per tempus immemorabile cum cantonibus, ab Artifice modulatis, permanebat in dicto pariete, nunc aliter
42 reperiatur, ex cauſa inciſionis eiuſdem parietis; Nihilominus poteſt ſemper feneſtra prædicta ad priſtinam formam reduci; prout docet noſter Anteſignanus, imò textus in Conſuetudinum explicatione, *Napod. in Conſuet. vbi aliquis tit. de aperturis non faciendis, Gloſſ. non fuit, ver. ſed quid ſi fuit deſtructũ? Reſpondeo ſeruari priſtinam formam, nec currit aliqua præſcriptio in contrarium, vt infrà in Coſuetud. contra habentem caſalenum.* Quod etiam eodemq; modo Magnificus Primarius in ſua relatione arbitratus fuit. Et idem ſperatur à Peritiſſimis Dominis de Aula, quorum prudens iudiciũ, integritas, & doctrina, quicquid filio inhermi, nulloq; munitus, niſi veritatis tantùm auxilio, in Parentis defenſionem defuit; humanè ſuppleãt, breuiterq; expoſita de more corrigant. Neapol. 4. Octobris 1676.

Sed his tandem cõgeſtis, ac rectiùs per Dominos Iudicantes perpenſis; Partes, quibus aliquantulum dura, nec parum anceps videbatur pro eis victoria, & euidenter eorumdem prætentionum vires deficere, inſpiciebãt; poſt multa prorſus acquieuere, & antè articuli deciſionẽ huic ceſſerunt certamini. Vnde perpetuũ in præſenti cauſa, pluriès diſcuſſa, fuit indè amicabiliter impoſitum ſilentium.



Hh 2 CON-

CONTROVERSIA XXXXX.

Tempore transcurso, à Iure præfixo, ad exequendam sententiam, latam aduersus laicalem personam per Iudicem sæcularem: num executio peti postmodum possit coram eodem Iudice, etiam contrà Clericum, laici hæredem, vel illius bonorum possessorem: aut verò conuentus ex tali causa in Foro sæculari, cum præscripta reperiatur via executiua, siuè perempta executionis instantia, sit statim ad eius Iudicem Ecclesiasticum remittendus?

SVMMARIVM.

1 *Clericus, hæres laici, aut ipsius bonorum possessor, conuentus coram Iudice sæculari, pro executione sententiæ, latæ contrà dictum defunctum laicum, si reperiatur præscriptum ius illam exequendi, ân sit ex hoc remittendus ad Iudicem Ecclesiasticum?*
Affirmatiuã suadetur, esse veriorem opinionem, à n. 25. Reiectis Aduersariorum argumentis, & obiectionibus, præsertim à n.34. 46.51.67.70.& 71.

2 *Forum Rei semper Actor sequi debet.*

3 *Ecclesiastici non possunt, etiam cum iuramento eorum foro renunciare; & quare? n. seq.*

4 *Iuri publico derogari non potest per pactum particularis personæ, præsertim Ecclesiasticæ, & n.19.*

5 *Officiales, & milites eorum foro renunciare, & in alium Iudicem consentire ad libitum possunt.*

6 *Antinomia in* l. si conuenerit, ff. de iurisdict. omn. Iud. *cum* l. si quis in conscribendo, C. de pact. *recensetur.*

7 *Dispositio* d. l. si conuenerit *non attenditur in instrumentis guarentigiatis, & in contractibus, iuramento vallatis.*

8 *Fori renunciatio præsertim hodiè attenditur in casu liquidationis instrumentorum via Ritus, contrà quamlibet personam priuilegiatam, cui prorsùs denegatur fori declinatoria, prout pluries decisum fertur, etiam in apochis, banco directis n.11.12.14.& 15.*

9 *Instrumentum publicum vndè habet ius executiuum?*

10 *Apochæ bancales quando exceptiones respuant, quando verò illas admittant?*

13 *Conuentus vigore pacti executiui nullã habet fori declinatoriam, nullamq; exceptionem opponere potest, præter solutionis, nouæ conuentionis, vel falsitatis.*

14 *Quod dicitur de instrumentorum liquidatione, videtur etiam dicendum de pacto executiuo, circà fori declinatoriã.*

16 *Exempti per priuilegium non possunt Clericis, & Ecclesiasticis æquiparari, quoad fori declinatoriam; Et quare?*

17 *Iurisdictio laicalis in Clericum est negatiua, & absolutè prohibita; etiam stante illius consensu, & n.21.*

18 *Ecclesiastici, nec etiam iuramento, possũt eorum priuilegijs renunciare. Et ratio n.19.& 20. vbi* Cuiac. *quoad hoc refellitur.*

22 *Laici tantùm possunt eorum iurisdictioni renanciare; Clerici verò secus, vt n.23.*

24 *Ecclesiastici, non solùm nequeunt consentire in Iudicem sæcularem, sed nec etiã coram Iudice Ecclesiastico incompetenti, sine Superiorum consensu, & beneplacito.*

25 *Successor bonorum Clerici ligatur instantia Iudicij, cœpti cum ipso defuncto.*

26 *Iudicium semper est prosequendum vbi captum inuenitur, tàm si agatur de laico hærede Clerici, quàmè contrà, & num.28.*

27 Tex. in l. hæres absens, & l. vbi cæptum ff. de iudic. *dispositio quo casu attendatur.*

29 *Sententia definitiua dicitur finis iudicij, & principium litis contestatio.*

30 *Iudicium ex tribus partibus cõstituitur; nem-*

nempè principio, medio, & fine.

31 *Effectus cessat, causa cessante.*

32 *Accessorium sententiæ dicitur iudicati executio.*

33 *Sententia àn sit exequenda per eundem Iudicem, à quo fuit lata? & n. seq. 34.*

35 *Via executiua cuiuslibet sententiæ spatio triginta annorum præscribitur. & n. 50.*
Tàm si agatur de sententia, lata in actione reali, quàm personali n. 36.

37 *Res litigiosa efficitur per iudicium reale; & quando agitur contra ipsius rei dominium.*

38 *Iudicium, motum super executione sententiæ, latæ in actione personali, cuius via executiua per triginta annorum cursum præscripta reperitur, quòd dicatur formaliter nouum iudicium, clarè animaduertitur, & à n. 39. 42. & 44.*
Et propterea institui debet coram Iudice competenti, vt n. 45.

40 *Monitio contrà Clericum fieri prohibetur per Iudicem laicum.*

41 *Quæ importent noui Iudicij nunciationē?*

43 *Sententia, quando non est ex omni sui parte liquida, vel aliquid aduersus eā iuridicè opponi potest, si de eius agatur executione, nouum iudicium tunc instituere oportet.*

46 Sententiæ *executio àn dicatur incipere per mandatum de parendo?*

47 *Mandatum de parendo non inducit, nisi quandam executionem legalem, & non realem, ex qua oritur litigiosi vitium.*

48 *Mandatum de parendo, vti accessoriū, præscribitur etiam cum executione sententiæ, quę eius dicitur principalis, per spatium triginta annorum.*

49 *Priuilegium clericale, quando in fraudē viæ executiuæ dicitur procuratum, ad intellectum* tex. in l. si quis posteaquā, ff. de iudic. *& à n. 51. 55. & 58. vsq; ad n. 66.*

50 *Nemo debet sua fraude gaudere; nè sic fraudibus aperiatur via.*

52 *Priuilegio clericali, circà causarum remissionem, nec etiam volēs clericus præiudicare potest.*

53 *Nemo debet alterius odio prægrauari.*

54 *Ecclesiasticis præiudicium aliquod inferri nequit.*

56 *Primus rerum status semper attenditur.*

57 *Priuilegium clericale nunquam præsumitur in fraudem procuratum, quando lis superuenit tali priuilegio.*

59 *Instantia perimit per triennium, ad differentiam viæ executiuæ, quæ per triginta præscribitur annos.*

60 *Instantia perempta, & instaurata postmodum per insufflationem spiritus vitæ, non restauratur vitium originatum ab ipsa instantia.*
Verùm illa non efficit, quin reùs conuentus, clericus effectus; vel clericus successor laici conuenti, non sit ad Iudicem Ecclesiasticum remittendus. num. 61. Et ratione suadetur nu. seqq. cum pluribus S.C. decisionib.

62 *Insufflatio spiritus vitæ non operatur contrà tertium.*

63 *Instantia perempta, dicitur semper ex nouo iudicio oriri quicquid sit posteà per actores.*

64 *Fori priuilegium, quod reo superuenit post instantiam peremptam, eidem conceditur, etsi anteà in particularem Iudicem consensisset.*

65 *Instantia perempta, lis habetur pro non cepta.*

68 *Decisiones Sacri Consilij Ius in Regno cōstituunt, tanquam prolatæ sub nomine Regio.*
Et præsertim quando sunt duo vniformes, nec semel latæ super eodem articulo; nam perpetuum imponunt silentium; Et de ipsarum nullitate ampliùs dici non potest.

72 *Decisionum cessantibus rationibus, earū pariter cessant effectus.*

ARGVMENTVM.


Ingens, ac subtilissima in praxi esse videtur recens, quæ proponitur Controuersia: vtrùm causæ remissio ad Iudicem Ecclesiasticum, petitam per Clericum, bonorum laici heredem, vel quouis titulo possessorem, sit eidem concedenda in causa executio-
nis

nis sententiæ, per S. C. prolatæ contra præfatum laicum in actione personali, quoties post triginta annorum cursum prædicta illius executio iam reperiatur præscripta, nec acta appareant, super quibus fuerit hæc lata sententia: àn verò vbi à principio ceptum fuisse inuenitur, ibi sit prorsus finiendum iudicium, ad intellectum, *tex. in l. vbi ceptum, & l. hæres absens, ff. de iudic.*

Et quòd sit remittendus ad eius Ecclesiasticum Forum Clericus cōuentus, vti hæres laici pro executione sententiæ, latę contra dictum laicum defunctum, eo casu, quo via executiua est præscripta, spatio à Iure statuto, reiectis partis aduersæ oppositionibus, non iniucundè fundat *Author.*

Imò hoc Fori priuilegiū reo, aut eius hęredi superueniēs post peremptam instantiam, vel post præscriptam viam executiuam sententiæ, contrà ipsum latæ, eidem prodesse, ad illud declinandum, dilucidè ostenditur.

Item, Clericos, Religiosos, & Ecclesiasticos tantùm, non posse eorum Foro renunciare, cęteras verò laicales personas, siuè Milites, siuè Officiales, & Senatores, aut alia dignitate insignitos, posse ad Iudices quoscumquè ad libitum consentire, eorumq; iurisdictionem prorogare, euidenter adnimaduertitur; sicquè pluriès decisum, ac practicatum in contigentis fertur.



1 
Emerè nimis, atquè superuacuè non parum, pro fundanda remissionis petitione Reuer. D. Patritij Arnone in causa, non solùm inter laicales personas inita, sed iam per sententiam completa, calamum arriperemus; nisi in proposito articulo, non ità adhuc controuerso, nec in Forensi Palestra agitato, legū intergiuersabiles sensus, apertæ Iurium dispositiones, grauissimæquè Doctorum authoritates, infrà ponderandę, nobis, in præsenti certamine, de victoria incertis, dilucidè suadere viderentur, deberi præfato Don Patritio petitam Fori declinatoriam, nec non dictam remissionem ad eius Ecclesiasticū Iudicem competentem, ad hoc, vt legitimè oppugnare queat inanes quidem prætentiones Filiorum, & hæredū quondam Francisci, & Hieronymi Centomani, aduersùs quos Briareos, nonnullarum rationum lumine suffulti, tanquam Argi oculis si essemus muniti, libenter modò ad pugnam diuenimus.

Petierunt igitur in Sacro Reg. Consil. anno 1677. (vt breuiter facti seriē principio exponamus) prædicti hæredes de Centomani, post trigintaocto annorum cursum, executionem cuiusdā suppositæ sentētiæ eiusdem supremi nostri Senatus, latæ in actione personali, anno 1639. contrà Beatricem, Fraustinam, Catherinam, & Mar. Anton. Pisano, filias, & hæredes V. I. D. Hieronymi Pisano, quæ fuerunt tunc condemnatæ, ad soluendum ducacatos octingentum, vnà cum interesse liquidando, dictis de Centomani, ex causa dotium quondam Beatricis Ingannulæ, primæ vxoris dicti quondam Hieronymi, conuentis vti hæredibus, ac possessoribus bonorum eiusdē Hieronymi, dicta Maria Antonia Pisano, ex istis sororibus tantùm superstite, & dicto D. Patritio Arnone, cuius iura pro nunc, circà remissionem petitam, non inconsultò tuemur.

Hoc verò prædicti Actores obtinere supponunt absquè actis (dum nescio qua-

quarè non inueniātur)sed sola copia sen-
tentiæ prędictæ,extractæ à registro Ma-
gnifici Secretarij,quæ quāuis ob supre-
mam authoritatem sit hìc semper, omni
tempore,& vbiquè veneranda quòad es-
sentiam,pręscribitur nihilominus quòad
effectum parata eius executio triginta
annorum spatio, cum præsumatur tanti
temporis interuallo satisfactionem, vel
saltim partium transactionem intercel-
sisse;Quemadmodùm in casu præsēti no-
uiter Sacr. Consil. decreuit, dum super
supplicatione, & instantia,porrecta per
dictos de Centomani, respectù pręten∫æ
executionis sententiæ,terminum in iudi-
cijs ordinarium vtriquè parti impartiuit,
inaudito tamen dicto D. Patritio Arno-
ne,pariter,vt diximus, cōuento,qui cum
has,& similes exceptiones, signanter sa-
tisfactionem,proponere,ac fortiter op-
ponere nunc debeat,aduersus prætensam
executionem suppositę sententiæ, cumq;
citato quælibet iuridicè fieri nequeat per
Iudicem Sęcularem contrà Clericum,
iuxtà terminos notorios *tex. in cap. fin.
de appellat.*& *cap.bonæ memoriæ, de elect.*
cum infinitis alijs, congestis per *Carol.
de Graff.in tract.de effect.cleric.eff.* 1. *nu.*
448.*ampl.*67.*vsq;ad n.*470. continuo id-
circò pro istius causę remissione instauit;
ad tuendam cuius petitionem insurgit.
2 Primò famigerata *tex.*dispositio *in cap.
cum sit generale, de for.compet.l.*2. *C.de
iurisdict.omn.Iudic.l. fin. C. vbi in rem
act.* qua sancitum reperitur,actorem in
quolibet iudicio Rei forum sequi debe-
re, nec illum coram Iudice incompeten-
ti conueniri posse.
3 Insurgit secundò vulgaris,& canoniza-
ta *tex.*regula *in cap. significasti, & cap.si
diligenti,de for.compet.* qua strictè statu-
tum comperitur, quòd neque cōsentiēs,
aut iuramento renuncias eius Foro,Cle-
ricus, Religiosus, vel quælibet alia ec-
clesiastica persona possit conueniri, etiā
in hoc Sacro Consilio, supremo laicorū
Senatu, ea potissimùm ratione, vt notant
ibidem omnes,quia cum huiusmodi pri-
uilegium non sit personale,sed toti Cle-
ricali Collegio, & ecclesiastico ordini
conceſſum, non poteſt propterea per pa-
ctum particularis personæ, cōtrà Ius pu-
blicum ei derogari.
5 Et quamuis contrariū experientia, imò
praxis notoria nos doceat in contingen-
tijs quòad alias, etiā priuilegiatas per-
sonas, nempè Milites, Senatores, ac cæ-
teros Officiales, aut alia dignitate insi-
gnitos, quibus liberè permittitur in Iu-
dices quoscumq; consentire, & eorum
iurisdictioni ad libitum renunciare per
pactum,solemni iuramēto vallatum, nec
posse vllo modo prædictæ renunciationi
contrauenire, sed tale pactum semper
6 seruandum esse, iuxtà decisionem *tex.in
l.si quis in conscribendo*,C.*de pactis*, con-
trà priùs disposita per *tex.in l.si conuene-
rit,ff.de iurisd. omn. Iudic.* vbi pacto de
litigādo coram Iudice non suo, quis sta-
7 re non cogitur; nam *d.l. si conuenerit* di-
spositionē procedere solùm,firmant DD.
in pacto nudo,non verò in pacto stipula-
tione, & iuramento vallato, vt ex *bart.*
& alijs Classicis docent, *Iul. Pacius leg.
conciliat.cent.*1.*tit.de iurid.quæst.*60.*Fac-
chin. lib.* 1. *contr. cap.*61. cum innumeris
relatis per *Carleual. de iudic. disput.* 2.
*quæst.*8.*à n.*1010.*ad* 1025. & per *Cæsar.
quæst.*22.*à n.*4. *cum seqq.* vbi plenè diffi-
cultatem soluit,ac de istarum legum an-
tinomia perbellè ratiocinatur.
8 Quinimò in dies practicatur,& genera-
liter obseruatur, hanc fori renunciatio-
nem locum præsertim sibi vindicare in
casu liquidationis instrumentorum,stan-
te hoc speciali pacto in quouis oneroso
contractu apposito, vt habetur ex forma
*Rit.M.C.V.*166.vbi *Carauit. à n.* 31. *ad*
9 34. & *Reg. Pragm.* qua attenta prorsùs
denegatur omnis exceptio, sicq; cuiusli-
bet fori declinatoria debitoribus conuē-
tis vigore *pacti*, iuramento vallati,vigo-
re *guarentigiæ*, quæ sapit naturam
sententiæ, obtinenti authoritatem
rei iudicatæ, & vigore *confessionis*, in
instrumentis existentium.Idemq; fundat
omninò procedere, etiam de Iure com-
muni, *Carauit.loc.cit.* & ex speciali san-
10 ctione hìc pariter seruatur in apochis,
banco directis, recognitis tamen, & le-
giti-

gitimè verificatis; cum nullo modò cōuenti, vigore prædictarum apocharum banci, audiantur ex quauis exceptione, etiam si petant, remitti ad Baronem, vel ad quodcumq; Tribunal, nisi in vinculis constitutis, vel facto deposito, ac petita illorum remissione ab ipso Barone, vel Tribunali, iuxtà decantatam decisionem S. C. iunctis omnibus quatuor
11 Aulis, quæ lex nunc dicitur in Regno, & refertur per *Dom. Reg. Rouit. in pragm. 64. de offic. proc. Cæsar. ante nu.* 52. imò habetur ex alio simili decreto *in vulg. pragm.* 82. *de offic. S. R. C.* id statuente contrà omnes personas Regni, & etiam
12 contrà illos, qui sunt de Collaterali Cōsilio, atq; aliorum Supremorum Tribunalium, imò contrà habentes septem ipsius Regni officia, vt nonnullis exemplis fatetur, ac pluries decisum tradunt *D. R. de Pont. in suo tract. de potest. Proreg. tit.* 7. §. 4. *fol. mihi* 226. *per tot. D. R. Rouit. cons.* 90. *n.* 14. *lib.* 2. *D. R. Capyc. Latr. decis.* 200. *n.* 3. *&* 42. *D. R. Merlin. cap.* 64. *n.* 2. *D. Consil. D. Carol. Petr. super d. rit.* 166. & alibi passim ità fuisse semper de-
13 terminatum, testantur; & post præfatos maximæ quidem extimationis Authores idem in S. C. decisum, & confirmatū denique in Collater. Consil. anno 1663. refert, etiam in conuentis vigore pacti executiui, eruditissimus *D. Constant. Cafaro*, ac celeberrimus olim causarum Patronus, in eius *specul. peregr. quæst.* vt nullam scilicèt habeant fori declinatoriam, nullamq; exceptionem opponere possint præter solutionis, nouæ conuentionis,
14 vel falsitatis, secundùm normam dictæ *Reg. Pragmat.* contrà prætensa per Mag. Ration. Trotta, ob speciale hoc pactū renūciationis, & electionis Fori in quodam instrumento venditionis annuorum introituum appositum, vt in casu liquidationis, seù alio quouis modo, ipse debitor per creditorem in M. C. solùm conueniri posset, nec alibi, vt videre est in *quæst.* 22. *&* 23. *per tot.* Quemadmodùm
15 nouiter etiam simile decretum obtinui, pro Victoria Magliulo mea dilectissima genitrice, in eodē Sacro Consilio, & propriè in Aula Dom. Consf. D. Stephan. Padilla, præcedente rescripto Reg. Collat. Consilij, præsenti anno 1680. die 29. Mensis Maij, in causa liquidationis instrumenti pro summa ducatorum septigentum capitalis, & aliorum biscentum quinquaginta sex tertiarum, contrà V. I. D. Ianuarium Sportiello Auditore Regij Castri, de S. Eramo, ad instantiam prædictæ Victoriæ conuentum, non obstante, quod dictus Ianuarius post literas executoriales, iam contrà ipsum expeditas, rescribi fecisset M. C. Vicariæ à Regio Generali Auditore Exercitus, pro remissione causæ prędictę, & optatam remissionem, nescio qua ratione, illicò obtinuisset; nàm facto de prędictis verbo in S. C. ad relationem doctissimi Dom. Iudicis D. Ectoris Caraccioli, me patrocinante, fuit per idem Sacrum Consilium remissa hęc causa ipsi M. C. V. vt prouideret, quòd literę executoriales realiter, & personaliter exequerentur cum effectu contrà dictum V. I. D. Ianuariū Sportiello, etiam pro executione rescripti S. E. per Reg. Collat. Consilium, petita remissione non obstante;
16 Nihilominùs pręfata praxis tantummodò militare nequit respectū Ecclesiasticorum; cum non parua sit disparitas, æquè ac nulla dari possit æquiparatio, inter Clericum, volentem consentire in sæcularem Iudicem, cum officiali laico, renūnciantì eius foro, cōpetenti ex particulari priuilegio, & alterius iurisdi-
17 ctioni se submittenti. Laicalis namq; iurisdictio quòad Clericos, ac cæteras Ecclesiasticas personas est negatiua, & absolutè prohibita, etiam stante ipsorum consensu, non solùm per Nouellas *Iustiniani* 78. 83. *&* 123. & *Federici in Auth. item nulla communitas, Auth. statuimus, & Auth. Quicumq; C. de Sacrof. Eccles.* quæ *Authent.* ad literam rescribuntur per *Io: Andr. & Abb. in d. cap. si diligenti, antè n.* 7. Sed etiam per nonnulla antiqua Concilia, per Pontifices, & per Episcopos, atque aliorum etiam Sanctorum Patrum sententia, vt erudito calamo refert *Cafar. in d. quæst.* 23. *à n.* 4. *cum alijs seqq.*

18*seqq.*Ideòq; nequè iurantes possunt Ec-
clesiastici dicto priuilegio renunciare,
nulla alia efficaci quidem ratione, nisi
quòd ità Summis PP. *Innocentio*, & *Gre-
gorio* æquum, ac iustum visum fuit in *d.
cap.si diligenti, & cap.significasti, de for.
19 compet.*nempè vt in particulari, priuato,
ac mundano negotio quis non possit ec-
clesiastico eius priuilegio, nec cum iura-
mento renunciare, nè sic Ius publicum le-
deretur. Quod licèt displiceat *Cuiacio, in
l.Ius publicum, ff. de pactis*, eius tamen
20 opinio omninò improbatur ab antiquis,
& neothericis Scribentibus, & præsertim
per *Barbos.in d.cap.si diligenti, post nu.4.
Marant.de ord.Iudic.par.4.distinc.12.n.
18.& Iul.Capon.de pact.& stip.c.36.ex n.
1.cũ seqq.*à quo perbellè refellitur *Cuiac.*
Ità ratiocinatur etiam ante alios *Bart.
in rubr.de iudic.n.1.*& meliùs *in l. 1.§.&
post, sub n.8.ff.de nou.oper.nunciat.* sequi-
tur *Viu.decis.125. Mart.in tit. de proro-
gat.tom. 1.cap.6.* & ex nostratibus *D. R.
de Pont. de potest.Proreg.d.tit.7.§.7.n. 16.
21 vers.quæ procedunt*, qui ingenuè fatetur,
quòd in solo Clerico cautum reperitur,
vt nec voluntariè possit à Iudice sæcula-
ri cognosci, in cæteris verò secus; nàm
benè possunt omnes laici alium Iudicem
22 non ordinarium, & incompetentem sibi
eligere in ciuili negotio, ex regula *præc.
tex.in l.si quis in conscribendo, C. de pact.*
quæ lex quòad laicales personas vsquè
adhuc, cũ non sit immutata, vniuersaliter
ab omnibus videtur seruanda; vt in eisdẽ
terminis diffusè loquuntur etiam *Franc.
de Petr. in consil. 21. & D. Reg. de Ma-
rin.cap.108.suar.resol.lib. 2.* Quod mini-
23 mè procedit quòad Ecclesiasticos, stan-
te dictorum Canonum speciali prouisio-
ne, qua expressè statuitur, quòd Fori re-
nunciatio facta, etsi cum iuramento per
Ecclesiasticos, nõ teneat. Vndè sequitur,
quòd huic exceptioni etiam absquè me-
tu periurij, poterunt deindè petere, eisq;
erit concedenda, vt tradit *Camill. Borrell.
cons.11.n.1.cum Carol.de Graff. de effect.
cler.eff.1.n.46.* qui etiam subdit nonnul-
24 lorum authoritate *n.54.eod. loc.* vt Cleri-
ci nimirum, non solùm non possint con-
sentire coram Iudice sæculari, sed neq;
coram Iudice Ecclesiastico incompeten-
ti, sine consensu Episcopi, etiam in casu,
quo conueniri deberent ad formam ritus
M.C.V. nàm semper coram proprio Iu-
dice conueniri debent, vt admonent, *Co-
uarr.pract.quæst.cap.8.n. 5. Gratian. di-
scept.for.cap.87.n.25.Put.decis.456.nu.3.
par. 2.* alijq; apud *Gallupp. in eius praxi
par.2.cap.7 sub n.54.*

Sed ad principalem nostram thesim
vndè digressi sumus, redeuntes; cum par-
25 tis aduersæ obiectio, nisi fallimur, in eo
tantùm videatur consistere, quia præfa-
tus D. Patritius reperitur successor bo-
norum illarum de Pisano, in prædicta
sententia contentarum; & propterà adiẽs
earum hæreditatem quasi contraxit, &
ligatus fuit instantia iudicij, initi cum
defunctis, sicq; necessario subingrediun-
tur *textuũ* dispositiones in *l.heres absens,
& in l.vbi ceptum, ff.de iudic.* quibus in-
ter alios se adscribunt *Surd.decis.110.&
consil.222.n.12.lib.2.R. de Pont. cons.18.
n.9.vol.1.Mastrill.decis.79.Ant.Fab.def.
12.C.de iudic.R.Tap.in ius Reg.in const.de
burgens.sub tit.de Episc.& Cleric. Carle-
ual. de iudic.disput. 2.quæst.5.*& nouiter
Thor.in compend.dec.verb. remissio causæ.
Qui innumeros congerit *ibid.* Iudicium
itàquè prædictum, dùm à principio fuit
cæptum in hoc S. R. C. hic pariter est fi-
niendum, cum lis semper sit prosequen-
26 da vbi est cæpta, tàm si loquatur de Lai-
co hærede clerici, quàm è contrà.

27 Multifariàm verò in facto habetur, &
in Iure oppositi resolutio: Primò quia
in præsenti casu non verificatur supposi-
tum, nempè dictum D. Patritium posside-
re bona illarum de Pisano, vti earum he-
redem, sed benè vti heredem quondam
Iosephi Arnone eius Patrui, vt legitur *fol.*
74. at illi quomodo, & quando peruene-
rint eadem bona, nescit; Et sic non vti
hæres, sed vti possessor dicitur conuen-
tus, & idcircò cadit illatio *textuum* addu-
ctorum.

28 Resoluitur Secundò proposita oppo-
sitio ex *tex.*dispositione *in d.l. vbi cæptũ*;
Quid enim statuit lex illa, nisi vbi cæptũ

ibi sit finiendum iudicium, etiam secun-
dùm *Glos.* lecturam? Dicebā igitur nunc,
vbi cæptum est hoc iudicium, nisi in no-
stroS.R.C.& vbi finiendum (respondebā)
est iam finitum in eodem Sacro Consi-
lio per sententiam prædictam, quæ tan-
29 quam definitiua dicitur quidem finis iu-
dicij, à principio litis contestationis, *l.
terminatio, C.de fruct.& lit.expens. Ma-
rant.in suo spec.par.2.n.10. 11. 32.33.&
par.5.à n.2. cum seqq.* cum alijs, ex bre-
uitate prætermissis, apud quos DD.com-
muniter iudicium ex tribus partibus cō-
30 stituitur, nempè principio, per litis con-
testationem, medio, per probationes, &
fine, per sententiam, vt ait etiam *Muscat.
in eius praxi, 1.par.glos.petitur, n.43.* cum
Gallup.in prælud.2.par.suæ prax.à n. 1.&
alibi passim repetitur per scribētes. Qua-
propter instantia, facta cum defunctis la-
icis, vigore cuius ligaretur clericus suc-
cessor, cum sit iam finita per sententiam,
vt supra, non considerari debet nùnc pro
ligamine dicti D. Patritij, vt sit conue-
niendus extrà suum Ecclesiasticum Iudi-
31 cem; itàquè cessante causa, quæ est instā-
tia iam finita, cessat effectus, scilicèt liga-
minis, *cap.post translationem de renunc. l.
ex ea causa, ff. de postulan. Glos.in l. quid
enim.ff.de iudic.l.in omni, ff.de adopt.cum
Concord.*

32 At quia mussitando forsitan replica-
bit ex aduerso Pars, ridiculum esse di-
cens, quòd finiendum sit iudicium, vbi
cæptum reperitur, per sententiam tan-
tùm, cum effectus finiti, qui esset ipsius
rei iudicatæ executio, non nisi per eundē
Iudicem ferentem sententiam sit com-
33 plendus; ideòq; executio, dum dicitur
quoddam accessorium sententiæ, vt eius
principalis sequatur naturam, ad ipsius
sententiæ Iudicem spectabit.

34 Ad hoc argumentum prima erit re-
sponsio, nam si concernentia executionē
sententiæ, latæ contrà successorem cle-
ricum, spectant ad Iudicem Ecclesiasticū
ipsius Clerici, vt alias disceptatum in
hoc supremo Senatu, referunt *Præs. de
Franch.decis.245.Vrsill.ad Afflict. decis.
231.Carleual. de iudic.disp.2.quæst.5.an-
tè n.312.& Graff.de effect.cler.eff.1. num.
291.cum seqq.* ità pariter in casu nostro.

35 Secundò etiā respōdetur, & meliùs se-
cundùm factū præsēs, quia cum hìc esset
agendum de executione sententiæ, longè
post trigința annos, quorū spatio ipsius
sententiæ via executiua præscribitur, vt
post alios Pragmaticos, tradit *Afflict. dec.
245.n. 11.ex l.fin.C.de præscri.30.vel 40.
36 ann.* transit igitur quæstio interDD. eam
distinguentes, quòad sententiā, latam, vel
in actione reali, vel personali, prout in
præsenti casu; Nam cum reperiatur hæc
sententia lata in actione personali, & ad
præsens etiam absquè actis, nec proindè
37 afficiatur res vitio litigiosi (dùm solùm
litigiosa efficitur per iudiciū reale, quan-
do nimirum agitur ad ipsius rei domini-
um, vt ex *Bald.* admonent *R.de Pont. cons.
55.n.22.& 23. Lancellott. de attent. in
præfat.2.par.cap.4.n.499.vers.19.*& nō-
nulli apud *Farinac.par.2. fragm. lit.L.n.
291.vers.litigiosa res, fol.219. & n.283.
& n.284.fol. mihi 218. Afflict. in constit.
Reg.eorum fraudibus, n.13.vers.sextus est
casus,* post *Ant.Fab.defin.8. C.de litigios.
fol.1058.Reg.Marcian. disput. 42. lib.1.*
etiam attento *cap.conuentus*, vt perbellè
cum alijs obseruat *Cafar.d quæst.28.à n.
16.* vbi strenuè idē defendit, & *Viuij dec.
385.* & *Molfesij consil.45.* contrariū sen-
tientiū, refellit, eisq; plenè satisfacit *vsq;
38 ad fin.*) Nobis propterea hoc nouum for-
male videtur iudiciū (licèt super execu-
tione sētētię) quod pars intētauit, & post
viæ executiuæ pręscriptionem ordinauit.

39 Et quòd ità sit, clarè patet, nam hìc
non nè præcessit noua partis instantia (vt
est supplicatio S.R. M. nouiter porrecta)
non nè fuit expedita etiam contrasup-
plicatio cum citatione, siuè monitione
40 ad dicendum causam quarè, fieri prohi-
bita contrà Clericum per Iudicem laicū,
vt in *d.cap.bonæ memoriæ, de elect.* cum
innumeris penès *Graff.vbi suprà, eff.1.n.
448.ampl.67.* citando præfatum D. Pa-
41 tritium (Quæ omnia important noui iu-
dicij nunciationem) Non nè interuenit
litis contestatio, per terminum datum
super omnibus hinc indè prætensis, prout
fol.24.

fol. 24. qui terminus fuit tãdem per partem acceptatus. Quid aliud modò remanet pro formali iudicio, nisi sententia, ferenda, vt diximus, super hinc indè prætensis, quæ necessariò subsequi debet. Ergò, cum in præsenti simus in nouo iudicio formali, quamuis super executione sententiæ, tanquam nouus Iudex S. C. inueniet conuentum Clericum, ideòq; remittet illum ad eius Iudicem Ecclesiasticum, secundùm illud sapientis dictum: *vbi te inueniam, ibi te iudicabo.*

42 Fulcitur eadem responsio alia fundamentali, & meliori ratione, quia non solùm in præsenti causa interuenerunt principium, & medium noui iudicij formalis, sed necessariò interuenire debebit etiam finis, vt per partes discutiendo articulum docet, ac decisum per S. C. refert *Afflict. decis.* 346. *n.* 11. *vers. sed si non est liquida*, vbi etiam *Vrsill. n.* 3. & idem *Afflict. in Constit. Reg. dilationes n.* 28. pro

43 indubitato affirmans, quòd quando tractatur de executione sententiæ, quæ forsan non est ex omni sui parte liquida, vel aliquid potest aduersus eã iuridicè opponi, tunc opus est, nouum instituere iudicium alio recenti libello, fundando super actione iudicati, siuè in factum, & non super actione, contenta in ipsa sententia, ratione primæ instantiæ: Et casus abeo figuratur in eisdem terminis præsentis causæ, videlicèt, si tractatur de exequenda sententia sinè actis (prout reperitur hæc, de qua agitur) Hancq; *Afflict. decis.* sectantur post alios *Scacc. de appell. quæst.* 11. *n.* 294. *vers. in secundo casu distinguo*, & *Card. Tusc. conclus.* 205. *num.* 3. *lit. I.*

44 vbi de communi testantur opinione. Sed sic est, quòd in casu nostro hoc idem in puncto verificatur, per consequens igitur dari debet noua instantia, fundanda super noua actione, scilicèt iudicati, vel in factum; vndè euidentèr infertur ex hac certa consequentia, quòd sit præsens nouum formale iudicium, indigẽs requisitis omnibus necessarijs, nẽpè principali instantia, per supplicationẽ, noui iudicij nunciatione, per contrasupplicatam, litis contestatione, per terminum (quæ iam interuenerunt in causa præsenti) sicque noua tandem sententia, ex eo, quia executio sententiæ in actis nouitèr deductæ, petitur sine antiquis actis, post viæ executiuæ præscriptionem,

45 & latæ in actione personali. Ex quibus omnibus clarè deducitur, aliam non assistere virtutem tali sententiæ, nisi simplicis instrumenti, ac si esset contractum cũ defuncto laico, de cuius vigore si vellet creditor experiri illud producens, deberet dirigere formiter gressus suos contrà Clericum debitoris laici successorem coram Iudice Ecclesiastico, tanquam de nouo conuentum, & ad illum esse semper remittendum, docent *Bart. in d. l. hæres absens, ibiq; Alberic. & Fulgos. Bal. in l.* 2. *C. de in poss. legat. Ias. in auth. quas actiones, C. de Sacros. Eccles. nu.* 39. *& Couarr. pract. quæst. cap.* 8. *n.* 4. *vers.* 3. *cõclusio*, quos tradit, & sequitur *Carauita super rit.* 234. *n.* 5.

46 Verùm insurgent denuò Actores aduersus responsa, dicentes, fuisse per Sacrum Consilium iam cęptam mentionatę sententię executionem per mandatum de parendo, vt *fol.* 15. ac vnà simul fuisse effectas vitio litigiosi res, ex laicalibus personis condemnatis peruentas ad istũ clericum successorem, & idcircò per eũdem Iudicem, à quo fuit emanata sententia, prorsùs exequi nunc debent.

Quorum nouę oppositioni sic breuiter respondebitur, pręscripto, quòd allegatum mandatum de parendo videtur non sine multis fraudis suspicionibus, cũ debita reuerentia loquendo, dùm non fuit mentionatum in supplicatione, & vitiatum reperitur in eius calce per cancellationem diei, & anni (vt in facti

47 nota tradidimus) additur etiam, quòd per idem mandatum de parendo non inducitur, nisi quædam executio merè legalis, & non realis, quę generaret litigiosi vitium, vt ait *Achill. de Graff. dec.* 5. *tit. de sent. & re iudic.* Imò dictũ manda-

48 tũ de parendo, vti accessoriũ, esset etiam præscriptũ cum executione sentẽtię, eius principalis, modo vt suprà, quatenus fuisset purũ, nulloq; reperiretur vitio affectũ.

49 Et his ità præmissis, quia prædicti Actores de Centomani nõ desistent ab impugnationibus, tàm Iuris, quã facti; sed omninò cõtrouertentes, propositã clericatus exceptionem vllo modo suos posse effectus habere, ad finem obtinendi petitã remissionem ad Iudicem Ecclesiasticum, dicent, præfatum D. Patritium procurasse priuilegium clericale in fraudẽ viæ executiuæ huius sententiæ; dum illa lata reperitur de anno *1639.* vt cernitur *fol.* 1. & clericatus fuit in anno *1663.* sicq; infrà tempus triginta annorum, quo cuiuslibet sententiæ viam executiuam præscri-
50 bi, statutum comperitur. Ideòq; obstare videtur petitæ remissioni *tex.* sanctio *in l. si quis postea quam, ff. de iudic.* eò magis, quia nemo debet sua fraude gaudere, nè sic fraudibus via aperiatur, vt ait *Menoch. de præsumpt. lib. 4. præs.* 190. *nu.* 21. cum alijs innumeris.
51 Nonnullæ autẽ, ac faciles sunt respõsiones pro oppositorum resolutione. Prima namq; se offert, ea principali suffulta ratione, quia priuilegium istud, cum sit clericale, sicq; diuino seruitio adiunctũ, omnem propterea fraudis suspicionem
52 excludit; Et *d. text.* non loquitur de hoc priuilegio clericali, cuius exclusione nõ lederetur solùm persona dicti D. Patritij conuenti, sed Collegium, seù totus clericalis ordo, cuius intuitu conceditur clericis hoc remissionis priuilegium, cui neq; aliàs volens Clericus præiudicare potest, vt fusiùs suprà insinuauimus ex *d.*
53 *cap. si diligenti, de for. compet.* Neq, debet aliquis alterius odio prægrauari, *cap. non*
54 *debet, de regul. iur. in 6.* Neq; aliquis personæ Ecclesiasticæ præiudicare debet, *cap. delictum, de reg. iur. in 6.* ibiq; *Gloss.*
55 Secunda in facto habetur responsio, quia concedendo tempus apparens ex dicta sententia in anno *1639.* & tempus clericatus in anno *1663.* sed negando per hoc, fuisse clericale priuilegium procuratum in fraudem, replicabimus (facti seriem meliùs explicando) præfatum scilicèt D. Patritium fuisse initiatum anno *1663.* sed non fuisse tunc possessorẽ bonorum illarum de Pisano in sententia prædicta contentarum, vt apparet *fol.* 74. quòd peruenerint bona ista dicto D. Patritio post decennium, nempè in anno *1673.* vti successori quond. Ioseph Ar-
56 nono. Itàq; attendendo primum statum clericale de anno *1663.* qui in rebus est semper attendendus, vt per DD. in *l. in ratione* 11. *ff. ad leg. falcid. l. si tamen, ff. ad Macedon. l. si procuratorem, ff. mand.* & *Menoch. contr.* 1. *cap.* 81. *n.* 4. cessat quælibet præsumptio fraudis, dum non inuenimus eum tũc esse possessorem, vel aliquid interesse habentem super bonis Cõuentarum de Pisano, quarum bona eidẽ peruenerunt anno *1673.* post decenniũ à die clericatus, præscripta iam via exe-
57 cutiua sententiæ prædictæ. Vndè clarè sequitur, minimè præsumi posse hoc clericale priuilegium procuratum fuisse in fraudem iuris executiui sententiæ, tunc temporis vigenti; sicq; non priuilegium, superueniens liti, sed lis potiùs superueniens priuilegio, dici debet, ad exclusionem oppositi *tex. in l. si quis postea quam.*
58 Tertiò videtur deniquè respondendũ, quia, cum longè post triginta annos à lata sententia, & iam non solùm clericali caractere insignito, sed consecrato per Sacerdotium isto D. Patritio, ac patrimoniato simul bonis in actis deductis, agatur, inquam, de iudicio executionis dictæ sententiæ post tanti temporis lapsum: & vitium, præsumptæ fraudis, & litigiosi non sit nunc considerandum, quatenus fuisset contractum cum defunctis laicis per sententiam latam anno *1639.*
59 firmando argumentum à peremptione instantiæ ad præscriptionem viæ executiuæ (cum detur quoquè instantia in executiuis) & à fortiori arguendo, quòd dũ instantia perimit per triennium, ius verò executiuum post triginta annos (vt inter Doctorũ aciem, cũ *Afflict.* præsertim, & alijs vbi suprà, fatetur *Cafar. in præcit.*
60 *eius quæst.* 28.) sic concluditur: nempè quòd sicuti perempta instantia, quamuis sit instaurata ex gratia Principis, per insufflationem spiritus vitæ, tamen non restauratur vitium originatum ab ipsa instantia; nequè etiam dicta instauratio efficit

61 ficit,quin reus conuentus,clericus postmodùm effectus, vel clericus successor laici conuenti, non sit ad Iudicem Ecclesiasticum remittendus; quia talis re-
62 stauratio non operatur in præiudicium alterius,cui medio tempore,scilicèt post instantiam peremptam, & ante litem restauratam fuit ius quæsitum; itá *Grammat. decis.*103.*n.*113.*& Minad.decis.*5. ratiocinantur, sicq; in nostro S.C. decisum refert *Reg.Sanfel. decis.* 145. ac etiã in Collat. Consil. cum interuentu nonnullorum Dom. Votantium huius Supremi Senatus; idemq; iterum tradit ip-
63 se *Reg.Sanfel.decis.*144.*n.* 18. ea potissima ratione,quia perempta instantia,dicitur semper ex nouo Iudicio oriri quicquid fit posteà per Actores, vt etiam decisum fuisse,testantur, *Mart.de iudic.par.*4.*cas.*141.*Trentacinq.lib.*1.*resol.*4.*n.* 40. *& Carleual.de iudic.disput.*2.*quæst.*5.*n.*311.*vers.qui tamen*, idem amplians *seq.*
64 *n.*312. in reo conuento, qui in aliquem Iudicem consentijt, & postmodum peręmpta instaria, ei fori priuilegium superuenit; nam potest ex illo nouo priuilegio, ei superuento, forum, vbi iudicium fuit cæptum, declinare,sola ratione,quia pe-
65 rempta instantia,lis habetur pro nōn cępta, nec dicitur ampliùs lis, vt post *Alberic.in l.properandum*, *n.*13.*ff. de iudic.* & alios concordes,firmant *Carol. de Graff.d.effect.*1.*cleric.n.*291. *vers. retenta*, *& Lancellott.de attent.par.*2.*cap.*2.*n.*598.Et hoc idem decisum nouiter reperitur apùd *Gallupp.de instit. causa par.* 2. *sua praxis*, *cap.*16.*n.*29. *R. Merlin. cent.* 1.*cap.*81. *contr.forens.num.* 9. qui varios DD. ad propositum coacervat, ac nimis extollit decisionem adductam per *R.Rouit.super Pragm.sub tit. de instit.caus.n.*
66 13.14.*&* 15. in terminis scilicèt peremptionis instantiæ,excludi dispositionem *tex. in d. l.si quis posteaquam*, *& l. vbi cæptum*, *ff.de iudic.*Itá igitur in casu pręsenti, dùm præscripta reperitur via executiua sententiæ prædictæ,nouum cernitur esse iudicium, quod per dictos de Centomani excitatur, super prætensa executione huius sententiæ, & propterea Clericum prędictum esse omninò remittendum, ad exclusionem dispositionis *d.l.si quis posteaquam*,& *vbi cæptum*,*ff.de iudic.* in consequentiam ducitur.

67 Remanet autem totus modò Actorũ conatus in vna quidem simili ferè decisione, vbi habetur, fuisse denegatam Clerico successori laici, conuento etiam actione personali,remissionem ab eo petitam ad eius Iudicem Ecclesiasticum; & in altera itidem, vbi pariter denegata fuit similis causæ remissio, & tractabatur etiam de executione sententiæ, latæ cõtrà laicum,& exequendæ aduersùs Clericum eius successorem, post longissimi temporis spatium. Quas decisiones, cõtrà eius votum prolatas, congerit *Dom. Constant.Cafaro in d.quæst.*28.*sui speculi.* Ideòq; dicunt isti de Centomani, ad quid in præsenti articulo tot Iuris Consultorum authoritates, legumuè illationes, & argumenta mendicare, dum hasce nouissimas habemus S.C.decisiones, quæ Ius in Regno constituunt, tanquã
68 prolatæ sub nomine Regio, vt testantur *Carauit. rit.*1.*n.*22.*& rit.*260. *cum pluribus seqq.Afflict.decis.*96.*n.*11.*dec.*113. *n.*3. 169. *&* 190. cum *Præs. de Franch.*
69 *decis.*81. & 238. præsertim quoties sũt duo similes, & vniformes, nec semèl latæ in eodem articulo, quæ perpetuum imponunt silentium, & quòad cas de nullitate ampliùs minimè dici potest, *idẽ de Franch.decis.*135.*Præs.Merlin.cent.*1. *suar. contr.for.cap.*86.*n.*1. *R. Rouit.super Pragm.de offic. Sac. Reg.Consi.* & præsertim *in pragm.*5.*tit. præd.* cum alijs relatis per *Laganar. ibid.* & per eruditissimũ *Dom. Consil. D. Carol. Petra*, cuius sanè doctrina, omni penitùs verborum fuco omisso, maximi existimatur ponderis, *in eius aureo comm.super Rit.M.C.V.ad rit.* 1.*à n.*14. *cum seqq.* vbi de viribus decisionum S. C. plenè ratiocinatur,& alibi passim,eleganter suo more, testatur.

70 Et quòd allegatæ Sacri Consilij decisiones apùd *Cafarum loc.cit.* licèt videãtur prima facie aduersùs nostram petitionem non parùm subsistentes; nihilominùs illis meliùs perpensis, non solùm cerni-

cernitur, esse ad præsentem causam inapplicabiles, sed omninò pro nobis facere, propter terminorum diuersitatem.

71 Ea principali ratione, quia in prima illarum decisionum videbatur fundatum Actoris creditũ super liquidissima obligatione penès acta M. C. incusata contrà defunctum laicum; Imò prædictæ incusarionis vigore, expeditæ iam erãt contrà eundem defunctum debitorem literę executoriales, quarum executio postmodum petebatur contrà clericum, eius successorem.

Secũda videtur diuersitatis ratio primæ allegatæ decisionis, nam ibi in patrimonio conuenti defuncti erat factus creditorũ concursus; Quamobrèm causa, cum esset indiuidua, vt tradit *Cafar.* ideò Clericus, laici debitoris successor, non obtinuit ad eius Ecclesiasticum Iudicem remissionem; & tamen non nisi magna ipsiusmet *Cafari*, contrarium sẽtientis, admiratione, ac penitùs contrà eius votum, quia contrarium scripserat ibidem, vt fatetur *n.* 15. *&* 24. circà finem.

Tertia etiam, quia in neutra illarum decisionum considerabatur præscripto viæ executiuę post triginta annorum spatium, vt in præsenti habetur.

Et demum quarta est disparitatis ratio, quia in neutra ipsarum tractabatur de executione sententiæ sine aliquibus actis, vel cum actis subsecutis, sententiæ contrarijs, vt in casu nostro. Quæ omnia operantur, vt sit formandum nouum formale iudiciũ, & proindè Clericum, de quo agimus, laicalis personæ successorẽ, esse conueniendum coram suo Iudice Ecclesiastico, dum minimè allegatæ decisiones *Cafari* sunt applicabiles ad casum nostrum; quia cessantibus ipsarum

72 rationibus, & fine, in præsenti articulo, earum cessant pariter effectus, & vires, *cap. cum cessante, de appell. l. adigere*, §. *quamuis, ff. de iure patron.*

Idcircò, tot stantibus ad propositum legum sanctionibus, & grauissimorum I. C. authoritatibus, quibus modò adiunctæ potissimùm inspiciuntur, Religio, Prudentia, & Doctrina amplissimos apùd nostri Sacri Consilij Senatores, qui ius in in re ista dicturi sunt, spes mihi non modica concipienda est, per doctissimos, & integerrimos præsertim destinatæ Aulæ Dominos Iudicantes, quorum perspicacitati cunta, quamlibentissimè subijcio, decernẽdum fore, præsentis causę remissionem, ex nostro Principali petitam, aduersus impetitam, cum reuerentia, per Actorum de Centomani, executionem prætensæ sententiæ, fundatæ super actione personali, post triginta octo annorum cursum, absquè actis, imò cum actis sibi contrarijs, conuento Clerico, vti possessore bonorum Aliquarum de Pisano, tali insignito clericarus caractere, ante illorum possessionem, & possessorem post viæ executiuę prescriptionem, omninò deberi ad eius Iudicem Ecclesiasticum competentem, coram quo ipsa clariorem luci iustitiã, sibi assistentem, contrà inanes istorum prætentiones, clariùs promulgabit.

Et quamuis pluries in Aula prestantissimi Dom. Consil. Pauli Iannattasio, eiusdem causæ relatoris, quòad præfatũ remissionis articulum, vtriusquè partis fuisset Iura perpensa, adhuc tamen illius pendet decisio, dum fuit suspensa, donec expectetur causę principalis exitus, anceps non parum etiam, respectu aliorum laicorum, eadem conuenctorum actione; vt patet ex actis in banca Magnif. Clauelli. Ipse intereà ab hac non recederem sententia, nisi motus melius sentientis consilio, aut correctione, & in casu, quo via executiua non reperiatur prescripta, vel si fraus aliqua intercesserit, quæ in presenti cum non verificentur, contrarium proptereà decidendum fore, speratur.




His deniquè secundo in hoc libro, anno reparatæ à Christo salutis nostræ 1680. ad laudem SANCTISSIMÆ TRINITATIS, cui semper sit sempiterna laus, DEIPARAEQ; VIRGINIS MA-

MARIÆ, absquè communi labe conceptæ, quæ operi huic fulgens adfuitCynosura, nè tanti fortè maris facerem inter Syrtes naufragium, meq; identidem à flexuoso Iurisprudentiæ penè Meandro educens, àc totius COELESTIS CVRIÆ honore congestis, gradus iam sisto; non vt metam meo præscribam intineri, aut fallaci forsan fruar otij solatio; Sed vt libentiùs (annuente Deo) legalium laborum sublimi flagrans gloria, recens amplectar onus.

Tù autem, mi Lector Benigne, lucubrationes hasce, qualescumq, in Reipublicæ bonum è præli angustijs liberatas interim accipe, æquè ac inter amaritudines Styli æquus Iudex potiùs patere, quàm rude Authoris laudibus nō iustis ingeniolum affice: compluraq; Impressoris errata corrige, oculorum pariter imbecillitati, tanquam homo humanè ignoscens, eum paulisper, fesso calami cursu, modò respirare, mihi liceat.

F I N I S.



AP-

APPENDIX
AD CONTROVERSIAM IV.
PRIMI VOLVMINIS.

EX labyrinthea quidem quæstione, quòad subtilissimam pupillaris substitutionis materiam, excitata in terminis nostrarum municipalium Sanctionum, per Antesignanum illarum Interpretem, in *Consuetud.* exordiente, *Si aliquis moriens, in gloss. medietatem. n.* 22. & per nos sigillatim præfato loco discussa (in casu scilicèt, quo Pater filios, & descendentes instituens, eisq; pupillaliter extraneos substituat, àn sicuti Mater à legitima excluditur portione, ità etiam proximiores agnatos, & cognatos per substitutos excludi debeant à consuetudinaria bonorum antiquorum medietatē, quæ eorum legitima à nostratibus pariter nuncupatur) quia nonnullæ non mediocris conditionis, æquè ac non modicæ vtilitatis insurgunt ponderationes, quæ ibi ad euitandas confusionis ambages deficere videntur; Pręsenti ideircò in appendice (beneuole Lector) illas haud omittere, sed ad nostræ opinionis cōfirmationē hìc adnectere, operę pretium existimauimus, nè vmbra vlla difficultatis, quòad illā prorsus remaneat: nec velut Lerneum monstrum capita amplius extollere queat.

Vrget, inquam, in thesi proposita principaliter difficultas, potissimùm ex eo, quia in tantùm proximiores admittuntur ad successiones, distinctò vndè bona veniant, prout multoriès alibi exarauimus, & expressè sancitur in *Consuetud. Si quis, vel si qua in rubr. de success. ab intest.* in quantùm tractatur de præfata successione ab intestato, prout ad literam sonat *tex.* ibi. At cū ad præsens agatur de successione ex testamento, ex qua habes, quòd quotiès pupillus intestatus decedit, propriè non dicitur, intestatus decedere, sed cum Patris testamento, ex quo habetur, àc si ipse pupillus substitutos eius hęredes instituisset; vt ex dispositione, *§. igitur, instit. de vulg. & pup. subst. l. patris, ff. eod. tit.* ideircò videretur dicēdum, proximiores ex parte patris à bonis paternis, proximioresq; ex linea materna, à bonis maternis, per hanc substitutionem omninò excludi.

Vrget rursus difficultas, ex eo, quia dùm mater, per dictam substitutionem pupillarem expressam, legitima, in bonis pupilli debita, priuatur, vt in *l. Papinianus, §. sed nec impuberis, ff. de inoff. test. l. Lucius, ff. de vulg. l. præcibus, C. de impub. & al.* cum DD. per nos traditis *contr. 3. àn.* 17. nam talis substitutio patris testamētum reputatur, qui nullo iure tenetur legitimam matri ipsius pupilli relinquere, prout sonat *tex. in cap. si pater, de testam. in 6.* eò magis igitur, vigore huiusmodi substitutionis excluduntur proximiores.

Verùm his mini mè refragantibus, oppositum decreuit ibid. *Napod. sub eod. n.* 22. Proximiores nimirum prædictos nequaquam excludi à medietate, debita vigore Consuetudinum, per substitutionē pupillarem, quemadmodum Mater legitima priuatur; quoniam, etsi pupilli maiores efficerentur, nec etiam possent testādo, dictos proximiores excludere ab hac medietate, vt ratiocinatur idem *Nap. loc. cit. vers. sed certè*; & per nos pluriès in vtroq; volumine fusiùs repetitum inuenies, & præsertim in *d. contr. 4. per tot. & contr. 39. n. 21.*

Secundò, quia medietas hæc proximioribus debetur alio Iure, quàm Matri debetur vigore Legis communis legiti-

ma,

ma,quæ eidem interdici poteſt per pupillarem ſubſtitutionem,attēta antiquorum Iurium diſpoſitione,vt ex ſupradictis,itá annuit *Napod.in Conſuetud. Et ſi teſtator in gloſſ. diſponere nu.6.*cuius eſt aſſecla *Afflict.in deciſ.*310.circà *fin.* qui fatetur, ſic reſpondiſſe Dominis de Conſilio, vt diximus *d.contr.*4.*num.*34. cum pluribus *ſeqq.*

Quinimò infertur ex *eod.Napodano in Conſuetud.filius familias, in gloſſ.poſſunt, n.*11.quod matris excluſio per expreſsā pupillarem à debito iure naturæ, oritur ex eo,quia pater ſubſtituit eius filio impuberi pupillariter extraneum in bonis ſuis, non dum filio quæſitis; Et ſic matri non dùm dici poterat quæſitum hoc iure naturæ debitum,neq;etiam quòad ſpem, quia ipſa bona non erant ipſius pupilli tempore ſubſtitutionis,ſibi ordinatæ per patrem;Ideòquè tota, & libera prouiſio de ipſis bonis paternis, vtpotè ſuis,principaliter ſpectabat ad ipſum patrem, vt habetur in *d. cap. ſi pater, de teſtam.in 6.* At quia ad differentiam Matris, proximioribus iam erat ius quæſitum in medietate debita vigore Conſuetudinis, cū idem pater,& ſi filiū non habuiſſet,aut ſi ipſe filius maior factus fuiſſet,medietatē iſtam neceſſariò illis relinquere,tenebantur.Sequitur ergò,ex his diuerſo iure deberi medietatē conſuetudinariam agnatis,quàm matri debetur legitima,& proximiores propterea nec etiam per expreſſam pupillarem excludi. Et hinc meritò hac ſuffulti ratione idem tenuerunt, præter *Afflict.& Napod.* vbi ſuprà, *Capyc. in deciſ.* 208. *& in addit. ad præcit. Conſuet.filiusfam.ſub.n.*7. *Præſ.de Frāch. deciſ.*295. vbi ità deciſum refert in cau-
† ſa Petri Paoli, & Io: Franciſci Raparij, cum Iulia Monica,ibiq;*Addentes*,& precipuè *De Luca.Horat.Montan.contr.*68. *Conſil.Paſcal.de vir.pat.poteſt.par.*1. *cap.* 9.*n.*8.& ità etiam iudicatum fuit iunctis
† Aulis in S.C.referente Dom.Conſil.Salernitano,in cauſa Ill.Marchionis Sancti Erami,cum Ill.Duce Martinæ, vt refert *P.Molfeſ.in par.* 2.*ſui comment. ad Conſuetud.tit.de bon.quæſt.* 23. *n.* 4. Et hanc eandem ſententiam ex alienigenis ità deciſum pariter referunt *Caualcan. in dec. Fiuiz.*2.*n.*17.*par.*4.& *Giurba in deciſ.*11. *n.*13.ex eo,quia Conſuetudines Meſſanę ſimiles inſpiciuntur noſtris Conſuetudinibus,vt teſtatur etiam *Paſcal.vbi ſupra.*

Quod amplia,ne dùm in ſubſtitutione pupillari,vigore cuius nequeunt excludi proximiores à medietate,vigoreConſuetudis eis addicta, verum etiam in ſubſtitutione fideicommiſſaria. In præiudicium etenim agnatorū, nec pupillariter, nec fideicommiſſariè Pater poteſt ſubſtituere,vt aſſeuerānt cuncti DD.citati, & præſertim *Molfeſ.d.par.*2.*quæſt.*23. *nu.*4. Sicq;in ſimili caſu refert deciſum in SacroConſilio *Capyc.in d.Conſuetud.Si aliquis moriens, in addit. incip. hic loquitur ſub n.*24.

Rurſus amplia, hoc idem procedere,ſi pater ſeruata forma *Conſuetudinis præd. ſi aliquis*,relicta filijs medietate, de reliqua medietate libera, in beneficium extraneorum hæredum ad libitum diſponeret;hoc enim caſu, ſi filij hanc etiam repudiarent medietarem,non accreſceret cohæredibus extraneis,ſed illa ad proximiores ſpectaret,vt rectè perpendit *Molfeſ.d.par.* 2. *quæſt.* 19.*n.*20. ex *Menoch.de præſumpt.lib.*4 *præſumpt.*86. *circà fin.*

Sed ſopita licèt ex his pręſens videatur quęſtio,nuper diſcuſſa de ſubſtitutione pupillari; Nihilominus noua in-inſurgit adhuc difficultas,in eadem *cōtr.* 4.enixè perpenſa,illaq;eſt, quam mouet *Capyc.in d.Conſuet.filiusfam.in addit.incip.quid autē*, ſi factus ſcilicèt iam ſit caſus ſubſtitutionis pupillaris, & veniat proximior auocando medietatem,debitā deIure conſuetudinario per ſubſtitutum, vt diximus: an defuncti pupilli mater, quę alirer erat excluſa per dictam ſubſtitutionem, quatenus ſibi aperitur aditus per proximiorem,auocantem, poſſit tali caſu medietatem illam poſtmodum à proximiore reuocare, & in ea proximiorem ipſum excludere?

Quęſtio iſthęc, quia prio:i difficilior, etſi ab illa originem trahat, magis,qu àm labyrinthea re verſa dici debet,ex eo vi-

Kk deli-

delicèt; quia posset obijcere substitutus, quatenus proximior agnatus medietatē consuetudinariam auocaret: Domine proximior, ego vinco matrem pupilli, vincentem te in successionibus, ergò eò fortiùs vinco te; quemadmodùm se opponeret mater ipsi substituto, dicens; Domine substitute, ego vinco proximiorem, vincentem te, ergò eò magis vnico te; & tandem proximior è conuerso replicaret matri, quatenus ipsa medietatem à substituto, per proximiorem auocatam, reuocare vellet, Domina Mater, ego vinco substitutum, vincentē te, ergò à fortiori debeo vincere te. Quid Iuris igitur?

Iuris profectò filo indiget, qui labyrinthum hunc, circūdatum anfractibus, seù potiùs dicam, Meandrum, flexuosis ambagibus implexum, euadere cupit; At si veritati stare velimus, subtilitatem quamlibet excludēdo, pōderemus quęso nonnullas rationes, prout anteà promisimus, ex quibus apertè colliges, matrem in hoc casu nequaquā audiri posse, ex eo quia fallax est labyrinthus difficultatis propositæ, propter euidentem fallaciam, quæ in ipso latet.

Pondera igitur primò (præter tradita per nos *d. contr.* 4.) quòd mater iam per substitutionem pupillarem est exclusa, nec ius suum reuiuiscere potest, tàm si proximior agnatus impugnet testamentum, medietatem consuetudinariā auocando, quàm si succedere nolit; ex quò proximior vtitur solus habilitate sua ad succedendum vigore Consuetudinis, prò seipso tantùm, non verò pro pupilli matre, quæ iam est exclusa, & censetur ac si non esset; ideoquè nullum præiudiciū matri affert, cum in casu isto reputetur ex omni capite tanquam non existens.

Pondera secundò, matrem conquæri nequaquam posse, quotiès proximior auocat medietatem istam à substituto, cum nullam contra ipsam matrem exerceat rationem; imò in tantùm aduersus substitutum suos dirigit gressus, in quantùm ipsa à substituto excluditur; & si conqueratur, frustrà quidem conqueritur, cum ius suum succedendi, quod erat de Iure cōmuni, iam sibi fuit interdictum eodem iure propter pupillarem Patris substitutionem; Quamobrem canis olitoris potiùs esset, & cōtrà Lunam latraret, si aliquid in contrarium prętenderet.

Pondera tertiò, tunc matrem proximiori præferri, quoties ambo ad defuncti successionem concurrerent, ex quò tunc, cessante Consuetudine, subintraret Ius commune, tantùm matrem ad successionem admittens. At quando mater non est, nec esse potest in concursu, ex dictis de substitutione pupillari hic, & *contr.* 3. quoniam sibi obstat idem Ius commune; frustrà idcircò impedir Iuris Consuetudinarij dispositionem, inaniq; iure proximioris cursum perturbare conatur. Nec dicas æquidem, aperitur sibi via ad succedendum per eūdem proximiorem, auocantem dictam medietatem; cum nimis vulgatum sit illud principium, quòd frustrà capit per alium, qui per se capere nequit, ex *l. neq; per se* 10. *C. de her. instit. cap. quod alicui, de reg. iur. in* 6. stante inæquali concursu.

Pondera deniq; (quod est profectò notabile) nullibi compertum reperiri, portionem, auocatam de Iure Consuetudinum, illam eandem de Iure communi reuocari posse; cum non solùm quia validius est Ius consuetudinarium in eo casu, quo viget, verùm etiam, quia correctorium dicitur Legis communis; hac de causa, si dices isto casu, posse proximiorem, Consuetudinis attenta dispotione, defuncti testamentum, quò ad medietatem impugnare; nullo iure asseuerare poteris; ergò postquam Lex municipalis suum locum obtinuir, illum postea Ius cōmune oppugnabit: & ità postquàm proximior auocauit medietatem vigore municipalis sanctionis, veniat eodem actu mater exclusa, & cōntrà eūdem proximiorem Iuris communis vim exercere possit, quod maximū esset absurdum, prout consideranti clariùs patet.

Hæc sanè videtur veritas, hæcq; Cōsue-


ſuetudinum rigori conſentanea cernitur ſententia: Cæterùm reliqua, quæ in contrarium adduci poſſunt; potiùs ad excutiendum ingenium, quàm ad iſtius veritatis indagationem iudicanda cenſentur.

At quamuis contrà Matrem in præfata quæſtione noſtram prorsùs pronunciauimus ſententiam; Alio tamen caſu in eius beneficium iudicabimus; Illeq; eſt, qui etiam proponitur per *Napod. in d.Conſuetud.ſi aliquis moriens,ſeq.n.23. verſic.Pone*:videlicèt,quòd Teſtator habens vxorem, filium maiorem, & duos, vel tres pupillos,quos omnes ſibi hæredes inſtituens, diſponat, cum hac ſcilicèt lege, vt vnus alteri ſuccedat,ſicq;inter eos reciprocam inducat ſubſtitutionem: nùm mortuo vno ex pupillis, Mater tunc excludatur à ſucceſſione ipſius pupilli per alios eius filios, ex eo potiſſimùm, quia in reciproca iſta ſubſtitutione, pupillaris contineri videtur?

Iudicandum equidem Matris fauore nuper aſſeueraúimus, & eadem *Napodani* authoritate demùm cōcludimus in caſu prędicto,ſuppoſito nō obſtante;Nā, quoties reciproca inter impares reperitur facta ſubſtitutio, hoc eſt, pupillos inter,& puberes,aut maiores,tunc cauſa ſeruandæ æqualitatis propter imparitatem, in ea minimè contineri pupillarem, ſed vulgarem tantùm, quæ expirat hæreditate adita, vnico decernunt ore Legiſlatores omnes, in *l.nam hoc iure, ff.de vulg. & pupill.l Lucius, eod. tit. l.3.C.de teſtam. mil. & l.poſt aditam, C. de impub.& al. ſubſt.* quibus Iuribus nititur *Napod.vbi ſup.verſ.Reſpondeo.* cuius eſt aſſecla *Vrſill. ad Afflict. in deciſ.* 310.*nu.*1. Quod amplia; etiamſi fuerit expreſſum, *vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſubſtituo*; quia clauſula prædicta cenſetur potiùs appoſita de ſtylo Notariorum, quàm ad pupillarem ſubſtitutionem inducendam in iſto caſu,ſecundùm ea,quæ ad propoſitum refert *Eminentiſs. Cardin.* immortalis memoriæ *Franc. Mantica, lib. 3. de coniect.vlt.volunt.tit.*14.*n.6.* cum alijs congeſtis per*Gratian.diſcept.forenſ.cap.*684. *n.*18.*&ſeq.tom.*4.Et hactenùs, validiùs confirmatis noſtræ *contr.*4. concluſionibus, ſint ſatis hæc dicta in Appendice.



AVTHORIS EXCVSATIO



EN laudibus si minùs digna, non indigna quidem (humanissime Lector) etsi rudis ingenij opera, culpę non propriæ reus sisto. Videri sanè possum meo parùm felix in opere, non item in consilio parùm prudens, qui de bonis moribus, deq; Reipublicę litterarię bono, municipalibus nostrę Fidelissimę Vrbis attentis præsertim Sanctionibus, scribere assumpserim. At quid, inquam, de bonis moribus, dum de ipsis tàm malè differui! Ità verò; Sed nemò est qui nesciat, quòd loqui sine culpa humana lingua non potest, nec sine culpa tacere. Non est innocens silentium debentis Orbi, reiq; publicę opem ferre, quam potest ingenio, si quod habet: nec innocens etiam est loqui, infacundè, & non sine errore loqui. Verùm, si quæ culpa, si quis error meis tribui opusculis debet, is certè non minùs propriæ ingenij tenuitati, quàm communi humanæ mentis infirmitati debet; qua sæpè fit, vt non sine ingenij crimine alta miserè, vera falsè quodammodò differantur. Attamen vtcumq; se res habeat; non ità verò absre fuerit eiusmodi opuscula in lucem edere. Timeo autem nè pereat aliquid de meis laudibus, si per adulantia ora transeant, per quæ tàm multa, ac tàm libenter mendacia labuntur. Quare rogo omnes, quęsoq; vt à laudibus potiùs abstineant sese, quàm fictis laudibus meorum operum famam feriant vehementiùs: & sanè laudabor satis, quòd tanta cum infamia laudari nolim; Plausum tamen aliquem impetro, non quòd dignum aliquod scripserim, sed quòd curauerim scribere non indigna. Vale, & faue.



RERVM.

RERVM, ET VERBORVM
OMNIVM MEMORABILIVM,

Quæ in hoc secundo Controuersiarum Libro continentur, Alphabetico Ordine diligentèr digestus.

I N D E X
LOCVPLETISSIMVS,

Vbi primò Controuersia, secundò numerus, tertiò tandem pagina indicatur.

cepta

lo

N n Em-

Fi-

Fiscales Functiones.

In-

L.

Laudes.

I N D E X.

Mo-

eonfi-

Pa-

Pri-

INDEX.

Q.

Qualitas.

Ss Qui

Qui.

Quicquid.

Quilibet.

Quis.

Quod.

R.

Ratio.

Redditus.

Red-

Reuocatio.

S.

Sententia.

Sermo.

Seruitus,& Seruitutes

Sexus.

Soror.

I N D E X.

Tt Sub-

Substitutus.

T.

Testamentum.

Testator.

Testis, & Testes.

Textus.

Titu-

INDEX

Vxor.

FINIS.



Erra-

DE

COLLATERALIVM QVARTI GRADVS

SVCCESSIONE AB INTESTATO

PEREGRINA, ET RECENS DISPVTATIO

Ad nostrarum Consuetudinum interpretationem.

SVMMARIVM AD FORMAM INDICIS.

Agnatos inter, & cognatos confusim procedit gradus prærogatiua, etiam de Iure consuetudinario; nu. 40. & 41. Nàm agnationis, & cognationis qualitas diuersimodè non consideratur, vt nu. 8. & 55.

Amita, eodem Iure patrio attento, admittitur ad nepotis successionem, exclusis fratribus consobrinis, quamuis natis ex masculo. nu. 57.

Bonorum conseruatio in Familia non inspicitur per nostras Consuetudines, nisi fauore masculorum, qui primi sunt ordinis, & descendentium ex eis. nu. 39.

Casus à Consuetudine, vel statuto omissus, sub antiqui nostri Iuris dispositione remanet. nu. 14.

Consuetudo, tanquàm correctoria aliarum legum, non extenditur, nisi ad casum, de quo tantùm loquitur; cùm sit stricti Iuris. nu. 13.

Consuetudines eo modo sunt intelligendæ, quo minùs ledant Ius commune. nu. 15.

Consuetudinum, *quæ reperiuntur* sub tit. de succeß. ab inteſt. *recensetur dispositio. nu. 18. 19. 20. & 22. cum seqq.*

Consuetudo Sed si morienti, *si tantùm loquitur fauore fratris consanguinei, non debet propterea extendi ad eius descendentes. nu. 16.*

Consuetudo quatenùs loquitur, catenùs disponit. nu. 35.

Consuetudines Neapolis quando fœminas propter masculos excludant? nu. 37. & 38.

Consuetudines, quæ fœminas excludunt, masculis existentibus, loquuntur cum qualitate dotationis; sicque de illis, quæ ex ipsis masculis dotari debent de paragio. nu. 48.

Consuetudo Neapolis, excludens sorores, quia ipsas dotare fratres tenentur, est necessariò intelligenda, quòad fratres vtrinque coniunctos, & consanguineos: non autem quòad vterinos, cæterosque vlterioris gradus, qui hoc non grauantur onere. nu. 49.

Duo vincula magis ligant. nu. 5.

Duplicitas vinculi, patrio Iure inspecto, non operatur exclusionem fratris consanguinei, concurrentis cum fratre vtrinque coniuncto ad alterius fratris successionem, prout de Iure communi, quia vterque tenetur dotare sorores. nu. 11. Sed hoc limitatur in descendentibus ex dicto fratre consanguineo. nu. 12. & 32.


Fœminæ faciunt partes, earumque cedunt portiones in beneficium tantùm fratrum vtrinque coniunctorum, & consanguineorum, qui eas dotare tenentur; non autem fauore fratrum vterinorum, qui hoc non habent onus, attentis Consuetudinibus. nu. 43. & 44.

Fratres patrueles, consobrini, aut amitini æqualitèr an semper succedere possint nostris inspectis Consuetudinibus: aut verò inter eos attendi debeat etiam vinculi duplicitas, prout de Iure communi disponitur? nu. 1. 3. & 6.

Fratres isti consobrini sunt in quarto consanguinitatis gradu. nu. 7.

Fratres, vigore §. quod autem *succedunt etiam in vlteriori gradu existentes. nu. 21. & 28.*

Fratres patrueles dicuntur, qui duobus ex fratribus; Consobrini, qui ex duabus sororibus; &



Adsit Indiuidua Trinitas, Deiparaquè Virgo.



SVperuacuè non parùm scripturus viderer, atquè minùs audactèr calamum sanè arriperem, aduersùs prætensa sub præclarissimæ eruditionis patrocinio eximij Iuris-Consulti Iosephi Valletta, per Fratres patrueles quondam Caroli Frassone iunioris, seù filios Petri Francisci, fratris consanguinei olim Caroli Frassone senioris, de cuius filij intestata hæreditate capessenda altercatur, tanquàm ei peruenta ex communis stipitis successione, Iosephi scilicèt Frassone: pro D. Nicolao de Luca, cæterisquè amitinis fratribus, descendentibus ex meritissimo Regio Consiliario D. Thoma de Luca, & Catharina Frassone, sorore vtrinque coniuncta dicti Caroli senioris; Nisi ipse, cuius inanem ad istud tanti momenti negotium fratres prædicti de Luca operam petiere, innixus præsertim authoritatibus eiusdemmet prestantissimi Viri, qui Iurisprudentiæ penè inter syrtes fulgens nostri temporis se offert Cynosura, suisquè paritèr suffultus doctrinis, quibus nihil in re præsenti perpendere eius felici scriptione reliquit, quod ex aduerso mihi necesse modò videatur, hoc libenti animo amplecterer onus.



IVre igitur Patrio attento, eiusquè municipalibus inspectis Sanctionibus, recens aggredimur certamen, subtilissimam profectò discutientes thesim: vtrùm præfati
a patrueles fratres, Ioseph nimirùm iunior, qui omnium nomine hùc se contulit, alijq; Bergomi degentes, tanquàm descendentes ex dicto quondam Petro Francisco Frassone, ex vno tantùm latere coniuncto dicto Carolo seniori, de cuius filij, absque liberis, & ab intestato defuncti (vt annuimus) agitur successione, excludi debeant per istos amitinos fratres, veluti descendentes ex sorore, vtrinque coniuncta, ex eo potissimùm, quia Parthenopeæ Consuetudinis dispositio, ad Iuris cõmunis differentiam, præscripta solùm inuenitur fauore fratris consanguinei, non autem descendentium ex ipso, quemadmodùm se extendit aper-
a tis verbis ad descendentes etiam ex fratribus, eodem coniunctis sanguine: Aut verò simul cõcurrentes æquis admittantur portionibus, vnà cum fratribus prædictis amitinis, tanquàm in æquali gradu proximis defuncto, minimè obstante fortioris coniunctionis ligamine; Etsi integram dicti Caroli iunioris hæreditatem eis dubio procul spectare, & spectauisse, decerni, nescio qua ratione supponant, dato quòd succedere possent.

Nos autem, iura tuendo amitinorum fratrum, descendentium ex sorore vtrinque


A con-

coniuncta; omni quippè verborum fuco
omisso, nè tàm rudi, ac odioso multiloquio
Amplissimis Senatoribus molestiam affe-
ramus, hæc duo laconice pro viribus ex-
pendere conabimur.
Primum nàmque erit, vinculi duplicitatem
omninò obesse dictis descendentibus ex
3 Petro Frassone, fratre consanguineo dictæ
Catharinæ, vtroque (vt diximus) latere
coniunctæ præfato Carolo seniori, de cuius
filij, Caroli nempè iunioris, controuerti-
4 tur successione, vigore Consuetudinis, ob
liberorum defectum, proximioribus addi-
cta agnatis, & cognatis ex ea linea, vndè
bona obuenisse constat, secundùm dogma-
ta *Consuetud. Si quis, vel si qua, sub tit de suc-
cess. ab intest.* vbi nulla de vinculi duplicita-
te fit mentio, nec eius vis aliquo modo ibi
5 restricta inuenitur; Dùm quolibet iure at-
tento vulgare nimis fit illud apud Iurispe-
ritos adagium, quòd duo vincula magis
ligant; eo fortiùs vbi contrarium non est
expressè dispositum ex particulari statuto,
aut Consuetudinarij Iuris præscripto, vt
apertè nimis demonstrabimus infrà.
Secundum verò, quamuis daretur etiam,
quòd isti fratres patrueles descenderent ex
6 fratre vtrinque coniuncto: & quatenùs
Dominis de Luca non opitulabitur prima
ex præmissis conclusio (quod prorsùs ne-
gatur, cùm vllo speciali iure oppositum
substineri queat) saltim concurrere æqua
poterunt lance, deductis antè partem ma-
ternis dotibus, & bonis nonnullis, eorum
Matris fauore renunciatis, per alias soro-
res Moniales, in reliquo nimirùm bono-
rum, prædicto iuniori Carolo obuentorum
ex successione communis stipitis, tanquàm
7 in quarto consanguinitatis gradu existen-
tes, secundùm Romanorum Iuris regulas,
descriptas *in l. Iurisconsulti, §. quarto gradu,
ff. de gradib. affin.* & proindè in capita om-
nes admitti debere, tàm patrueles, quam
amitini, nulla quidem sexus admissa diffe-
rentia, vt *in l. maximum vitium C. de liber.
præt. §. cæterum, de legit. agn success.* nisi inter
sorores, & fratres vtrinque coniunctos,
qui eas, attenta *Consuetud. S. moriatur cum
8 concordan.* de paragio dotare tenentur; nec
etiam agnationis, aut cognationis inspecta
qualitate, iuxtà placitum nempè Iustinia-
ni, qui agnationis, cognationisuè iura con-
fudit, in eius *Nouella 118. in Auth. itàque, C.
comm. de success. Auth. post fratres, fratrumq;
filios, & Auth cessante, C. de legit. hæred.* cum
DD. vtrobique idem communi ore atte-
stantibus, quos, vt breuitati consulam, li-
bentèr prætereo; dum id, quod circà agna-
tionem, cognationemque apud omnes Iu-
risprudentes, iuxtà antiquatum legum
Sanctionem, pro indubitato procedit, nec
etiam attenta huius Ciuitatis Consuetudi-
ne correctum reperiri, hic tantùm osten-
dere, operæ prætium existimamus.

CAPVT PRIMVM.

*Vinculi duplicitas, quæ, inspecto Iure municipali,
non attenditur fauore tantùm fratris consan-
guinei, & vterini, quòd locum sibi vindicet
in successione aliorum collateralium vlte-
rioris gradus, dùm contrarium quòad
eos non inuenitur dispositum, dilu-
cidè ostenditur.*

ET respectu primi ex his, quæ proposui-
mus discutienda, quòad vinculi duplici-
tatem, vt eius scilicèt vis extendatur, etiam
9 de Iure nostro municipali, in collateralium
successionibus (licèt in vno solùm casu
particulari, nempè consanguinei fratris
fauore, coarctetur per *Consuetud.* exordien-
tem, *Sed si morienti*: & ex nostratum inter-
pretatione sit etiam restricta, attenta eius-
10 dem Consuetudinis intellectu, in benefi-
cium fratris vterini, vt iste nimirùm ad bo-
na, quæ ex materna obuenerunt linea, ille
verò ad facultates, ex linea paterna obuen-
tas, vnà simul cum vtrinque coniuncto, ad
successionem alterius prædefuncti fratris,
vtroque paritèr coniuncti sanguine, succe-
dere debeant, cum onere tamen dotandi
sorores cõsanguineas, & vtrinque coniun-
ctas de paragio) clarè nimis cernitur ex
verbis Antesignani Consuetudinum Inter-
pretis *in d. Consuetud. S quis, vel si qua, sub
nu. 241. versic. sed pone*, ibiq; cæteri videan-
tur *Addentes*, cum omnibus Consuetudini-
stis, per nos congestis *contr. 10. per tot. in
11 primo controuers. vol.* ex quibus statutum
comperitur, vinculi duplicitatem, patrio
Iure inspecto, non operari exclusionem fra-
tris consanguinei, prout de Iure commu-
ni, quãdo ad fratris successionem concur-
rit ipse, cum alijs fratribus vtrinque con-
iunctis, sed æqualitèr tùnc omnes succede-
re, propter æquale onus, quod habent do-
tandi sorores de paragio, secundùm dispo-
sitionem *d. Consuetud. Sed si morienti, circà
fin.* ibi enim hæc formalia leguntur verba:
*Ità quod si inter ipsos nepotes, & pronepotes,
& deinceps fratrum præmortuorum sint fœmi-
næ, quæ habeant fratres consanguineos, ipsæ mu-
lieres à præmissa successione excluduntur, cùm
fratres ipsas habeant maritare, vt superiùs di-
12 ctum est.* Igitur si hoc non habent onus de-
scendentes ex fratribus consanguineis, siuè
alij vlterioris gradus collaterales, nec etiã
eorum fauore extendi debet huius consue-
tudinis dispositio, quòad vinculum scili-
cet

cèt fortioris coniunctionis, eò magis quia de ipsis non loquitur.

Consuetudo enim, tanquàm correctoria Iuris communis, non extenditur, nec suum

13 impartiri potest effectum, nisi in casu, de quo tantùm loquitur, & minimè in alijs non expressis, quia est strictò modo intelligenda, & solùm in casu proprio locum habet, vulgatis nimis iuribus. Casus námq;

14 à Cõsuetudine, vel Statuto omissus, necessariò remanere debet sub antiqui Iuris dispositione, *text.* est in valdè decantata *l. præcipimus*, ibi: *Quicquid hac noua lege non inuenitur expressum, id veterum legum, constitutionumque regulis, omnes relictum intelligere debent, C. de appellat. l. commodissimè, ff. de lib. & posth. l. 1. §. fin autē deficientis, C. de cad. toll. Ann. all. 70. n. 42. & 117. n. 6. de Franch. decis. 11. 71. n. 10. 378. n. 3. & 640. n. 9. Capyc. Latr. consult. 155. n. 55.* cũ alijs ex nostrati-

15 bus, qui cõmunitèr asseuerant, Cõsuetudines eo modo esse intelligendas, quo minùs lędant Ius commune, à quo declarationem recipiunt per ea, quæ allegat *Grammat. decis. 92. nu. 7. & 9.* Sed præsens casus, vt scilicèt duplicitas vinculi non attendatur per nostras Consuetudines, non reperitur pronissus, nisi tantùm fauore fratris consanguinei, ratione oneris, quod habet dotandi sorores de bonis, ex linea paterna obuēris;

16 Ergò non potest vltrà extendi, sicq; nec etiā ad descendentes ex dicto fratre, vnico ex latere cõiuncto, quibus omninò in patruelium fratrum successionibus prçferri debēt descendentes ex fratribus, aut sororibus vtrinque coniunctis, ob vinculi duplicitatem, concludendum fas erit. Quod etsi nostri Pragmatici nullibi obseruauerint, ità tamen præfatæ *Consuetud. Sed si morienti* prouisio, eo fortiùs est intelligenda, vt procedat tantùm fauore fratris consanguinei, cuius fauore loquuta fuit, & non descendentium ex eo, quos cùm nec expresśè, nec tacitè, comprehendere videatur, eos propterea sub Iuris communis dispositione penitùs reliquisse censetur, in casu præsertim, quo succedere velint cum descendentibus ex fratre vtrinque coniuncto ad fratris patruelis successionem, maioritate nempè vinculi quoàd ipsos attenta.

Nec dici vnquàm poterit, nostri municipalis

17 Iuris Compilatores, dùm generalitèr hoc vsi fuere verbo *Fratres, in d. Consuetud. Sed si morienti*, loquutos fuisse idcirco de fratribus, & eorum descendentibus, absque distinctione, nullaque admissa vinculi duplicitate, proùt *in Consuetud. antecod. Si quis, vel si qua*, indifferentèr etiam dixerunt de proximioribus agnatis, & cognatis, masculos, eorumque descendentes, fœminis, & descendentibus ex eis, semper præferendo, bonorum tantùm distinctione ibi admissa, vltrà dotationis onus, quod illis tribuit *Consuetudo, Si moriatur*, quæ prima inter omnes se offert in fœminarum exclusionem.

Nàm facilis quidem suppositis erit responsio; Quia si agatur de *d. Consuetud. Si moria-*

18 *tur*, & aliud ibi dispositum non reperitur, nisi quòd descendentes, quorum est prima successionis causa ascendentibus in stirpes succerdant, cum onere tamen dotandi sorores, & amitas secundùm paragium, & facultates, quas autem, si tempore præfinito, hoc est post sexdecim annos maritare distulissent, ipsæ fœminæ masculiarentur, & in virilem vnà cum masculis succederent, proùt habetur *in seqq. §. eas autem, & §. idem iuris*, vbi *Napodan.* Alijq; passim affirmant. Vndè clarè infertur, descendentes ex masculis, in tantùm fœminis, earumque filijs præfecti, in quantùm dotaudi illas habent etiam onus, nec alitèr, aut alia ratione, cum hic verus apud nostrates, & germanus sit huius Consuetudinis intellectus, proùt fatetur *Napodan. ibid.* ac cæteri Addentes.

Si autem loquatur *de Consuetud. Si quis, vel si qua*, & ibi quia solùm prouisum inuenitur,

19 quod moriente aliquo intestato, liberis legitimis, & naturalibus non extantibus, ipsi defuncto succedant transuersales, & in eorum successione attendatur linea, à qua bona obuenerunt, vt scilicèt in bonis paternis, seù ex paterna linea prouentis, proximiores ex parte patris: in bonis verò à matre, & ex materna obuentis linea, proximiores ex parte matris succedāt. Ius propterea commune, quo vltrà gradus proximitatem, vinculi duplicitas inter succedentes etiam attendi debet, minimè correctum videtur, vt consideranti clariùs patet; sed tantùm respicitur (vt sæpè repetitum est) linea, à qua bona obuenerunt, vt ad illam nimitùm redire debeant, vndè exierunt.

Verùm si vlteriùs aliam inspiciamus *Consuetud. incip. Sed si morienti*, quæ est vltima *sub*

20 *tit. de success. ab intest.* & ex illius dispositione, quia introductum reperitur, quòd defuncto transuersali ab intestato, fratres, & descendētes ex alio fratre præmortuo succedant æqualitèr in stirpes, exclusis fœminis à fratribus consanguineis, qui etiam ipsas de paragio dotare tenentur, vbi est videndus *Napodan. cum alijs*: in eo casu particulari (vt diximus) est intelligenda, nec extendi debet ad reliquos fratres patrueles, & amitinos, siuè consobrinos, inter quos descendentes ex vtrinque coniunctis sanè præferri debent cæteris, qui præmor-

tui

tui fratris consanguinei sunt filij, & quibus vinculi duplicitas sanè obstabit in concursu cum istis, quamuis æquali in gradu existentibus, dùm contrarium non fertur dispositum, ad Iuris cõmunis correctionem, ex traditis per *Cons. de Georg. alleg.* 25.

Respondendum denique postremæ remanenti obiectioni, si quam iacere auderent Ad-
21 uersarij, eiusdem *text.* suffulti authoritate,
Consuetud. Sed si morienti, in §. quod autem; ibi
enim legitur: *Quod autem dictum est de fratribus, nepotibus, pronepotibus fratrum præmortuorum, & deinceps; eis non extantibus intelligendum est de alijs in vlterioribus gradibus existentibus agnatis, vel cognatis*. Quibus ex verbis colligi potest, prout verissimum est, sub eadem Consuetudinum dispositione comprehendi non tantùm fratres vtroque, vel vno latere coniunctos, qui fratrum continentur appellatione, *l. Iurisconsultus, §. frater quoque, ff. de grad.* sed etiam alios vlterioria gradus, videlicèt patrueles, amitinos, aut consobrinos; Et proptereà inter eos, etiam subiungendum videtur, nullam esse admittendam vinculi duplicitatem, proùt nec minùs gradus attenditur maioritas, sed solùm sexus seruari debeat prærogatiua, vt in cæteris *Consuetud.* præcedentibus, quòad alios fratres primi ordinis, animaduertitur.

At meliùs perlegendo dictum §. *quod autem*, experti sumus, nostræ potiùs fauere sententiæ, quàm aduersarij; ideòque pro nobis potiùs esse allegandum, ad prædictorum confirmationem, & minimè parti aduersæ prodesse, non inconsultò arbitramur.

Si etenim huius §. *quod autem*, enixe perpendatur intellectus, secundùm *Napodani* præ-
22 sertim, & aliorum, placitum, apertè constabit, statuentium fuisse mentem, iuxtà
monitum *Cai, in l. 1. ff. de orig. iur.* tollendi
scilicèt ambiguitatem, quæ oriri poterat
ex isto verbo *Fratres*; Quod verbum simpli-
23 citèr prolatum, in hac rigorosa, Consuetu-
dinis, materia, non complectitur, nisi illos,
qui ex vtroque, vel altero parente propa-
gantur, vt *in d. l. Iurisconf. § frater*: ibi: *Fra-
24 ter quoque per vtrumque parentem accipitur,
idest, aut per matrem tantùm, aut per patrem
tantùm, aut per vtrumque, idest ex vtroque eorum parente, ff. de grad.* & ex *Napod. loc. cit.
num.* 285. qui quotiès ex vtroque parente
25 procreantur, Germani dicuntur, vt *in §. 2.
Instit. de succ. agn.* si ex eodem tantùm patre
sint geniti, consanguinei vocantur, vt *in
l. 1. §. consanguineus. ff. de suis, & leg. cum simil.*
& si ex eadem tantùm matre procedant,
26 vterini appellantur, vt omnibus est notum
ex *Auth. de consang. & vter. fratrib. §. post matrem verò*, de quibus loquitur *d. Consuetu-
do, Sed si morienti*, antè *d. §. quod autem*, vbi
continentur alij, in vlterioribus gradibus
27 positi: proùt sunt fratres patrueles, qui,
duobus ex fratribus, originem trahunt, *d. l.
Iurisconsult. §. eodem gradu, ff. de grad.* vel
consobrini, qui ex duabus propagantur
sororibus, *l. 1. §. 4. & vlt. ff. eod. tit.* siuè amitini, qui ex fratre, & sorore deriuant, *§. 4.
Instit. de grad. cog. & §. 1. Instit. de leg. agn. success.* cum similibus.

Fuit ergò Consuetudinum Compilatorum
28 mens, vt deficientibus fratribus, & descen-
dentibus ex eis in infinitum, qui succedunt
virtute *d. Consuetud. Sed si morienti*, ex supradictis, tali casu admittantur cæteri in
vlteriori gradu existẽtes, qui paritèr agnati, & cognati dicuntur, proùt sunt fratres
patrueles, consobrini, & amitini; Quemadmodùm more solito interpretatus fuit no-
29 ster Auriga *Napod. ibid. nu.* 286. vt scilicèt
illi (qui simplicitèr non dicuntur fratres,
sed cum adiectione, & per quandam extensionem, qua in Statutis nemo vtitur, vt tradunt *Bart. in l. Lucius, §. quæsitum, ff. de leg. 3.
30 & Bald. in l. iubemus, §. fin. C. ad Sen. Conf.
Trebell.*) nostris Consuetudinibus inspectis, etsi longiori gradu distent inter se,
quàm fratres vtrinque coniuncti, consanguinei, & vterini, de quorum successione
differitur in dictis *Consuetud. Si moriatur*, & *Sed si morienti*, ad intestatas tamen successiones admittantur, vnà simul etiam cum descendentibus ex eisdem fratribus patruelibus, & consobrinis, si qui essent, subingressionis videlicèt priuilegio, quod, præter hos casus, locum vltra non habere, eiusque robur præscribi, testatur *eod. loc. Napod. nu.* 289. & nos tradidimus *controuers. 2. lib. 1. ex Præs. de Franch. dec. 24.* quem sectãtur *Reg. Rouit. cons. 23. n. 2. Reg. de Ponte cons. 39. nu. 17. tom. 1. Reg. Capyc. Latr. consult. 61. Reg. de Marin. tom. 2. resol. iur. cap. 216. sub nu. 9. Montan. contr. 2. nu. 3. Thor. in compend. decis. part. 3. lib. 3. verb. subingressio*, alijque *Addent. ad Præs. de Franch. in d. decis.* 24. & 157. Nàm appellatione fratrum in
31 Statutis, fratres primi ordinis continen-
tur; reliqui verò in vlteriori gradu constituti non veniunt, secundùm *Bart.* & *Bald.* vbi supra, *Angel. in l. 1. ff. de inoffic. test. Paul. de Castr. in l. tres fratres, ff. de pact. Alex. in l. si dotali, ff. sol. matr. & cons. 239. vol. 2. cum Ias. cons. 205. vol. 2.* Idcircò si Consuetudines nostræ non expressissent, eandem successionem etiam extendi ad dictos fratres, In vlteriori gradu existentes, & ad eorum filios iure subingressionis, per interpretationem extendi nunquàm poterat.

Verùm in eodem §. *quod autem* minimè inne-
32 nitur dispositum, vt quemadmodùm isti
vlte-

vlterioris gradus collaterales, qui sunt fratres consobrini, patrueles, & amitini, iure consuetudinario succedunt, eorumque descendentes paritèr iure subingressionis admittuntur: ità etiam succedere deberent, nulla attenta inter eos vinculi duplicitate, proùt apertis verbis fuit expressum *in antecèd. Consuetud. Sed si morienti*, fauore tantùm fratris vno ex latere coniuncti, eidem solito iniuncto onere, dotandi fœminas de paragio, vt est dictum.
Quamobrem, si municipalibus inspectis moribus, secundùm Prudentum interpreta-
33 tionem, & nostratum intellectum, Iuris Romani regulæ, quòad vinculi duplicitatem, eiusque prælationem in successionibus, haud corriguntur, nisi in fratribus tantùm consanguineo, & vterino, concurrentibus cum vtrinque coniunctis ad alterius præmortui fratris successionem, vt eorum respectu hæc vinculi duplicitas non attendatur, sed solummodò bonorum admittatur distinctio, & inspiciatur linea, vndè scilicèt illa exierunt, vt ad eandem redeant; proùt testantur post *Napod. d. nu. 241. ibid. Anton. de Alex. Io: Angel. Pisanell, Anton. Capyc. & Lel. Caput. in Consuetudin. Si moriatur. par. 1. §. 5. nu. 12. Præs. de Franch. decis. 93. nu. 7. decis. 99. & 619. Molfes. tom. 1. sui comment. ad consuet. part. 4. quæst. 39. & quæst. 45. nu. 29 Prouenzal. obseruat. 7. ad d. Consuetud. Si quis, vel si qua, Reg. de Marin. lib. 1. var. resol. cap. 70. nu. 7.* vbi *Rodoer. Reg. Capyc. Latr. decis. 61. nu. 4. Hodiern. ad Surd. decis. 239. num. 12. Montan. contr. 1. num. 28. Thor. in compend. decis. tom. 1. verb. frater consanguineus: & eod. loc. vtrinque coniunctus* imò in terminis similis statuti post *Alciat. respons 37. lib. 2.* docet etiam *Fontanell. de pact. nuptial. concl. 5. gloss. 3. nu. 21.* ea præcipua ratione, quia per istas Consuetudines fratres prædicti iudicantur in æquali consanguinitatis gradu, & ex speciali præscripto, in eis vinculi duplicitas locum sibi non vindicat. Quomodò ergò dici potest, nisi perperam, & gratis asseratur, eandem Iuris communis correctionem procedere in patruelibus, consobrinis, & amiti-
34 nis, qui fratrum non continentur appellatione (vt diximus) & quotiès tantùm fratribus vno ex latere coniunctis, onere adiuncto dotandi sorores, hoc concessit pri-
35 uilegium Consuetudo, cuius dispositio, vti correctoria aliorum iurium, quod nequeat idcircò extendi de casu ad casum, nec de persona ad personam, *l. si vnus, §. ante omnia, ff. de pact.* & cùm sit stricti iuris, odiosam itaque non debeat recipere interpretationem, non adest, qui nesciat; dùm quatenùs loquitur, catenùs disponit, iuxtà monitum *Napodani, in d. Consuetud. Si quis, vel si qua, versic. prætereà, nu. 182. & in Consuetud. Filiusfamilias, nu. 8. versic. quia esset extendere legem municipalem. Præs. de Franch. decis. 489. nu. 8. Consil. Minad. in Constit. In aliquibus, verb. filiarum, nu. 9. Reg. de Marin. tom. 2. resolut. iur. cap. 205. nu. 10. & Consil. Petra rit. 1. num. 54. circà fin.* Et hæc quòad principalem articulum satis sint dicta.

CAPVT SECVNDVM.

Patrueles inter, & Amitinos, aut Consobrinos Fratres successio ab intestato qualitèr regulari debeat secundùm nostras Consuetudines, enixè expenditur.

SEd deueniendo ad aliud propositæ nostræ disputationis caput: scilicèt, esto quòd inter istos patrueles, & amitinos, seù con-
36 sobrinos fratres, vinculi hæc nequeat considerari duplicitas, nec de illa altercari (quod non verificatur in casu nostro, quo claré constat, alios de quibus agitur, descendere ex fratre cõsanguineo, alios verò ex sorore vtrinque coniuncta) nùm succedere debeant illi, absque sexus differentia, nullo scilicèt habito respectu, si sint masculi ex vna, aut fœminæ ex alia parte, siuè descendant ex masculo, siuè ex fœmina, omnesq; admitti pro æquali parte, & portione, ad alterius prædefuncti fratris patruelis, vel amitini successionem? Quia nonnullis nostri Supremi Senatus iudicaturis, & cõmunibus nostratum sententijs, quælibet inanis contentio, quæ antea oriri poterat in præfato articulo, quem penitùs sub Iuris cõmunis dogmate reliquit etiam Consuetudo, ad præsens sopita inspicitur, leuis idcircò labor, atque facilis ad præscrutandam huius quæstionis veritatem erit profectò indagatio; dùm res, iàm omni opinionum penè discrimine solutas, exarare sortiti sumus.
Communis nàmque intellectus, & verior Iuris-Consultis Parthenopæis fuit semper vi-
37 sa hæc decantata apud omnes conclusio: ex nostrarum scilicèt Consuetudinum dispositione, masculos tantùm, in primo ordine existentes, & eorum descendentes in infinitum, fœminis omninò præferri, ad familiæ decus seruandum, eiusque inspecto splendore, qui sorores, & amitas secundùm paragium dotare tenentur, vt apertè colligitur *ex d. Consuetud. Si moriatur, aliisq; sequent. sub tit. de success. ab intest.* vbi *Napod.*
38 ac cæteri idem fatentur Expositores. Verùm his deficientibus, quibus hoc onus dotandi fœminas est iniunctum (vt eodem tempore de incommodo experiantur, si
com-

commodum sentiant) reliqui proximiores
agnati, cognatiq; æquis admittuntur por-
tionibus ad intestatam defuncti successio-
nem, seruata forma *d.Consuetud.Si quis,vel*
si qua, nulla sexus admissa differentia, sed
distinctione tantùm bonorum, vt illa in
eandem scilicèt redeant lineam, à qua exie-
runt, & attenta gradus proximitate, nisi
adsint, qui subingressionis iure succedere
possint, ex dispositione *d. Consuetud. Sed si*
morienti, & sequen. §.*quod autem.*

Ità vnanimitèr, huic inhærentes sententiæ,
omnes dixere Pragmatici, semperq; apud
39 eos incontrouersum fuit, vltrà præfatos
masculos, qui primi sunt ordinis,eorumq;
descendentes, quibus stantibus, fœminæ
excluduntur,Consuetudines huius Ciuita-
tis minimè inspexisse familiæ conseruatio-
nem (licèt contrarium ex alijs Statutis, &
fideicommissorum exemplo,quæ bonorum
conseruationem in familia prorsùs decer-
nunt, perperam iudicant Aduersarij) sed
tantùm per ipsas fuisse prouisum,vt post fi-
lios masculos, eorumque descendentes, à
quibus fœminæ dotari debent, defuncti
bona transeant ad proximiores agnatos,
& cognatos illius lineæ,vndè prouenerunt,
secundùm tradita in proprijs terminis per
*Præs.de Franch.decis.*157.*nu.*6. *&* 149 *nu.*12.
versic. nec valet dicere, quod eadem ratio pro-
cedit, conseruandorum bonorum in familia,nàm
ratio hæc non est expressa, nec saltim perpetua;
& post eum per *Consil. Andr.de Georg. alleg.*
29. *&* 30. *Reg. Rouit. cons.*74.*num.*7.*& cons.*
100. *lib.*1. *Molfes.part.*4. *de success. ab intest.*
*quæst.*45. *à nu.* 48. habito respectu ad huius
Consuet.Si quis. vel si qua intellectum, iuxtà
40 *Napodani Gloss.num.*137. vbi inter agnatos
istos. & cognatos confusim procedere gra-
dus prærogatiuam, traditur; vt refert etiã
optimus noster Consuetudinista *Horat.*
Montan.in eius controuers. 1. *nu.*31. *vers. At-*
tamen aduerte, quod ex parte patris possunt esse
agnati, & cognati; & paulò post subdit, ex
41 mente *Napodani*, quòd prærogatiua gra-
dus in eosdem agnatos, & cognatos ità
procedat confusim,vt cognatus proximio-
ris gradus præferatur agnato remotiori in
successione bonorum, quæ obuenerunt ex
parte Patris; nàm quoad hoc Ius commu-
ne haud corrigitur per Consuetudines, si-
42 cut admonet *Napodan.ibid.n.*175.ibi:*Nàm*
possunt esse proximiores ex parte patris, & esse
cognati, vt dixi suprà proxima glos. & sic non
curatur hìc de agnatione, & cognatione; corri-
gitur tamen Ius commune in hoc casu,quia si de-
functus habet fratrem consanguineum,& vteri-
num de iure communi in bonis defuncto quæsi-
tis succedunt æqualitèr, ex Auth.itàque; sed de
hoc iure municipali succedit frater consangui-
neus tantùm, quia est proximus ex parte patris.
Et idem *Napodan.in ead.Consuetud. nu.*168.
gloss. ex parte patris, fol. mihi 122. *versic. sed*
videtur, quod non, nàm ex parte patris possunt
esse cognati, vt sunt &c. & meliùs *in anteced.*
num. 147. *versic. inter fratres amitinos, fol.*
verò 116.

Hinc est, quod in bonis etiam maternis, & in
illorum successione, attenta *Consuetud. Si*
43 *qua mulier*, fœminæ faciunt partes,earumq;
portiones cedunt in beneficium tantùm
fratrum vtroque coniunctorum latere, &
consanguineorum, non verò vterinorum
fratrum, qui ipsas sorores vterinas (vt su-
periùs dictum est) de paragio dotare non
tenentur. Commodum nàmque istud suc-
cessionis consuetudinariæ habet in se an-
nexum onus maritandi sorores, cui non
subiacent fratres vterini, vt inquit *Napod.*
in d. Consuet. Si qua mulier, & expressiùs in
sæpè *alleg. Consuet.Sed si morienti, verb.cum*
44 *fratres,vers.Item nota num.*284.*fol.*115. vbi
asserit, vtrinque coniunctum, & consan-
guineum fratrem, tàm de Iure consuetu-
dinario, quàm communi teneri ad dotem
sororis, non autem vterinum. Et eius est
assecla *Præs. de Franch. decis.* 26. *nu.*6. antè
*Molfes.in suo comment.par.*4.*quæst.*17.*nu.*32.
& quæst 41.*nu* 4. *Lel.Caput ad Consuetud. Si*
*moriatur, part.*1. §.5. *nu.*8. *& ibid.* etiam est
videndus *Consil.Prouenzal.obseru.*12.*nu.*27.
cum alijs per nos traditis *controuers.* 11. *à*
*nu.*71. *cum seq. lib.* 1. vbi de istis fratribus,
ex diuersis matrimonijs procreatis, latè
disseritur, quorum vtrinque coniunctus,&
consanguineus, quòd propter dotationis
onus, semper, & in omnibus successioni-
45 bus sorores excludat: vterinus verò,quòd
vnà simul cum sorore vterina æqualitèr
succedat, tàm in bonis maternis, quàm al-
terius defuncti fratris, ex eo quia onus
dùm non sentit illam dotandi, neq; etiam
commodò prælationis frui debet, apertis
iuribus patefecimus; quampluribus ad-
ductis ad propositum Sacri Consilij deci-
sionibus, quas referunt *Consil.de Bottis in d.*
Consuetud. Si qua mulier, in addit.incip. Adde
quod die 26. *Septembris*, & *ibid. Capyc.* cum
cæteris *Addent.* & in eius *decis.* 92. *num.*3.
versic. fuit dubitatum; *& Præs.* de *Franch. d.*
*decis.*26. *decis.*566.*decis* 629.*nu.*8. *vers. dicit*
*enim, & nu.*10. *vers. nàm si sunt*, sed meliùs
in decis. 25. vbi loquitur in casu fortiori,
46 nàm ait, sororem nimirùm vterinã æqua-
litèr admitti cum fratre vterino,in portio-
ne obuenta matri, ex causa successionis al-
terius filij, qui cum dicto filio superstite
erat vtrinque coniunctus;Quas decisiones
communi laudant oratione, *Thor. in suo*
compend. decis. tom. 1. *verb. filij duorum, fol.*
mihi

mihi 230.*col.* 1. & 231.*col.* 2. *Molfes part* 5. *sui comment. quaest.* 12.*nu.* 17. *Reg. C a cota in addit.ad conf.* 11. *Camilli de Medic. num.* 41. *Reg. de Ponte conf.* 39.*à n.* 25.*circà fin.lib.* 1. & *Reg. de Marin lib.* 2.*resol.iur. cap.* 208. *à nu.* 9. & 17. *cum seq.*

Consuetudines ergò Neapolis, dùm non lo-
47 quuntur de masculorum prælatione, nisi quando superfunt tantum defuncti fratres, filij, & descendentes ex fratribus, quia extrà prædictos, nulla adest ex congestis *sub tit. de success. ab intest.* Consuetudo, quæ
48 fœminas excludat; Imò, quod est fortius, Consuetudines illæ, quarum dispositione sorores, & Amitæ excluduntur, masculis, eorumque descendentibus existentibus, loquutæ fuerunt cum qualitate dotationis, sicque de illis, quæ de paragio per ipsos masculos dotari debent: Nàm sorores veluti per dotationem exclusæ, ampliùs non continentur tunc appellatione fratrum, proùt ostendit nimis expressè *Napodan. in supracit.* §.*quod autem*, præsertim *in eius Gloss. habuisset*, ibi: *Habuit soror partem sive essionis, seu actionem ad partem, nisi per dotationem fuerit exclusa, vt suprà in Consuetud. Si moriatur.* Et paulò ante *in anteced. Consuetud. Sed si morienti, gloss. Cum, num.* 284. vbi testatur,
49 quod dum Consuetudo excludit sorores, cum fratres ipsas teneantur dotare, est necessariò intelligenda de fratre vtrinque coniuncto, vel consanguineo, non autem de vterino, qui non debet maritare sororem, quæ idcircò simul cum eo ad quamlibet admittitur successionem maternæ lineæ. Sequitur ex hoc, eò fortiùs idem sibi locum vindicare in fratribus consobrinis, patruelibus, & amitinis, qui vlterioris sunt gradus, nec etiam onus habent dotandi sorores, & proindè æqualitèr, absque sexus discretione admitti ad præmortui fratris cõsobrini, vel patruelis hæreditatem, cum cesset paritèr isto casu fœminarũ exclusio, quã causat (vt diximus) dotationis onus, sicq; Iuris cõmunis attendatur dispositio, vt optimè inquit *R. de Pont. d. conf.* 39.*n.* 26.

Et quod sexus prærogatiua, nostris attentis Consuetudinibus (vltrà fratres vtroque
50 coniunctos latere, eorumq; descendentes, qui, fœminis exclusis, ad defuncti fratris, aut patrui successionem admittuntur) considerari etiam debeat, ex speciali priuilegio *Consuet. Sed si morienti*, respectu fratris tantum consanguinei, non autem in beneficium aliorum consobrinorum, amitinorum, & patruelium fratrum, in quibus illa prorsus cessat, quia incorrectum remanitr Ius commune, post cæteros, suprà allegatos, fusius edocet *Conf. de Georg. d. alleg.* 30. ex traditis per *Napod.* signantèr *in d. Consuetud. Si quis, vel si qua, cit. nu.* 137. & 175. quem etiam sequitur *Praes. de Franch. d. de-*
51 *cis.* 149. vbi refert, binos fratrum consobrinorum, simul cum fratre consobrino semper succedere alteri eiusdem, aut similis speciei fratri, cum inter ipsos, propter gradus æqualitatem, quæ solùm in eis attendi debet, nullum considerari possit discrimen, vt suprà declaratum est; Et idem *Praes. de Franch. in alia eius decis.* 157. vbi testatur,
52 iunctis duarum Aularum Dominis, fuisse admissam amitã ad successionem nepotis, exclusis fratribus consobrinis, quamuis natis ex masculo, cum sexus prærogatiua quoad illos non attendatur, etiam de Iure consuetudinario, a quo dum non reperitur expressus hic casus, remanere debet sub dispositione *tex. in l. auunculo, C. commun. de success.* vbi anterior in gradu præfertur; vt etiam alia occasione decisum tradit *Io: Bapt. Thor. in eius Cod. rer. indicat. append.* 5. *nu.* 20.*casu* 52. in notabili, ac ferè consimi-
53 li penitus causa, scilicèt illorum de Folleriis, & sororũ de Rendiua, relata in allegatione Doct. Ianuarij de Marra: nàm licèt prædicti de Folletio videbantur descendere ex fœmina, & dictæ sorores de Rendina ex masculo procedere; nihilominus, nulla de hoc habita ratione, nec de agnatione, & familia, æqualitèt omnes Sacrum Consilium admisit ad hanc controuersam successionem, per ea, quæ allegat *Praes. de Franch. d. decis.* 157. præsertim *nu.* 5. vbi fa-
54 tetur, quod specialis sit ratio bonorum conseruandorum in familia, nec generalis, secundùm nostras Consuetudines, itaut semper bona in familia, vnde exierint, conseruentur; nam fœminæ agnatæ per *Consuetud. præd.* non excluduntur, nisi concurrant cum fratribus ipsarum, vel filijs alterius fratris prædefuncti, qui eas de paragio dotare tenentur, *ex Consuet. Si moriatur*; secus verò ab alijs, qui præfatũ non habent onus, vt ait *idẽ de Frãch. dec.* 375. & 543.*n.* 4.

Verùm ad prædictorum omnium confirmationem, non est omittendum aurea qui-
55 dem hic referibere *Napodani* verba *in sæpè cit. Consuetud. Si quis, vel si qua, nu.* 137. vbi pro indubitato procedere id docet, ità quòd filij, nempè patrui, vel amitæ omninò excludantur per aliũ patruum, vel amitam defuncti, nulla sexus attenta qualitate, sed habita ratione tantùm proximitatis gradus *ex d. l. auunculo*, ibi enim sic loquitur Antesignanus noster: *Et sic proximiores ex parte patris possunt esse agnati, & cognati defuncto, & succedent sibi in omnibus bonis, praeterquàm in maternis, secundùm prarogatiuam gradus, vt proximior praeferatur: & sic Patruus, vel Amita excludit magnum patruum,*

truum, & magnam amitam, & sic deinceps; & excludit etiam filios alterius patrui, vel amitæ, qui sunt sibi nepotes filij fratris, & sunt defuncto fratres consobrini; & hoc est etiam de Iure communi, C. comm. de success. l. auunculo. Sed tu oppones, non nè in linea transuersali habet locum subingressio in infinitum, secundùm hoc Ius, infra ead. Consuet. vers. Sed si morienti? Respond. quod ipse vers. loquitur in fratre carnali ipsius defuncti superstite, & filijs, seù descendentibus alterius similis fratris. Et seq. Consuetudo loquitur in fratre consobrino superstite, & filijs alterius fratris similitèr consobrini, in quibus habet locum subingressio. Sed quæstio, seù casus noster est, quando quis decessit superstite patruo, & filijs alterius patrui, vbi non permittitur expressè subingressio per hanc Consuetud. vel seq. ergò stabitur Iuri communi, d. l. auunculo, & in Auth. de hæred. ab intest. §. si verò neque coll. 9. quæ hic non corriguntur, & stabo generalitati, seù regula huius Consuetud. Si quis, vel si qua in princ.

Eandem sequuntur *Napodani* doctrinam, præter allegatos, etiam *Scipio Buccin. in d. Consuetud. Sed si morienti, in addit. incip. subingressio in linea collaterali, & ibid. Gaspar de Leo, in addit. quæ incipit, An hic text fol. mihi 151. & Naucler. in calce tamen Consuetud. in apostill. ad d. §. quod autem incip. In eadem Consuetud. fol. 11. à tergo. Reg. de Marin. tom. 2. resol. iur. cap. 216. sub nu. 9.* & inter recentiores idem annuit *Carol. de Rosa ad Consuetud. Neap. in d. §. quod autem, nu. 623. vers. aut morienti supersunt fratres consobrini;* Nã omnes tenent, quod isti succedãt æqualitèr, nulla sexus admissa disparitate, & sic masculus, frater consobrinus *ex* linea, non excludat sororem consobrinam *ex* amita, licèt non sit agnata morienti, *ex* traditis per *Præs. de Franch. d. decis. 149. & 157.*

Ex his igitur, si omni prorsus sublata sexus discretione, sed gradus tantum proximitate attenta, regulatur successio patruelium, & consobrinorum fratrum; inter quos, tàm de Iure communi, quàm Consuetudinario viget (vt patefecimus) vinculum fortioris coniunctionis, & agnationis, cognationisuè qualitas confusa reperitur; dum sub verbo, *Proximiores*, à Consuetudinibus prolato aliquid disparitatis non arguitur; cum sub eo veniant, & intelligantur vocati, tàm agnati, quàm cognati, sicquè non solùm descendentes *ex* masculo, sed etiam ex fœmina comprehendantur; itànt existentibus in eadem linea paterna agnatis, & cognatis, eundem gradum habentibus, sed *ex* diuersa tamen sobole descendentibus, censeantur copulatiuè vocati, & tàm *ex* maribus, quàm ex fœminis descendentes possint æqualitèr concurrere, ac simul succedere ad fratris consobrini hæreditatem. Concludendum est denique, prædictos fratres de Frassone, descendentes ex fratre consanguineo, æquali admitti debere portione ad successionem defuncti Caroli Frassone, eorum fratris patruelis, vnà simul cum dictis fratribus de Luca; Nisi eisdem fratribus de Frassone obstaret (vt expendere curauimus) vinculum fortioris coniunctionis, quod residet in fratribus de Luca, quoduè efficit, vt illi prorsus abistis excludãtur, sicut principio exposuimus, & quemadmodum decernendum forè, non inconsultò speratur.

Cæterùm quæ inconditè, rudi nimis, ac imbecilli hactenus fuere scripta Minerua, æqui, boniquè sublimis consulat doctrina Conscriptorum Patrum, qui Ius in hac re dicturi sunt; dum perspicaci eorum iudicio, & integritati cuncta quamlibentissimè subijcio, vt quicquid mihi, tam magni Aduersarij lumine cęcutienti, in Dominorum de Luca defensionem perquirere defuit, humanè suppleant. Neap. die 19. Septembris 1681.

Io: Dominicus Pansutus.

Erratorum aſpice Correctiones,

CANDIDE LECTOR.

Typographiq;	Menda	Emenda
In contr.26.n.74.pag.12.	fideecommiſſi	fideicommiſſi
In ead.contr.n.87.& 91.f.14.	o pponere	apponere
In con.30.n.18.& 83. pag.61.	reditus	redditus
In contr.32.n.12.pag.77.	ſimplic:ex	ſimpliciter
In contr.33.n.16. pag.81.	fortitus	fortiùs
In ead.contr.ſub n.44. p.84	debitoris	debitores
In contr.34.n.3.pag.87.	animdueretit	animaduertit
Ibid.n.31.pag.91.	ſolmniter	ſolemnitèr
In contr.38.ſub n.102.p.134.	inteſtatum	inteſtatam
Ibid.antè n.115.pag.135.	excluſis	excluſus
In contr.39.ſub nu.10.p.146.	diuſa	diuiſa
In contr.43.in arg.circà fin.	reſoluntur	reſoluuntur
In contr.44.n.1.pag.203.	eſitum	exitum
In contr.45.n.17.pag.214.	illiud	illud
In contr.48.n.8.pag.232.	emphxteuis	emphyteuſis
In ead.contr.ſub n.29.p.233.	locis	loci
Ibid.ſub n.21.	Tridetnini	Tridentini
In contr.49.ſub n.30.p.240.	mudo	modo
Ibid.ſub n.32.circà fin.	experti ſunt	expertæ ſunt
In contr.50. antè n.2.p.245.	citato	citatio
Ibid.ſub n.71.pag.252.	admiranone	admiratione
Ibid.circà finem.	fuiſſet	fuiſſent
In append.demum.pag.254.	corum	eorum
Et ibid.p.256.circà princip.	è coucrſo	è conuerſo

Item alia in 1.libro	Prætermiſſa	Corrige
In contr.12.n.40.p.103.	ſectauit	ſectatur
In contr.20.n.77.pag.183.	perſonale	perſonalem
In contr.23.circà prin.p.216.	ſideris	ſideribus
In contr.25.n.2.pag.239.	iuxtà	iuſta
Et ibid.deniquè in argum.	illum	illud

Cætera, ſi quæ ſunt, tàm in primo, quàm in hoc ſecundo Controuerſiarum libro, tuæ benignitati prorſus remittantur, vt illa communi oculorum culpæ parcat, nè pro ſe Momus carpat.





